28543/D

HERCVLANENSIVM

VOLVMINVM

QVAE SVPERSVNT

TOMVS I.



G. Casanova dis. *B. Oratij inc.*

NEAPOLI MDCCXCIII.

EX REGIA TYPOGRAPHIA.

20452

WELLCOME HISTORICAL MEDICAL LIBRARY

FERDINANDO IIII
ITALICO SICVLO HIEROSOLYMITANO
PIO FELICI SEMPER AVGVSTO

EN tandem, REX clementissime, praeclarissimum Musei Herculanensis cimelion, quod iussu beneficentiaque Tua typis descriptum, in lucem prodire gestit; serius fortasse, quam multorum opinio, & nostra etiam ferebat; sed tamen cumulatissime, nisi valde fallimur, eruditorum hominum studiis, & concitatae de se expectationi satisfacturum.

Etenim cum primum rumor spargi coeptus est de Papyris, quarum tam magnum numerum Herculanenses effossiones in apertum protulerant, ac prolaturas porro spes erat; dici non potest, quanta statim ubique gentium sit consecuta admiratio, quae mens, qui animus omnium fuerit, tam nostrorum, quam longe etiam dissitorum; iis quidem Herculanum certatim adcurrentibus, ut tantae vetustatis Volumina, tanquam lapsa Caelo ancilia, exoscularentur; his nostratium felicitati invidentibus, quibus usurpare oculis, quae auditione tantum ipsi accipere possent, licebat; omnibus vero divae memoriae CAROLVM Parentem Tuum ad Caelum tollentibus, cuius unius beneficio & liberalitati illa detectio referenda erat accepta. Hinc optare pro se quemque, votisque omnibus expetere, ut quamprimum illa evolverentur, & cuiusmodi essent, a quorum essent manu profecta, quid secum novi adferrent cum Orbe erudito communicaretur. Sed operis difficultate deterritis pene cunctis; qui, vera iam facta fabula, carbones pro thesauro, vel potius meros cineres tenere sese non dubitabant; reique exitum desperantibus, unus CAROLVS, animum non despondit, & bene sperare de summa rei iussit; nullique curae, nullis sumptibus parcens, id tandem pervicit, ut qua maxima & industria & labore illa evolverentur, quanto cum litterarum emolumento quid dicam? Et vero, si in vetusti lapidis frusto, in numulo, in laterculo tantum saepe momenti est ad res cognitione dignissimas e tenebris eruendas; quid expectari par est ab satis amplo Volumine ante mille & septingentos minimum annos non dicam composito, sed certe scripto? Sed factum est sane perincommode, ut dum CAROLVS praeclare coepta cum maxime urgeret, in Hispaniam ad eorum Regnorum ineundam possessionem fuerit evocatus; quae res cum opus tum abrupit, tum subnascentes aliae ex aliis difficultates horum librorum editionem usque distulerunt. Cum vero sexto abhinc anno Herculanensis Academia fere intermortua, faustissimis auspiciis restituta foret a TE, Rex litterarum bono nate; nihil antiquius ea habuit, quam ut publicae lucis usura tamdiu concupita Volumina donaret. Ne autem ab incepta reliquorum Herculanensium monumentorum inlustratione socii omnes avocarentur; hanc spartam quatuor academicis pro Voluminum tum patentium numero adornandam

deman-

demandavit; ita ut singuli singula edisserenda, & inlustranda susciperent; improbus enim huiusmodi labor is est, qui inter plures simul dividi, & conlata symbola, uti nobis sollemne est, absolvi nequeat. Atque en, Regum optime, illud ipsum Philodemi de Musica *Volumen, quod omnium primum Augusti Patris Tui providentia in Regio Museo explicatum lucem adspexit, suis nunc supplementis, interpretatione, iustoque commentario a strenuo conlega nostro Carolo Rosinio probe instructum, TIBI se tandem sistit. Et bene quidem habet; nosque Fortunae, quidquid illa est, vel potius si quidquam est, non tam ingrati erimus, ut dicam ipsi scribamus; quae, moris, quas diximus, nectendis, videtur immo gloriae & felicitati Tuae voluisse obsecundare; ut Papyrorum Herculanensium editio diu dilata, atque sub Regno Tuo publicata, ad ceteras Tuas laudes, & ad hunc liberalium studiorum & artium optimarum statum florentissimum, veluti cumulus accederet. TE interim, REX maxime & clementissime, obtestamur, ut industriae nostrae indulgentia & liberalitate Tua faveas; TEQVE sospitem ac florentem cum augusta Coniuge, Proleque Regia beatissima, Regnorum ac litterarum felicitati quam diutissime praestes.*

E Scrinio Domus Augustae Kal. Sextil. Ann. CIƆIƆCCXCIII.

Devoti Numini Maiestatique eius
Academici Herculanenses



G. B. Malesci del. ed inc.

ERVDITIS LECTORIBVS.

I. ANtequam ad papyraceum illud volumen commentandum adgrediamur, quod primum artificioſiſſimi hominis opera evolutum cupidis eruditorum oculis legendum ſe praebuit, operae pretium eſt non pauca praemonere. Et quidem primo de eius Auctore, tum de eo, in quo verſatur argumento; tum de illius orthographia; tum denique de noſtra, quam in ipſum contulimus, opera, ordinis ratio poſtulat, ut ediſſeramus.

II. Profecto de eius Auctore dubitare non ſinit titulus ad papyri calcem adſcriptus, & quidem iterato; ſtatim enim ab ultima illius columna eodem charactere legitur: ΦΙΛΟΔΗΜΟΥ ΠΕΡΙ ΜΟΥΣΙΚΗΣ (ut in ſchemate columnae XXXVIII expreſſum vides): interiecto deinde quinque pollicum interſtitio, eadem verba grandiuſculis litteris repetuntur, quorum ſchema ipſo in limine omnibus columnis praefigendum duximus. At quiſnam iſte Philodemus fuerit, qua haereſi, qua patria, quibus moribus, quo tempore floruerit, & quaenam eius ſcripta ſuum nobis nomen commendaverint, lectores procul dubio a nobis requirent.

III. *Philodemi* quidem (ſive *Philodami*, ut Dorienſes efferebant) nomen, quod graece *populi amatorem*, ſive mavis *Poplicolam* ſonat, obvium fuiſſe conſtat, adeoque plures eius nominis apud antiquos invenimus: unum vetuſtiſſimum Pithagoreum Locris in Magna Graecia natum; duos vero recentiores, alterum Opunte in germana Graecia, Lampſaci alterum in Minori Aſia, de quibus Cicero in Verrem. Hi tamen nihil cum noſtro Philodemo habent commune. Longe enim is fuit celebrior Philoſophus ex Epicuri ſecta, & Poëta non ignobilis, de quo plura ab antiquis cum laude tradita accepimus. Eius meminit Tullius ſub finem *II libri de Fin.* & quidem perhonorifice; ait enim: *Sironem & Philodemum* (1) *cum optimos viros, tum doctiſſimos homines*; & diſertius, licet ſuppreſſo nomine, de eo loquitur integro fere *cap.* 28 *Orat. in L. Piſonem* (quem locum infra dabimus) uti Aſconius Pedianus teſtatur his verbis: *Philodemum ſignificat, qui fuit Epicureus illa aetate nobiliſſimus, cuius poëmata ſunt laſciva*. Meminit item Horatius *lib. I Sat.* 2 *v.* 121: *Gallis hanc Philodemus ait*; eumque non de alio, quam de Epicureo Philoſopho loquutum, & ex veteri eius Scholiaſte Acrone diſcimus, & hodiedum exſtat Epigramma, cui adparet Flaccum adluſiſſe; eſt autem in Brunkii Analectis *num.IX* (2). Eumdem praeterea cum addito *Epicurei* citant Laërtius in Epicuri vita *lib.X ſect.III*, & *Strabo lib. XVI* ubi illum primum inter eos memorat, qui urbem Gadara nobilitarunt. Ab Ambroſio etiam *epiſt. XXV lib. III* ſub corrupto *Philomari* nomine hunc ipſum Epicuri ſectatorem *Philodemum* citari iure putat Menagius in Laërtium (3). Quod autem hic noſter Philodemus ipſiſſimus ille ſit tam celebris, atque adeo unus inter Epicuri adſeclas, quem veteres non alio διακριτικῷ inter ὁμωνυμους diſtin-

(1) Male aliqui codices habent *Polidemum*.

(2) Epigramma incipit: *ενι μυχοις*. Primus ex ms. cl. Uffembachii publicavit Reiskius in ſua *Anthologia Cephalae num.* 651. Abeſt autem a Vaticano, & Barberino. Ita ut mirum non ſit, ſi illud Daniel Heinſius ignoraverit; quare *lib. II de Satyra Horatiana* de huiuſmodi epigrammatis fato indolens, ſcripſerit: *locus plus venuſtatis haberet, ſi quidem ipſa Philodemi exſtarent verba*. Valedicimus ergo iis, qui inibi legendum duxere: *Gallis hanc Philo demus ait*, Philoni perperam dictum tribuentes. Videſis Lambinum *l. c.*

(3). Inter recentiores de eo meminerunt Reiskius in *Notitia Poëtarum anthologicorum*, quae exſtat in edita ab eo *Anthologia Cephalae*: Menagius *ad Diog. Laërt. X*, 3: Ionſius *II*, 18: Fabricius *Bibl. Gr. T. II*: Samuel Petitus *Obſ. I*, 9: Daniel Heinſius *II de Satyra Horatiana*; aliique.

xerint, quam Philodemi τȣ Επικȣρειȣ, ambigere minime poſſumus; quandoquidem hunc acerrimum Epicuri vindicem ubique deprehendimus. Etenim non modo in hoc περι μȣσικης volumine Epicurea dogmata redolet, uti infra docebimus, ſed paſſim in aliis voluminibus Epicureum ſe profitetur: in duobus praeſertim, quae *de Rhetorica* habemus; quorum alterum abſolute inſcribitur περι ῥητορικης; alterum vero titulum praefert των ὑπομνηματων περι ῥητορικης. In utroque enim totus eſt, ut probet ſophiſticam Rhetoricam artem eſſe dicendam ſecundum Epicuri placita, atque paſſim Epicurum ipſum, Ermarchum (4), & Metrodorum ſcholae anteſignanos citat: imo illud alterum των ὑπομνηματων volumen hac ſententia claudit: Ει γαρ Επικȣρος, ϗ Μητροδωρος, ϗ Ερμαρχος αποφαινονται τεχνην ὑπαρχειν την τοιαυτην, ὡς εν τοις ἑξης ὑπομνησομεν, οἱ (ἡμετεροι) τȣτοις αντιγραφοντες ȣ πανυ τι μακραν της των πατραλοιων καταδικης αφεςηκασιν, *ſi enim Epicurus, & Metrodorus, & Ermarchus demonſtrarunt eam eſſe artem, ut in ſequentibus libris recordabimur, Noſtri, qui ipſis contradixere, parum admodum a parricidii crimine abfuerunt*. En quantum Noſter Epicuro, aliiſque ſectæ κορυφαιοις erat addictus. Quis negabit igitur eum eſſe Philodemum *Epicurei* cognomine celebratum?

IV. Iam vero Philodemi patriam nos docet Strabo loco nuper citato: εκ δε των Γαδαρων Φιλοδημος ὁ Επικȣρειος γεγονως, ϗ Μελεαγρος, ϗ Μενιππος ὁ σπȣδογελοιος, ϗ Θεοδωρος, ὁ καθ' ἡμων ῥητωρ, *Gadarenſis fuit Philodemus Epicureus, & Meleager, & Menippus ſeria iocoſe ſolitus exprimere, & Theodorus orator, qui aetate noſtra floruit*. Quo in loco obiter animadvertendum, quantopere Philodemi nomen Strabonis aevo celebraretur; ſiquidem Geographus eum in nobilitandis Gadaris ceteris conterraneis ſuis ſane inluſtribus praepoſuit, licet Meleager, & Menippus illum aetate praeceſſerint, Theodorus vero unus poſtea ſubſequutus ſit. Verum in eo falſus eſt Strabo, uti recte adnotat Caſaubonus, quod urbem *Gadara* Philodemi, aliorumque parentem cum *Gazaris* confuderit. Eam enim ſtatuit inter Ioppen, & Azotum, Aſcalonemque. Nam cum de Ioppe verba feciſſet, ſubdit: εν δε τῳ μεταξυ ἡ Γαδαρις εςιν, ἡν ϗ αυτην εξιδιασαντο οἱ Ιȣδαιοι, ειτ' Αζωτος, ϗ Ασκαλων, *interiacet Gadaris, quam ipſam quoque Iudaei ſuam fecerunt, poſtea Azotus, & Aſcalon*. Atqui certo certius eſt eam urbem prope Ioppen, quam ceperunt Iudaei, vulgo dictam eſſe *Gazara*, non *Gadara*; teſtes enim locupletiſſimos produxit Caſaubonus tum primum Machabaeorum librum *cap.* 14, *&* 16 (5), tum Ioſephum *libro item I. Antiqu.* (6). Fuiſſe autem aliam urbem dictam *Gadara*, vel *Gadaram*, vel *Gadarim* trans Iordanem teſtantur & Plinius *lib. V cap.* 18, qui eam ponit in Decapoli; & Stephanus, qui ait Γαδαρα πολις Κοιλης Συριας; item ac Ptolemaeus, (licet apud hunc legatur Γαδωρα, ſed corrupte, uti adnotat Cellarius); & Ioſephus, qui *lib.XXII cap.* 21 aeque ponit in Coeleſyria, & *lib. IV de Bell. Iud. cap.* 25 ſtatuit in Peraea: ελθοντων επι τα Γαδαρα μετροπολιν της Περαιας καρτεραν (7); & prae omnibus Marcus *cap.V v.*1: και ελθων (Ιησȣς) εις το περαν της θαλασσης εις την χωραν των Γαδαρηνων, *veniens (Ieſus) trans mare in regionem Gadarenorum*, ubi Vulgata habet *Geraſenorum*. E quibus certiſſime evincitur Gadarim trans Iordanem ſitam in Coeleſyria, & unam ex urbibus Δεκαπολεως, & Peraeae μετροπολιν fuiſſe. Conterminae enim erant Decapolis, & Peraea: ita ut illius pars meridionalis cum ſeptemtrionalibus Pe-

(4) Iampridem in primo Herculanenſium Aeneorum Signorum volumine animadverſum fuit, celebrem Epicuri amicum, & ſectatorem, cui omnes ubique codices *Hermachi* nomen adpinxerant, *Hermarchum* fuiſſe re vera adpellatum, docente tum aëneae protomes epigraphe, tum etiam papyracei voluminis περι ρητορικης commate. Id autem nunc magis magiſque perſuaſum habemus, cum conſtantiſſime Ερμαρχον paſſim in reliquis papyris iam evolutis ſcriptum invenerimus.

(5) *Cap. XIV v.* 7: και εκυριευσε Γαζαρων, & *v.* 34: και Ιοππην ὠχυρωσε την επι της θαλασσης, και την Γαζαρα την επι των οριων αζωτȣ; item *Cap. XVI v.* 19 *&* 21.

(6) Σιμων δε γενναιως αφηγȣμενος των πραγματων αιρει την Γαζαρα τε, και Ιοππην, και Ιαμνειαν των προσοικων cet. Male vulgo legunt Γαρα τε, ut adnotat Caſaubonus.

(7) Peraea autem nulli dubium, quin fuerit ad orientalem ripam Iordanis, teſte eodem Ioſepho *de B. lib.II cap.* 5: Περαια ἡ ὑπερ Ιορδανην.

Peraeae finibus confunderetur. Vel una igitur erat *Gadaris*, eamque trans Iordanem ſtatuamus, neceſſe eſt; vel duplex fortaſſe, ſi cum Strabone alteram prope Ioppen agnoſcamus, quae etiam *Gazara* diceretur. Et quidem a Ioſepho etiam illa altera in maritima Phoeniciae ora, quam *Gazara* alibi adpellaverat, *Gadara* dicitur, *Antiq. lib. V cap.* 1, ubi de Ephraimi ſorte ſcribit (8), qui locus Caſaubonum non fugit. Id tamen cl. Criticus preſſius demonſtrare neglexit, cur Philodemum, alioſque populares ſuos a Geographo memoratos Gadaris potius in Coeleſyria ſitis, quam his alteris ortos dicere debeamus. Cum enim ſemel conceſſeris binas urbes aeque *Gadara* dici poſſe, quo pacto Strabonem peccaſſe concludes, ſi unam potius, quam alteram clarorum virorum patriam appellaverit? Sed illud Caſaubonus tum non agebat; proinde ſatis ei fuit animadvertere aliam Gadaridem trans Iordanem fuiſſe, quae Strabonis fugerat ſedulitatem; nos vero, cuia intereſt, argumentis ad id probandum non deſtituimur. Id enim manifeſto evinci putamus e Philodemi noſtri conterraneo Meleagro, qui in ſuo epitaphio, quod *Brunckii Analect.* extat *num.CXXVII*, ſe *Syrum* adpellat, cum ſcribit:

Νασος εμε θρεπτειρα Τυρος· πατρα δε με τεκνοι
Ατθις εν Ασσυριοις ναιομενα Γαδαροις.

Tyrus inſula me nutriit; patria autem me genuit Atthis, quae habitatur in Aſſyriis Gadaris. Et infra:

Ει δε Συρος, τι το θαυμα; μιαν, ξενε, πατριδα κοσμον
Ναιομεν . . . .

Si Syrus ego, quid tibi mirum? Vnam, hoſpes, patriam incolimus, Orbem . . . . . .

V. Iam vero quantumvis Syriae, Aſſyriae, Paleſtinae, Phoeniciae nomina interdum latiſſima acceptione ſumta inter ſe confundantur, atque Strabo *lib. XVI* initio adfirmet Aſſyriae nomine deſignari non modo Babyloniam, ſed maximam circum eam ſitae regionis partem uſque ad την περαν τȣ Ευφρατȣ πολλην χωραν, *multam regionem cis Euphratem*, atque adeo etiam Phoenicen inter Aſſyrios collocet, Syrorumque nomen ſcribat διατειναι απο της Βαβυλονιας μεχρι τȣ Ισσικȣ κολπȣ, *extendi a Babylonia uſque ad Iſſicum ſinum* (9); nihilo tamen minus propriam ſtrictamque Syriae, & Aſſyriae adpellationem non tam late patere tum ipſemet Strabo, tum alii docent Geographi. Is enim ipſo citato loco, quo tam latos Aſſyriae fines adſignat, ait proprie vocari Syros, qui habitarent trans Euphratem, & Arabibus eſſent finitimi; & *lib. XVI* Coeleſyriam proprie dictam a Phoenice diſtinguit, ſcribens: επει ȣν την ιδιως λεγομενην Κοιλην Συριαν επεληλυθαμεν, επι την Φοινικην μετειμεν: Coeleſyriam autem ſuperius dixerat proprie eſſe, quae Libano, & Antilibano clauderetur. Et Plinius *lib. V cap.* 12, cum latiſſimos item Syriae fines deſcripſiſſet, ſubdit: *Qui ſubtilius dividunt circum Euphratem Syriam, Phoenicem volunt eſſe oram maritimam Syriae, cuius pars ſit Idumaea, & Iudaea: deinde Phoenicem, deinde Syriam. Id quod praeiacet, mare totum Phoenicium adpellatur.* Cum igitur Meleager ſe *Syrum* dicat, & in *Aſſyriis Gadaris* ſe natum adfirmet, nonne ratio ſuadet eum minime παχυτερως fuiſſe loquutum, ſed in ea regione natum, quae proprie Syria adpellaretur, & Aſſyriae ſtricte ſumtae pars eſſet? Si quis vero eo argumento non frangatur, adeat ipſum Meleagrum in eiſdem *Analect. num. CXXVI*, ubi ſic canit:

Αλλ' ει μεν Συρος εσσι, σελομ· ει δ' ȣν συγε Φοινιξ,
Αυδονις· ει δ' Ελλην, χαιρε· το δ' αυτοφρασον. (*)

At ſi Syrus es, dices σελομ; *ſi vero Phoenix*, αυδονις; *ſi autem Graecus*, χαιρε, *idem ſem-*

(8) Ita apud Ioſephum legitur: Η δ' Εφραϊμȣ φυλη την μεχρι Γαδαρων απο Ιορδανȣ μηκυνομενη ελαχεν.

(9) Idem diu ante ſcripſerat Herodotus *l. III*: εστι δε εν τῳ νομῳ τȣτῳ Φοινικη τε πασα, και Συριη ἡ Παλαιστινη καλεομενη.

(*) Stephanus vero, aliique legunt σαλαμ pro σελομ, & ναιδιος pro αυδονις. Id vero nunc noſtra non intereſt.

ſemper dices. Quibus in verſibus quis non videt *Phoenicem*, & *Syrum* adverſis frontibus componi? Cum igitur ſe *Syrum*, non *Phoenicem* dixerit, quis pervicaciter neget *Gadarim Aſſyriam* fuiſſe in Syria ſtricte ſumta, & proprie in Coeleſyria trans Iordanem? Idcirco in Vaticani codicis Anthologici margine Scholiaſtes adnotaverat: *Ουτος ὁ Μελεαγρος Φοινιξ ην των απο Παλαιϛινης*, quod ſane a vero non abludit; namque & Palaeſtini etiam Phoenices audiebant, & Decapolitani inter Palaeſtinos procul dubio cenſebantur. Attamen recentiori manu (10) in eodem codice infra ſubſcriptum legitur: *ὁ Μελεαγρος Γαδαρηνος ην το γενος Συρος*, quod nempe alter ſubdidit Scholiaſtes, quaſi ſuperiora illa verba *οβελιζων*; ſcrupulum enim ei iniecerat *Phoenicis* adpellatio. Conſule etiam eruditiſſimum Emmanuelem Martinium in *epiſt.V cap.* 4, qui de iiſdem gloſſematis verba facit. Sed in eo vir doctus fallitur, quod putet & Gadarim fuiſſe ſitam ad Euphratem, & Gadaridis vicum fuiſſe *Atthidem*, propterea quia in citato Epigrammate Meleager canit:

. . . . πατρα δε με τεκνοι
Ἀτθις εν Ασσυριοις ναιομενα Γαδαροις.

Unde concludit: *Natus eſt Meleager Gadaris, ſeu potius Atthide, oppido ad Euphratem haud procul Gadaris*. Verum undenam haec hauſerit neſcimus. Profecto ex allatis veterum teſtimoniis ſat procul ab Euphrate Gadara fuiſſe didicimus. Neque Reiskii opinionem amplectendam ducimus, qui reiecta Martinii interpretatione putat Atthidem dici Gadara, quia Atticorum fuiſſent colonia. Ecquando enim Attici, vel Graeci alii in mediterranea Syriae colonias deduxere? Multoque minus aliam, quam ipſe proponit, coniecturam probamus, Atthidem ſcilicet Meleagri matris nomen fuiſſe; quando Graecus habet: *πατρα Ατθις με τεκνοι*, *patria Atthis me genuit.* Nobis autem Meleager ſuae urbis graecitatem, imo atticiſmum verbis illis magnificare voluiſſe videtur. Ut enim Poëta ſuam patriam Graeci oris, atque moris eſſe doceret, quid aptius dicere poterat, quam ſe genitum *Atthide*, quae habitaretur in *Aſſyriis Gadaris?* Niſi malis dicere Gadaris tantam Graecorum turbam poſt Alexandrum Macedonem habitaſſe, ut quaſi Graecam urbem in Syra conſtituerint, & propterea Meleager ſe natum dicat *Atthide*, *quae erat Gadaris*, ideſt Graecis parentibus, qui viverent in urbe Aſſyria. Hanc coniecturam quodammodo confirmat Meleager ipſe, cum in ore Syrorum (ſuorum ſane popularium) ponit ſalutationem *σαλαμ*, quae pura puta Hebraica eſt: *ει δε Συρος εσσι, σαλαμ*. Gadareni igitur non omnes admodum Graeci erant, ſed *γενικως* Syri; quin imo Hebraei, & Hebraicam religionem, ritusſque profitentes; quandoquidem Marcus *l. c.* teſtatur Chriſtum, (qui ſane numquam ad Ethnicos acceſſit), in eorum fines deſcendiſſe.

VI. Verum quod Gadareni *ανεκαθεν* Graeci non fuerint, ex ipſius Philodemi noſtri epigrammate erui ſatis poſſe videtur. Huiuſmodi epigramma in editis ante Brunckium Anthologiis non habetur, ſed legitur in Vaticano, & Barberino mss. codicibus, & quidem corruptiſſime, hoc pacto:

Ξανθοκηρόπλαϛε μυρόχροε μȣσοπρόσωπε
Εὔλαλε διπτερύγων καλὸν ἄγαλμα πόθων
Ψίλον μοι χερσῖ δροσιναῖς μύρον ἐν μονοκλίνω
Δεῖ με λιθοδμήτω δὲ ποτὶ πετριδίω
Εὔδειν ἀθανάτως πȣλὺν χρόνον ᾆι δὲ πάλιν μοι
Ξανθάριον ναῖ ναῖ τὸ γλυκῦ τȣ͂το μέλος
Οὖ καὶ εἰς ὤνθρωφοτοκον λύφος ἐν μονοκλίνω
Δεῖ σε βιȣ͂ ἀεὶ δύσμορε πετρίδιω (11)

Quod

(10) Id iampridem animadverterat Io: Bapt. Zenobettius in ſuis inluſtrationibus ad *Meleagri Gadareni in Ver Idyllion*, quod nos ipſi *αυτοπτκι* verum deprehendimus.

(11) Eodem ferme pacto legi in ms. Philarae, quod extat in Sangermanenſi Bibliotheca, idoneo teſte compertum habemus. Brunckius illud recentiſſime edidit in ſuis

Quod ne Oedipo indigeat, ſic corrigas (12), atque legas:

Ξανθ' ω κηροπλαστα (13), *μυρορρος* (14), *μουσοπροσωπε* (15),
Ευλαλε, διπτερυγων καλον αγαλμα ποθων,
Ψιλου (16) *μοι χερσι δροσιμαις μυρον, εν μονοκλινῳ*
Δει με λιθοδμητῳ (17) *δε ποτε πετριδριῳ*

ſuis Analectis *Lection. & Animad. in vol.II Tom.III pag.* 145, ſed ſectum bifariam. Tria enim priora diſticha, quae in Codice Boutrerii invenerat, pro integro praebet epigrammate; deinde ſubdit: *Salmaſius in Plinium e Philodemi epigrammate* ανεκδοτῳ, *quod in codicibus meis non extat, diſtichon protulit, cuius ſententia fere eadem, quae in huius epigrammatis diſticho ſecundo*, tum adſcribit quartum diſtichon, uti apud Salmaſium legitur, hoc pacto:

Ουκ αιεις ανθρωπε τοκων γλυφος; εν μονοκλινῳ
Δει σ' αβιον ναιειν δυσμορε πετριδιῳ.

(12) Mendis enim ſcatere nemo non videt. Brunckius hac epigraphe illud notavit: *Corruptum Philodemi epigramma heic ſubiungam, in cuius emendatione acumen ingenii periclitentur eruditi.*

(13) Prima vox, uti eſt in ms. ξανθοκηροπλαστε, procul dubio cubat in mendo. Verſum enim in ſecunda eius ſyllaba claudicantem, & ſententiam minus idoneam reddit. Ecquod enim animal eſt vivum, & canens, quod *flava ſit cera conformatum?* Refingendum igitur vel ξανθου κηρου πλαστα, vel quam minima elementorum mutatione ξανθ' ω κηροπλαστα. Id alterum malumus, tum quia ſimplicius eſt, tum quia additum ξανθος ex tertio pentametro non ad ceram, ſed ad beſtiolam referri a Poëta conſtat; ibi enim quod principio vocaverat ξανθον, denuo ὑποκοριστικως vocat ξανθαριον. Sic etiam Theocritus dixit ξουθας μελισσας.

(14) Si intactum linquas μυροχοος, frigidum, & nihili erit επιθετον. Quid enim ſibi vult *unguenti colorem habens*, niſi idem ac *flavus*, quod iam dixerat? Ne igitur ταυτολογον faciamus Poëtam ſua elegantia ſatis ſpectatum, una litterula immutata lege μυρορρος, non ſecus ac Nonnus *Dionyſ.* dixit μελιρρυτον: quod additum opportuniſſimum eſt, tum quia hoc pacto Poëta utrumque cerae, & mellis opificium in ape commendat, tum etiam quia hoc alterum opificium in primis ipſe reſpicit; & ineptus ſane foret, ſi inter tot επιθετα illud unum praeteriret, quod ad ſuam ſententiam apprime facit. Quid enim opportunius, quam dicere: *qui unguentum fundis, elabora mihi unguentum: Unguenti* autem nomine *mel* heic ſignificari mox dicemus. Animadverterat etiam Brunckius του μυροχροε importunitatem, quare ſcripſit: *ſcribendum videtur* μυροχοε, *aut potius* μυροπνοε. Sed alterum carminis quantitas recuſat; alterum ſententiae non ſuffragatur.

(15) Quamplurimis hodiernis acutae naris Criticis aeque ſuſpectam eſſe vocem μουσοπροσωπε non ignoramus; ſed nos intactam relinquere maluimus, tum ne nimii in emendando eſſemus, tum etiam quia aliquo pacto ſtare poſſe ea viſa eſt. Etenim ſi toti epigrammati eam tribueris ſententiam, quam ſupra adſcripſimus, continuo fatearis oportet noſtrum Poëtam novam ſibi apis ideam procudiſſe. Quam enim tantum βομβευσαν Theocritus dixit, ipſe ευλαλον adpellat, eiuſque bombum, re vera ineptum & moleſtum, non modo γλυκυ μελος dicit, ſed & παραμυθητικον ſibi eſſe adfirmat. Quid porro mirum, ſi tam bene apteque ſibi canentem μουσοπροσωπον vocet? Quid cerebroſo facies Poëtae? Ceterum & a Chriſtodoro in Εκφρασει dicta eſt etiam apis πιερικη; & a Meleagro Philodemi conterraneo εμφατικωτερως celebratus eſt locuſtae cantus ſatis venuſto epigrammate, qui eſt apud Brunckium CXII, in quo Locuſtam inepte garrientem *Muſae* nomine decorare non dubitat:

Ακρις, εμων απατημα ποθων, παραμυθιον ὑπνου
Ακρις, αρουραιη μουσα, λιγυπτερυγε,
Αυτοφυες μιμημα λυρας, κρεκε μοι τι ποθεινον,
Εγκρουουσα φιλοις ποσσι λαλους πτερυγας·
Ως με πονων ρυσαιο παναγρυπνοιο μεριμνης,
Ακρι, μιτωσαμενη φθογγον ερωτοπλανον·
Δωρα δε σοι γητειον αειθαλες ορθρινα δωσω,
Και δροσερας στοματι σχιζομενας ψεκαδας.

Locuſta meorum deceptrix amorum, conciliatrix ſomni; Locuſta agreſtis Muſa, ſuave alis reſonans, tuapte natura imitatrix lyrae, cane mihi aliquid amabile concutiens tuis pedibus vocales alas; ut me a laboribus liberes curae, quae ſomnum omnino abigit: Locuſta texens quaſi fidibus ſonum amoris deceptorem. Allium autem ſemper virens tibi pro matutino munere dabo, & roſcidas guttas ore ſciſſas. Nec epithetis minus honeſtis Locuſtam adpellat in alio epigrammate Mneſalcas *num. X.*

Ουκετι δη πτερυγεσσι λιγυφθογγοισιν αεισεις
Ακρι, κατ' ευκαρπους αυλακας εζομενα:
Ουδε με κεκλιμενον σκιερην ὑπο φυλλαδα τερψεις
Ξουθαν εκ πτεριγων ἁδυ κρεκοισα μελος.

Non amplius ſane alis dulciſonis canes Locuſta prope fructiferos ſulcos ſedens: neque me iacentem umbroſis ſub frondibus oblectabis dulce flavis alis reſonans melos. Cicadam vero ſatis moleſte fritinnientem nonne ſuis epigrammatis decorarunt quaſi ſuaviter cantillantem & Meleager, & Nicias, & Archias? quae videſis collecta in Lubini *Anth. lib. III cap.* 24. Sed, quod magis mirere, Meleager idem Culicem adpellare non dubitat φιλομουσον in elegantiſſimo Epigrammate apud Brunck. *num. XC* quod adſcribere non piget:

Πταιης μοι κωνωψ ταχυς αγγελος, ουασι δ' ακροις
Ζηνοφιλας ψαυσας προσψιθυριζεταδε·
Αγρυπνος μιμνει σε· συ δ' ω ληθαργε φιλουντων
Ευδεις· Εια, πετευ· ναι φιλομουσε, πετευ.
Ησυχα δε φθεγξαι, μη και συγκοιτον εγειρας,
Κινησεις επ' εμοι ζηλοτυπους οδυνας.
Ην δ' αγαγης την παιδα, δορᾳ στεψω τε λεοντος,
Κωνωψ, και δωσω χειρι φερειν ροπαλον.

Volita mihi Culex, velox nuncius, atque aures ſummas Zenophilae tangens haec inſuſurra: Vigilans te exſpectat: tu vero o amantium oblivioſa dormis? Eia, vola: nae o Muſarum amice, vola. Tacite vero loquere, ne ſimul maritum excitans, & in me zelotypiae dolores ſuſcites. Quod ſi adduxeris puellam, te pelle Leonis ornabo, Culex, & dabo manui ferre clavam.

(16) Quam facile minuſculum υ in ν tranſire poſſit, quis non videt? Proinde pro ψιλον legendum duximus ψιλου, ut ita evadat ſecunda praeſentis imperativi του ψιλοω. Hoc autem verbum, quod eſt a ψιλος *tenuis, glaber* apud Graecos ſcriptores vulgo pro *deglabrare*, vel *nudare* ſumitur; quid tamen vetat, ut pro *attenuare* accipiatur? ita ut quemadmodum bene dicitur ψιλον μυρον, *tenue unguentum*, ſic etiam ψιλουν μυρον, *attenuare unguentum;* novimus enim maius fuiſſe unguenti pretium, cum magis tenue foret, ut apud *Plin. lib. VII.* Vidit profecto Brunckius *Tom. III pag.* 145 *Lection. in vol.II* mancam eſſe ſententiam, eo quod verbum deeſſet, quapropter ſcripſit: *pro* ψιλον, σπεισον. χερσιν εμοι δροτιναις σπεισον μυρον. Quae verba procul dubio ſic accipere debet, ut ſignificent: *liba unguentum mihi roſcidis manibus.* Sed quo pacto apis lotis manibus unguentum dare poſſit, quive hoc comma cum reliquo epigrammate congruat, nemo ſane intelliget. Id quidem Brunckium non latuit; propterea ſubdit: *Poſt haec verba quaedam deeſſe videntur.* Sed quid, mi bone, integro hexametro deeſſe poteſt? Quod ſi in emendando tam liberos eſſe liceret, & pro ψιλον recudere σπεισον, legeremus potius σπευσον, *propera mihi unguentum;* quod nimis apte quadraret. Sed tam violentas manus textui iniicere non auſi ſumus. Pro δροτιναις vero legendum δροσιμαις, & *verſ. ſeq.* pro ποτι, ποτε, nemo fortaſſe ambiget.

(17) Sic Nonnus vocat ſepulchrum Chriſti Domini, λιθαδη χαμευνην.

Ευδειν αθανατως (18) πȣλυν χρονον· ᾳδε (19) παλιν μοι
Ξανθαριον· ναι ναι (20)· το γλυκυ τȣτο μελος.
Ουκ αιεις ω᾽νθρωπε τοκογλυφος (21); εν μονοκλινῳ
Δει σ᾽ αβιον ναιειν, δυσμορε, πετριδιῳ.

Sic lecto epigrammate, haec erit ſententia. Adloquitur Poëta τον βομβιλιον, h. e. apem circum ſe ſuſurrantem: *O flave opifex cerae, unguentum effundens, Muſam ore referens, garrule, pulchrum volitantium Cupidinum ſimulacrum, attenua mihi roſcidis tuis manibus unguentum; oportet enim me aliquando immortalium more longo aevo cubare in loculo affabre in petra exciſo: nae, nae, redintegra mihi tuum melos; dulce enim eſt mihi. At tu o foenerator homo (hoc melos) non audis? In ſaxeo loculo te oportet, miſer, ſine victu habitare.* Fingit ergo ſibi audito apis bombo ſuccurriſſe, eiuſdem miniſterio adparari mel, quod olim condiendo ſuo cadaveri inſerviret: qua recordatione minime perterritus, quin imo exhilaratus, utpote cui mors nihil quiret ſurripere, ſed potius efficeret, ut immortalium more nihilo indigentium longo aevo in ſaxeo loculo cubaret; eamdem rogat, ut feſtinet ſibi unguentum ad hoc opus elaborare; atque proinde, ut ſuum iteret bombum hortatur, adfirmans ſibi gratum illum fore, profecto quia mortem laborum finem in ſuam memoriam revocaret, contra quam divitibus accideret. Propterea quaſi επιμυθευομενος ad foeneratorem ſe convertens rogat, cur ipſe huiuſmodi ſuſurrum non exaudiat, qui memoriam illius temporis refricaret, cum ſibi tantopere pecuniis inhianti omnibus vitae commodis orbato in arca lapidea foret habitandum? Hoc ſane pacto obſcuriſſimi antehac epigrammatis ſententia, ni fallimur, belle procedit.

VII. Sed, ut ad rem noſtram veniamus, ecquis non videt hoc in epigrammate Philodemum ἑβραΐζειν, cum non modo ſepulcrum in petra exciſum, ſed etiam unguentum melle confectum ad condituram ſui corporis ſe manere adfirmet (22)? Quare minus opportune ultimum epigrammatis diſtichon (23) retulit Salmaſius (pace tanti Viri dixerimus), ut inde adſtrueret iam apud Graecos id aetatis, antiquata cada-

(18) Recte verti poſſet αθανατως, *aeternum*, ni ſequeretur πουλυν χρονον. Ideo Brunckius *l. c.* ut inluſtret, quid ſibi velit ευδειν αθανατως, citat Lucretii verſum: *Mortalem vitam, mors quoi immortalis ademit.* Sua igitur ſententia ευδειν αθανατως valet *cubare immortaliter*, h. e. *morti non amplius obnoxium*; bene quidem. At nobis eo in adverbio maior quaedam vis ineſſe viſa eſt: ſcilicet *immortalium*, ſive *Deorum inſtar*, qui itidem in marmoreis loculis inertes, & nulla re indigentes ſedent. Αθανατȣς enim Homerus ſaepe pro Θεοις uſurpat. Quaſi dicat Poëta mortuum in ſuo ſarcophago conditum immortalibus aequiparari poſſe; horum enim beatitas, ſecundum Epicuri dogmata, in quiete, & ſecuritate repoſita erat. Siquidem illius των κυριων δοξων, *ratarum ſententiarum* ea prima fuit: το μακαριον, και αφθαρτον ȣτε αυτο πραγματα εχει, ȣτε αλλῳ παρεχει, quam Tullius *lib. I de Nat. Deor. cap.* 30. ſic reddidit: *quod beatum & immortale eſt, id nec habet, nec exhibet cuiquam negotium.*

(19) Pro αι δε ſcribendum ᾳδε & vidit Brunckius, & tam clarum eſt, quam quod clariſſimum.

(20) Repetita haec vocula ναι probantis, & blandientis eſt, & belle copulatur cum ὑποκοριττικῳ ξανθαριον. Glaucus item in ſuo Epigramm. apud *Brunck. num. II*, Ναι, ναι Παν συρικτα. Eodem ferme pacto nos Itali dicimus *sì, sì*.

(21) Corruptiſſimum hoc diſtichon reſtituere olim adniſus Salmaſius, illud retulit, prout adſcripſimus *n.* 10. Sed aliquanto felicius hexametro medicas adhibuit manus eruditiſſimus Simon Rochetius Gallus in ea, quam diu elaborat numeris omnibus abſolutam Graecae Anthologiae editionem, quique pro ſua incredibili humanitate nobis feliciſſimam emendationem minime invidit: h. e. pro τοκου λυφος legere τοκογλυφος, cui procul dubio ſubſcribent & plaudent eruditi; quam minima enim unius litterulae mutatione, nempe υ in γ eamdem, quam Salmaſius ſententiam inde extudit. Quod ad pentametrum vero, utroque, ut aiunt, pollice Salmaſii lectionem probamus, quamvis adſint qui mss. preſſius inſiſtentes legere ament: δει σε βιουν αιει, *oportet te aeternum vivere*. Namque etſi concedamus illud αιει reſpondere poſſe ad πουλυν χρονον tertii hexametri, attamen το βιουν non bene reſpondet ſuperiori τῳ ευδειν, & male quidem mortuo aptaſſet βιουν, *vivere*; ſiquidem ſine ullo verſus detrimento repetere poterat ευδειν, vel κλινεσθαι, vel quid ſimile. Praeterea ſi tollas το αβιον, ſententia perit. Tunc enim intelligere non licet, cur δυσμορον adpellet eum, cui eadem ac ſibi ſors obtigerit, de qua is tantopere gaudet, cubandi ſcilicet εν μονοκλινῳ πετριδιῳ.

(22) Hinc ſane arguimus hoc epigramma a Philodemo, dum adhuc in patria degeret, fuiſſe concinnatum; uti alia quoque ibidem ſcripſiſſe novimus, inter quae illud, quod incipit Ιυȣς ὠ μελικερτα, apud *Brunck. n. XXV*, de quo ſic Reiskius in *Notitia Poët. Anthol. p.* 271. *Graecum origine ſe non eſſe, ſed in Aſia natum, quodammodo ſignificat carmine illo, quod p. . . A. St. exſtat, & precibus a Neptuno ſecundam navigationem flagitat, qua in portum Piraeeum devehatur.* Sed fruſtra Reiskius Stephanianae Anthologiae paginam citare ſategerat, ubi nuſquam huiuſmodi epigramma adparet. Primus illud publici iuris fecit Dorwillius in ſuo *Charitone pag.* 181.

(23) Cuivis intelligere datur, cur Salmaſius hoc ultimum potius diſtichon, quam ſecundum, quod etiam ad manus procul dubio habebat, adlegaverit: quia ſcilicet illud το μυρον ſuae ſententiae minus favebat.

cadaverum crematione, nuperum condendi in lapideis ſarcophagis defunctos morem invaluiſſe. Nec quae deinde adlegat Petronii (24), & Phlegontis teſtimonia, ea ſunt, quae probare valeant Philodemi aevo, h.e. tribus ante ſaeculis (25), id vulgo Graecos factitaſſe; non ſecus ac, ſi quis vellet Latinis quoque Tullii aetate cremandi morem abiudicare, propterea quod Macrobius *VII Saturnal. c. 7* teſtetur *urendi corpora defunctorum ſuo ſaeculo nullum eſſe*. Et re quidem vera Tullius *de Legibus lib.II cap.22*, cum de ſepulturae ritu ageret, ſcribit : *At mihi quidem antiquiſſimum ſepulturae genus id fuiſſe videtur, quo apud Xenophontem Cyrus utitur. Redditur enim terrae corpus, & ita locatum ac ſitum, quaſi operimento matris obducitur. Eodemque ritu in eo ſepulcro, quo procul ad fontis aras, Regem noſtrum Numam conditum accepimus; gentemque Corneliam uſque ad memoriam noſtram hac ſepultura ſcimus eſſe uſam .... Declarat enim Ennius de Africano : Heic eſt ille ſitus. Vere : nam ſiti dicuntur ii, qui conditi ſunt : nec tamen eorum ante ſepulcrum eſt, quam iuſta facta, & corpus incenſum eſt. Et quod nunc communiter in omnibus ſepultis penitus, humati dicuntur, id erat proprium tum in iis, quos humus iniecta contegeret*. E quibus ſane verbis patet luce meridiana clarius, Tullio, ut doceret, quid proprie *ſepelire*, quid *humare* valeret, nulla ſui temporis exempla huc ſuppeditaſſe, & proinde eum ad vetuſtatem provocaſſe, & tanquam de antiquiſſimo more loquutum. Quanti enim erat ei, qui etiam barbarorum exempla adlegare non dubitaverat, Attico auſcultanti (uti paullo inferius) dicere: *Athenienſes tui hodiedum ſic factitant* (26). Sed quid multis opus, quando Lucianus Petronio fere coaevus in περι πενθους de variis ſepulturae ritibus loquens, adhuc Graecis cremandi morem, uti proprium adiudicat? ὁ μεν Ελλην εκαυσεν, ὁ δε Περσης εθαψεν, ὁδε Ινδος ὑηνῳ περιχριει, ὁ δε Σκυθης κατεσθιει, ταριχευει δε ὁ Αιγυπτιος, *Graecus exurit, Perſa defodit, Indus adipe ſuillo oblinit, Scytha devorat, condit Aegyptius*. Tanti igitur non eſt Petronii auctoritas, ut tam retro reſpicere poſſit (27). Multoque minus Phlegon Hadriani Libertus nobis negotium faceſſit. Sera enim

(24) Petronii verba haec ſunt *cap. CXI* : *In conditorium etiam proſequuta eſt defunctum, poſitumque in hypogeo Graeco more corpus cuſtodire, ac flere totis noctibus diebuſque coepit . . . . ſecundum hanc orationem iubet mariti ſui corpus ex arca tolli, atque illi, quae vacabat, cruci adfigi*.

(25) Bona licet eruditorum pars Petronium imperante Nerone floruiſſe contenderint; attamen id, quod iam ſuſpicati erant Valeſii fratres, eum ad extrema Antoninorum tempora eſſe reiiciendum, Nicolaus Ignarra Noſtrae Herculanenſis Academiae Quindecemvir in ſua Palaeſtra Neapolitana ſat luculenter demonſtravit non modo argumentis ex eiuſdem Petronii ſtylo (quod Valeſii confecerant) petitis, ſed multo etiam ſolidioribus, utpote quae ipſaemet Satyrici narrationes ſuppeditant. Quibus argumentis etiam hoc licebit adcenſere, quod ſcilicet eum ſepulturae ritum commemoret, qui nonniſi collabeſcente iam Ethniciſmo invaluit.

(26) Cum ſcilicet *cap.25* Athenienſium morem a Cecrope uſque ductum cineres terra humandi, & fruges deinde inſerendi, alioſque emortuales ritus deſcripſiſſet, concludit ad Atticum converſus : *haec igitur Athenienſes tui*. Quem locum non bene aſſequuti ſunt Ioannes Kirchmannus *de Funeribus Rom. lib. I cap.* 1; Everhardus Feithius *Antiq. Homeric. lib. I cap.* 14, aliique, quibus perſuaſum eſt Athenienſes, Tullio auctore, mortuos ſuos non cremaſſe, ſed integros terra condidiſſe; propterea quod Romanus Orator ſcribit : *Nam & Athenis iam ille mos a Cecrope, ut aiunt, permanſit, hoc ius terra humandi, quam cum proximi fecerant, obductaque terra erat, frugibus obſerebatur*. Legendum ſane cum optimis Criticis: *corpus terra humandi, quod cet.* Quocumque tamen pacto legas, id dubitari nequit, hoc *capite* 25 Tullium non amplius de ritu urendi, vel humandi cadavera verba facere, ſed *de ſepulcrorum magnificentia minuenda*, eaque de cauſa vetuſtum Athenienſium morem referre, qui terram, cui mortuus eſſet inlatus, ſtatim obſerebant, *ut ſinus & gremium quaſi matris mortuo tribueretur, ſolum autem frugibus expiatum ut vivis redderetur*. Quid vero ſibi vellet verbum *humare*, iam ſuperius *cap.* 22 explicaverat : *quod nunc communiter in omnibus ſepultis penitus, ut humati dicantur, id erat proprium tum in iis quos humus iniecta contegeret . . . Nam priuſquam in eos iniecta gleba eſt, locus ille, ubi crematum eſt corpus, nihil habet religionis; iniecta gleba tumulis, & humatus eſt, & gleba vocatur*. Cum igitur mox ſcribit *terra humandi*, non eſt cur ita accipienda ſit *humatio*, ut ſignificet cadaver integrum humo inlatum, & non potius cineres, cui gleba eſſet iniecta. Profecto ſi Tullio huiuſce humationis ſtricte ſumptae tam luculentum exemplum Athenienſium ſuppeditaſſet, inepte ſatis ad Cyri ſepulturam antea provocaſſet. His adde, quae Kirchmannum non latuit, Thucydidis auctoritatem, qui *lib.II* de pyris, facibus, & combuſtione in ſuorum Athenienſium ſepultura peſtis tempore, tamquam de re conſueta meminit; quare eius Scholiaſtes ſubdit : δηλονοτι καυσαντες τα σωματα· ουτος γαρ ην νομος Αθηναιοις, και πασιν Ελλησιν. Pro certo igitur habeas Athenienſes poſt Solonis tempora ad Tullii aetatem vulgo crematos fuiſſe, & ſic terrae inlatos, non ſecus ac Homerici heroës, aliique paſſim Graeci. Ceterum illud quoque verum eſt, quod Kirchmannus obſervavit, eum morem non ita perpetuum apud Graecos fuiſſe, ut nunquam ab aliquo violaretur.

(27) Quid vero, quod Petronius de Matrona Epheſia verba facit? Epheſiis autem uſum fuiſſe Aſiano more corpora εν ταις καμαραις condendi, Petronio teſte, minime inficiamur. Nec quod Petronius ait : *Poſitum in hypogaeo Graeco more corpus cuſtodire, ac flere totis noctibus diebuſque coepit*, nobis incommodat; cum id tantummodo indicet, illud ſepulcrum fuiſſe ſubterraneum, qualia

enim aetate nulli dubium, quin combuſtio apud Graecos, aeque ac Romanos exoleverit, opera praeſertim Chriſtianorum, qui eum gentilem ritum execrabantur, uti optime animadvertit Io: Kirchmannus *lib. I de Funeribus Romanorum cap. 2.* (28). Vt ut tamen dederimus iam inde a Tullii aetate ſuos defunctos in lapideis arcis condere Graecos coepiſſe; Philodemi certe epigramma Palaeſtinum morem redolet; ſiquidem mellis condiendo cadaveri meminit, quod procul dubio Graeci moris non fuit.

VIII. Et re quidem vera Lucretius tres ſepeliendi modos enumerans cecinit:

Ignibus impoſitum calidis torreſcere flammis;
Aut in melle ſitum ſuffocari atque rigere
Frigore, cum in ſummo gelidi cubat aequore ſaxi;
Vrgerive ſuperne obtritum pondere terrae.

Vbi aperte diſcriminat melle conditum cubare in gelido ſaxo, & urgeri aggeſta terra, quod alterum nempe antiquiſſimi Graecorum, Latinorumque moris fuerat, teſte Tullio, & proprie Latinis *humari* dicebatur, uti Graecis χώννυσθαι, & χέειν σῆμα, *aggerere tumulum*, ut Euripides in *Hecuba*. Melle autem idcirco condire cadavera inſtitutum fuit, quia ut ſcribit *C. Plin. lib. XXII cap. 24: Ipſius natura talis eſt, ut putreſcere corpora non ſinat*: & *Colum. lib. XII cap. 45: Ea mellis eſt natura, ut coër-*

ceat

qualia erant Graecorum. Etenim ſcitum eſt ab uſque Homeri aevo Graecorum ſepulcra fuiſſe ὑπόγαια, contra quam Romanorum, quae erant ὑπέργαια, h.e. *ſupra terram exſtantia*, Salmaſio ipſo docente. Inde tamen minime ſequitur in hypogaeis fuiſſe ſemper cadavera inlata, non cineres. Ὑπόγαιον enim fuit Hectoris ſepulcrum, quandoquidem Homerus *Il. ω v. 797* adpellat κοίλην κάπετον, *cavam foſſam*, ſuper quam magni lapides ſtrati fuere; ὑπόγαιον pariter Patrocli σῆμα, & quidem τορνώμενον, *affabre expolitum*, *Il. ψ v. 255*:

Τορνώσαντο δὲ σῆμα, θεμείλιά τε προβάλοντο
Ἀμφὶ πυρήν.

Vterque tamen, ſicuti ceteri Homerici Heroës (vide *Il. η v. 431*, & *Odyſſ. ω v. 67 & ſeqq.*) combuſti ſunt. Vt indicaret igitur Petronius Matronam pluribus diebus ac noctibus flentem perduraſſe in conditorio *ſubterraneo*, fortaſſe addidit *Graeco more*, h. e. illud poſitum fuiſſe ſub terra non ſecus, ac Graecorum ſepulcra ſolerent; quod vero integrum cadaver mariti in arca ſitum foret, id non àd omnium Graecorum morem, ſed ad Epheſiorum, qui licet Graece loquerentur, Aſiaticis tamen inſtitutis, non ſecus ac Gadarenus Noſter, fortaſſe inſiſtebant, eſt referendum.

(28) Dum haec ſcribimus opportuniſſime bina huiuſmodi hypogaea in hac urbe detecta ſunt extra pomoerium ad S. Ianuarii portam, qua in vicinia tribus & viginti ab hinc annis alterum erutum fuerat ſub Patrum Miſſionis domo. In nuper enim inſtaurata domo, dum puteo defodiendo darent operam fabri, inventa eſt ſatis elegans camera in ſaxo tophaceo excavata, quae triginta fere palmos Neapolitanos longa erat, lata ſeptendecim, alta tredecim, cuius parietes, demto fornice, opere tectorio erant exornati: circumcirca autem e ſolo tres circiter palmos alti ſurgebant undecim loculi in eodem ſaxo exſculpti, qui ſeptem fere palmos eſſent lati, excepto qui contra portam erat aliquanto brevior. Erant porro loculi praegrandibus aliquot tegulis, ita confictis, ut ſeſe invicem continerent, cooperti. In albo autem, quod ſingulis loculis impenderet, atramento, alicubi etiam ſtylo ferreo, plura deſcripta erant Graecis litteris, modo grandioribus, modo minutioribus, nomina, quorum aliquot aliis veteribus, fidelia dealbato pariete, fuiſſe impoſita ſatis adparebat. Hinc porro transfoſſo intergerino pariete, in aliam contiguam cameram prorſus ſimilem, licet anguſtiorem, patuit aditus. Septem ibidem erant loculi, quorum duo tantum nominibus inſcripti. Multa hinc fictilium ſigillorum, quae in tectorii operis corona digeſta fuerant, & multiformium vaſculorum ſupellex extracta eſt; nummi vero nulli, quod ſane dolendum. Inventa eſt autem uni loculorum ſuperimpoſita olla terra, & oſſibus oppleta cum inſcripto nomine ΕΥΔΡΟΜΟΥ ΤΟΥ ΓΝΕΟΥ. Alia in hiſce hypogaeis erant obſervatu digna, praeſertim Graecum diſtichon, quo Euphronis theca diſtinguebatur, cui inluſtrando operam nunc navat Nicolaus Ignarra Noſtrae Academiae XVvir; ſed ea huc non pertinent. Quod autem ad rem noſtram facit, en profecto duo *Graeco more* hypogaea, quae tamen non alios ferunt antiquitatis characteres, quam qui illa poſt Antoninorum tempora reiiciunt. Neque id ex ineleganti elementorum deformatione repetimus; ex iis enim, utpote feſtinanter in pariete depictis, nec ab artifice, ſed ab hominibus in hoc ſcripturae genere minime peritis nulla certa fieri poteſt coniectura; ſed certiori longe indicio, qualia ſunt ipſa defunctorum nomina inſcripta. Ex iis enim quatuor ſunt pura puta Romana, ſcilicet ΧΟΚΚΗΙΟΣ, ΣΠΥΡΙΟΣ, ΓΝΕΟΣ, ΠΑΠΕΙΡΙΑ. Nam ſi Straboni *lib. V* fides habenda eſt narranti Neapolim prae ceteris Graecis Italiae urbibus Romanorum dominatione in barbariem collapſis Graecorum inſtitutorum fuiſſe tenaciſſimam, & in primis Graecae nomenclationis, quam conſtantiſſime ſuo aevo Neapolitani, etſi Romani (lege ſcilicet Iulia) evaſiſſent, retinebant, ἑλληνικὰ ὀνόματα καίπερ ὄντων Ῥωμαίων; procul dubio Romana, quae inibi leguntur nomina ſatis aperte poſteriora Straboni tempora deſignant, imo eam prorſus aetatem, cum denique Romanorum colonia Neapolis evaſit, poſtrema ſcilicet Antoninorum tempora; ut abunde Palaeſtrae Neapolitanae Auctor demonſtravit. Quid vero quod cineraria urna Εὐδρόμου τοῦ Γνέου luculenter oſtendit non diu ante morem ſepeliendi integra in loculis cadavera inoleviſſe, quando adhuc erant, qui veterem cremationem mordicus retinebant? Nec antiquius certe aeſtimandum alterum hypogaeum, quod in eadem vicinia anno 1758 detectum fuit, ut argumento fuere ſatis inelegantes characterum formae, quibus elegans ſub Ariſtonis anaglypho epigramma exſculptum fuerat, & anaglyphi ipſius ruditas, nec non σχάλματα, quae aliam inſcriptionem parieti impoſitam deturpabant; quae omnia collabeſcentem in urbe noſtra Graeciſmum ſatis prodiderunt. Haec omnia adnotare non piguit, ut diſcant lectores, quam conſiderate graviſſimae Salmaſii auctoritati obluctaverimus.

ceat vitia, nec ſerpere ea patiatur; *qua ex cauſa etiam exanimum corpus hominis per annos plurimos innoxium conſervat*. Το μυρον igitur, quod ab ape ſibi fabricari poſtulat Philodemus, vel abſolute mel eſt, vel certe unguenti genus, quod melle in primis conſtaret. Et quidem ex Plinii *lib. VII* diſcimus in omnibus fere unguentorum ſpeciebus, quibus ad luxuriam veteres abutebantur, conficiendis mel prae reliquis locum habuiſſe. Quaenam autem fuerint gentes, quae melle in condiendis cadaveribus potiſſimum uterentur, docet Strabo *lib.XVI* de Aſſyriis ita ſcribens: θαπτȣσι δ᾽ εν μελιτι κηρῳ περιπλασαντες, *ſepeliunt in melle cera oblinentes*, itemque Herodotus *lib.I*: ταφαι δε σφι εν μελιτι (29). Praeterea ecquis ignorat Hebraeis in more poſitum fuiſſe, ut cadavera unguentis delibuta (30), & linteis, faſciiſque conſtricta in ſaxeis loculis conderent? Quem profecto morem ex Aegypto ipſi derivaverant (31): quantumvis non omnes ſepulturae ritus Hebraeis, & Aegyptiis eſſent communes. Denique etiam Spartanos ſuos defunctos in melle, vel cera adſervare ſolitos, evinci videtur ex Herodoto, qui mortuo Ageſilao, dum iter per Cirenen faceret, narrat: ὁτι τȣ σωματος εν μελιτι κομισθεντος εις την Σπαρτην ετυχε της Βασιλικης ταφης τε, και τιμης: *corpus eius melle conditum relatum fuiſſe Spartam*, & *regio ibi cultu* & *honore ſepultum*; licet Plutarchus, & Nepos in Ageſilao cera oblitum eius corpus narrent, quod mel non ſuppeditaret. Verum id non alia ſane de cauſa factitatum ab eis arbitramur, quam ut incorruptum ſervare poſſent, uſquedum peregre Spartam pervenirent, nunquam idem facturi, ſi Ageſilaus domi occubuiſſet. A Plutarcho enim accepimus, quid a Lycurgo indiſcriminatim de ſepultura inſtitutum foret; ſcribit enim in *Lacon. Inſtit.*: Των δε ϑαφων ανειλε την δεισιδαιμονιαν απασαν ὁ Λυκȣργος, εν τῃ πολει θαπτειν τȣς νεκρȣς, και πλησιον εχειν τα μνημεια των ἱερων συγχωρησας. Περιειλε δε και τȣς μιασμȣς, συνθαψειν δε ȣδεν επετρεψεν, αλλ᾽ εν φοινικιδι, και φυλλοις ελαιας ϑεντας το σωμα περιςελλειν κατ᾽ ισον απαντας: *univerſam de ſepulcris ſuperſtitionem Lycurgus abſtulit*, *concedens*, *ut in urbe mortui ſepelirentur*, & *monimenta templis eſſent vicina*: *ſuſtulit* & *pollutiones*, & *nihil permiſit cum cadavere humari*, *ſed ut cadaver in punicea veſte*, & *foliis oleae aeque ab omnibus componeretur*. Vt ut tamen ſe res habeat, ſi quidem aliquando apud Spartanos hic melle condiendi cadavera mos invaluit, profecto dicemus e Palaeſtina profectum; nemo enim ignorat Spartanos ab Hebraeis fuiſſe oriundos (32). En igitur cur Graeco-Syrus Noſter inter Hebraeos victitans mel ab ape ad ſui ſepulturam praeſtolaretur. En quam verum ſit Gadarenos origine Graecos non fuiſſe. Sed de eius patria nimis fortaſſe hactenus.

IX. Quo autem tempore is floruerit, profecto ex Tullio diſcimus; ſiquidem de eo, tamquam de ſuo contemporaneo loquitur. In libro enim *de Finibus* loco *pag.* I citato Torquatum inducit aequalem ſuum adpellantem Syronem, & Philodemum *ſuos familiares*. Ex Oratione vero *in Piſonem* ſatis ſuperque eruitur eum non modo cognitum Tullio fuiſſe, ſed tum, cum eam orationem pronuntiaret, vixiſſe adhuc, & floruiſſe; eaque de cauſſa Orator & ſuppreſſo nomine, & caute nimis loquitur, ne eum offendat. Quod autem Aſconius minime nos fefellerit, cum docuit de Philode-

(29) Democritum etiam praecepiſſe, ut ſuum corpus melle ſervarent, auctor eſt Varro περι ταφης apud Nonium, ſed eius exemplum vulgus non fuiſſe imitatum: *Heraclides Ponticus plus ſapit*, *qui praecepit*, *ut comburerent*, *quam Democritus*, *qui ut melle ſervarent*: *quem ſi vulgus ſequutus eſſet*, *peream*, *ſi centum denariis calicem mulſi emere poſſemus*.

(30) Quamvis huiuſmodi unguenta interdum fuiſſe pretioſa conſtet ex iis, quae de Chriſti D. N. ſepultura habent Evangeliſtae; nihil tamen vetat opinari pauperiorum cadavera (in quorum numero fortaſſe erat Philodemus) ſolo melle condita plerumque fuiſſe.

(31) Itaque cum Lucianus ſcribit: ταριχευει ὁ Αιγυπτιος, ſub Aegyptiorum nomine intellige etiam Hebraeos. Fama enim pervulgata erat apud Graecos ab Aegyptiis Hebraeos fuiſſe prognatos, ut ait Strabo *lib. XVI*: φημη Αιγυπτιους αποφαινει τους προγονους των νυν Ιουδαιων λεγομενων. Hinc Tacitus *Hiſt. lib.V*: *Iudaeos corpora condere*, *quam cremare more Aegyptio*.

(32) Ita fatetur Arius rex Spartiatarum *Macbab. lib. I cap.* 12 *v.* 21: *Inventum eſt in ſcriptura de Spartiatis*, & *Iudaeis*, *quoniam ſunt fratres*, & *quod ſunt de genere Abrabam*.

lodemo illic verba fieri, comprobatum ex ipſomet Philodemo habemus, qui & Romam e Graecia ſe commigraſſe teſtatur carmine , quod exſtat in *Brunck. Analect. num. XXVIII* Τρισσους αθανατους ; & Piſonem ipſum adloquitur epigrammate apud eumdem *Brunckium IX*. Quin ſe eiuſdem amiciſſimum profitetur in alio epigrammate inedito, quod item extat in Palatino Codice Vaticano, & in Barberino (33):

Αυριον εις λιτην σε καλιαδα , φιλτατε Πεισων,
Εξ ενατης ἑλκει μουσοφιλης ἑταρις
Εικαδα δειπνιζων ενιαυσιον · ειδ᾽ απολειψης
Ουθατα , και βρομιου χιογενη προποσιν ,
Αλλ᾽ ἑταρους οψει παναληθεας , αλλ᾽ επακουση
Φαιηκων γαιης πουλυ μελιχροτερα .
Ην δε ποτε τρεψης και εις ἡμεας ομματα Πεισων ,
Αξομεν εκ λιτης εικαδα πιοτερην .

Corrige in primo pentametro ἑταρος (34) , & redde : *Cras te in vile tugurium , cariſſime Piſon , poſt nonam horam* (35) *adducet tuus ſodalis Muſis amicus convivio celebraturus anniverſariam Eicada* (36) . *Quod ſi relinques ſumina* (37) , *& Chii vini pocula, videbis certe omnino ſynceros ſodales , atque audies acroamata multo magis mellita iis , quae apud Phaeaces audiebantur* (38) . *Quod ſi quando in nos etiam oculos convertes Piſon , e vili tugurio pinguiorem Eicada reportabimus* . Quibus ſane verbis Piſonem adoleſcentulum, ſuae diſciplinae a Lucio patre traditum παιδεραστικως adloquitur (39).

X. Ce-

(33) Huius epigrammatis fragmentum protulerat iam Salmaſius in *Hiſt. Aug. pag.*424 , h. e. primum diſtichon, & ſecundi hexametri partem uſque ad ενιαυσιον . Idemque edidit porro Brunckius Salmaſium laudans, *Analect. Tom. III. Lection. & Animadv. p.* 145.

(34) Sic profecto legit Salmaſius , vel certe emendavit . Recte quidem ; quia επιθετα ſunt maſculini generis μουσοφιλης , δειπνιζων . Praeterquamquod non de alio tam demiſſe ſcribere poterat Poëta , ut eius domum *vile tugurium* adpellaret , quam de ſe ipſo , cum Senatorem Romanum, vel eius filium invitaret.

(35) Sic Salmaſius *l. c. Ciceronis etiam tempore , non minus quam Martialis plerique omnes , & praecipue non valde negotioſi ab hora nona coenam inibant . Philodemus quodam epigrammate nondum edito Piſonem invitans , ab hora nona eum adeſſe iubet* . Conſuetam tamen horam (quod ſuperfluum videri poſſet) idcirco deſignare non omittit , uti doceat convivium minime lautum ac ſumtuoſum futurum , qualia erant quae maturius inſtituebantur , ac propterea *tempeſtiva* , vel *intempeſtiva* audiebant ; ſed parcum ac ſobrium, quale Philoſophi, ac Poëtae eſſe decebat : idque apprime tertio hexametro reſpondet , ubi *ſumina* , *Chiumque vinum* defutura fatetur . Tantumdem enim erat poſt nonam coenare, ac ſobriae coenae accumbere . Sic Nicolaus Damaſcenus *de Auguſt. Inſtit.*, ut Auguſti ſobrietatem commendaret , ſcripſit eum non ante decimam horam coenare ſolitum , ni quando apud Caeſarem , vel Philippum , vel Marcellum ſororis virum convivio exciperetur : ουδε μεν τοι δειπνειν προ δεκατης ὡρας εξω Καισαρος , η Φιλιππου , η του γημαντος αυτου την αδελφην Μαρκελλου . Hanc autem convivii parſimoniam nona hora deſignatam lepide honeſtat , atque excuſat , minime otioſo epitheto μουσοφιλης , quod ſibi adrogat , quaſi dicat coenam ante *nonam* domi ſuae idcirco adparari non poſſe , quia ipſe *novem* Muſarum cultor eſſet, h.e. Poëta, ac proinde minime opulentus. Ex hac ipſa porro, quam Poëta commemorat, hora nona , ortum videtur, ut pro εταρος lectum aliquando fuerit εταρις . Cum enim notum fuerit apud Romanos ſcortorum domos nonniſi poſt nonam patuiſſe, unde meretriculae *Nonariae* audiebant, (uti apud Perſium *Sat.I*) nil facilius fieri potuit, quam ut Grammaticus aliquis, cum legiſſet εξ ενατης , non de *amico* , ſed de *amica* verba fieri cogitans, εταρις pro εταρος refingeret.

(36) Εικας dies cujuſque menſis viceſimus dicebatur; ita apud Ariſtophanem *in Nubibus Act. I Sc. I* : ὁρων αγουσαν την σεληνην εικαδας . Hunc autem natalem Epicuri diem eius ſectatores celebrabant , dicti propterea εικαδισται , ut apud *Athaen. lib. VII cap.* 13 : Επικουρειος δε τις εικαδιστης των συνδειπνουντων , non ſecus ac τετραδισται, qui quarta , & τριακαστοι , qui triceſima conveniebant , & convivia agitabant. Vide Caſaubonum *in Athen. lib. VII cap.* 9 , & Menagium *in Laërt. T. II lib. X ſegm.* 18. Cum autem εικας ſingulis menſibus rediret , cur eam adpellavit ενιαυσιον ? Dicendum ſane eum loqui de ea Eicade, quae foret natalis Epicuri anniverſaria , & ipſa Gamelionis viceſima, quaeque idcirco prae reliquis menſtruis ſollemnior rediret , ut a Tullio diſcimus *de Finibus II : Quaero, quid ſit, quod* . . . . (*Epicurus*) *tam accurate , tamque diligenter caveat , & ſanciat , ut* . . . . *heredes ſui de Hermachi* (h. e. *Hermarchi*, uti ex papyris noſtris diſcimus) *ſententia dent , quod ſatis ſit ad diem agendum natalem ſuum quotannis menſe Gamelione : itemque omnibus menſibus viceſimo die Lunae dent ad eorum epulas , qui una ſecum philoſophati ſint* .

(37) H. e. *Suillas cum lacte mammas* , cibum guloſis veteribus, aeque ac noſtris delicatiſſimum. Sic Leonidas Alexandrinus in epigrammate apud *Brunckium n.XXXII:*

Μη παλι μοι μετα δορπον , ὁτ᾽ ουκετι γαστερα πειθω ,
Ουθατα , και χοιρων αρτι τιθει τεμαχη .
Ne iterum mihi poſt coenam , cum non amplius ventrem flecto ,
Appone mammas ſuillas , & tomacula recentia .

Propterea cum Chio vino celebratiſſimo ea coniungit , ut indicet Piſonis quotidianam in coenando lautitiem.

(38) Adludit procul dubio ad ea, quae de Phaeacum coenis narrat Homerus *Odyſſ.* θ , a quibus Muſica non ſeiungebatur ; quorum regem Alcinoum ſic loquentem facit *v.* 248:

Αιει δ᾽ ἡμιν δαις τε φιλη , κιθαρις τε , χοροι τε .
Semper nobis conviviumque gratum , citharaque, chorique.

Ita quantopere Muſicam negligeret Noſter, etiam heic ſatis aperte indicat , ακροαματα illi lubentiſſime praeponens , quae ſuo tempore vulgo inoleviſſe ſcribit *Col. XVII* , quam conſule.

(39) Quid enim aliud innuere poteſt iſta efflagitatio του τρεπειν ομματα , *ut oculos convertat* is, qui domum ſubire, & convivio excipi non fuerit dedignatus, niſi mode-

ſtam

X. Ceterum quod ad eius mores attinet, eum naturam bonam fuiſſe ſortitum, eamque non Philoſophia modo, ſed litteris etiam expoliviſſe Tullius teſtatur *l. c.*, ſed familiaritate Piſonis diſcipuli eum, qui magiſter virtutis eſſe debuerat, adeo fuiſſe corruptum, ut non modo peccanti adularetur, ſed etiam eius adulteria elegantiſſimis verſibus celebraret. Sed praeſtat ipſum Tullium audire *cap.* 28, 29: *Eſt quidam Graecus, qui cum iſto vivit, homo, ut vere dicam, ſic enim cognovi, humanus, ſed tamdiu, quamdiu cum aliis eſt, aut ipſe ſecum. Is cum iſtum adoleſcentem iam tum cum hac Diis irata fronte vidiſſet, non fugit eius amicitiam, cum eſſet praeſertim appetitus: dedit ſe in conſuetudinem ſic, ut prorſus una viveret, nec fere ab iſto unquam diſcederet. Non apud indoctos, ſed ut ego arbitror, in hominum eruditiſſimorum, & humaniſſimorum coetu loquor. Audiſtis profecto dici, Philoſophos Epicureos omnes res, quae ſunt homini expetendae, voluptate metiri: recte, an ſecus, nihil ad nos: aut, ſi ad nos, nihil ad hoc tempus; ſed tamen lubricum genus orationis adoleſcenti non acriter intelligenti ſaepe praeceps. Itaque admiſſarius iſte, ſimul atque audivit a Philoſopho voluptatem tantopere laudari, nihil expiſcatus eſt: ſic ſuos ſenſus voluptuarios omnes incitavit, ſic ad illius hanc orationem adhinniit, ut non magiſtrum virtutis, ſed auctorem libidinis a ſe illum inventum arbitraretur. Graecus primo diſtinguere, atque dividere illa, quemadmodum dicerentur: iſte claudus, quomodo aiunt, pilam retinere: quod acceperat, teſtificari; tabulas obſignare velle, Epicurum diſertum decernere: & tamen dictum opinor, ſe nullum bonum intelligere poſſe, demptis corporis voluptatibus. Quid multa? Graecus facilis & valde venuſtus, nimis pugnax contra Senatorem populi R. eſſe noluit. Eſt autem hic, de quo loquor, non Philoſophia ſolum, ſed etiam ceteris ſtudiis, quae fere ceteros Epicureos negligere dicunt, perpolitus. Poëma porro facit ita feſtivum, ita concinnum, ita elegans, nihil ut fieri poſſit argutius: in quo reprehendat eum licet, ſi qui vult, modo leviter, non ut improbum, non ut audacem, non ut impurum, ſed ut Graeculum, ut aſſentatorem, ut Poëtam. Devenit, aut potius incidit in iſtum eodem deceptus ſupercilio Graecus, atque advena, quo tam ſapiens & tanta civitas. Revocare ſe non poterat familiaritate implicatus: & ſimul inconſtantiae famam verebatur: rogatus, invitatus, coactus, ita multa ad iſtum de iſto ſcripſit, ut omnes libidines, omnia ſtupra, omnia coenarum conviviorumque genera, adulteria denique eius delicatiſſimis verſibus expreſſerit. In quibus, ſi quis velit, poſſit iſtius, tamquam in ſpeculo, vitam intueri; ex quibus multa a multis lecta, & audita recitarem, niſi vererer, ne hoc ipſum genus orationis, quo nunc utor, ab huius loci more abhorreret: & ſimul de ipſo, qui ſcripſit, detrahi nolo. Qui ſi fuiſſet in diſcipulo comparando meliore fortuna, fortaſſe auſterior, & gravior eſſe potuiſſet: ſed eum caſus in hanc conſuetudinem ſcribendi induxit Philoſopho valde indignam: ſiquidem Philoſophia, ut fertur, virtutis continet, & officii, & bene vivendi diſciplinam: quam qui profitetur, graviſſimam mihi ſuſtinere perſonam videtur. Sed idem caſus illum, ignarum quid profiteretur, cum ſe Philoſophum eſſe diceret, iſtius impuriſſimae, ac intemperantiſſimae pecudis coeno, & ſordibus inquinavit.* Quod Tullii iudicium de Philodemi moribus a veritate alienum non fuiſſe, hoc ipſum volumen, quod inluſtrandum adgredimur, ſatis comprobat; ex eo enim translucet animus per ſe ſatis ad bonitatem comparatus, & ab intemperantia abhorrens. Vide praeſertim, quae ſcribit in *Col. VII.*

XI. E veterum porro librorum naufragio non aliud de tanti Philoſophi, ac Poëtae ſcriptis adhuc emerſerat, quam XXXIII epigrammata, XXXI ſcilicet, quae continenti ſerie habentur in Brunckii Analectis *Tom. II*, & bina a nobis modo adlata, quae

ſtam rei turpis ſollicitationem? Quod cum Lucio patri minime quadret, hinc adoleſcentulo Piſoni filio carmen inſcriptum ſuſpicari licet. Quis enim ignorat, quanta inverecundia Graeci, & quidem Philoſophi ingenuos pueros deperirent?

quae integra e mss. primi eruimus. Plura tamen opera eum ſcripſiſſe veteres memoriae prodiderunt. Et quidem Athenaeus *lib.X* citat *Philodemi* opus, cui titulus των εν Ροδῳ Σμινθιων, quamvis *lib.III* eiuſdem operis mentionem faciens, auctorem adpellaverit *Philomneſtum*. Vtra lectio verior ſit, ignorare cogimur. Ambroſius autem in *epiſt.* 25 *lib.III* nuper citata adlegat eius *Epitomas*, in quibus de Epicuri doctrina verba feciſſe manifeſtum eſt. Diogenes vero Laërtius aliud eius ſcriptum commemorat, cui fecerat titulum: ἡ των φιλοσοφων συνταξις, & quidem pluribus conſtans libris; citat enim decimum. Hunc autem titulum non *de Philoſophorum compoſitione* cum eius interprete Ambroſio, ſed potius *ordinatam Philoſophorum ſeriem* interpretari licet; ita ut eo in opere belle digeſta haberetur Philoſophorum omnium, eorumque dogmatum ſeries, unoque verbo philoſophica hiſtoria exhiberetur. Quod non modo confidenter adſerimus ex eo, quod videamus a Laërtio hunc librum citari, ut doceret Epicuro hortante tres ejuſdem fratres Neoclem, Chaeredemum, & Ariſtobulum ad philoſophandum adceſſiſſe (quod ad Epicuri philoſophantis hiſtoriam pertinere nemo non videt), ſed etiam ex cuiuſdam Papyri fragmento colligi poſſe putamus. Cum enim primo e caveis eruta eſſent huiuſmodi volumina, cumque nulla ſuppeteret ars, cuius ope tam fragilis materia evolvi poſſet, ut incredibili tum Caroli Regis, tum eruditorum omnium cupiditati, qua ardebant, talia antiquitatis noſſe κειμηλια, aliquo pacto fieret ſatis; nil aliud ſuccurrit (uti in ſuperiori διατριβῃ narravimus), quam eorum aliquod gladio bifariam ſecare, ut lecta aliquantula codicis particula, de eo librorum genere iudicium fieri poſſet. Temere igitur in craſſius quoddam volumen (fere enim quinque pollices latum eſt eius fragmentum mediam cylindri περιφερειαν continens) manus iniecere; quod diſſectum integram columnam, & alterius partem elegantibus ſcriptam Graecis characteribus curioſis oculis praebuit, quae a Cl. Mazochio, magno tum noſtrae Herculanenſis Academiae lumine, explicata, & commentariolo inluſtrata ſapientiſſimi Monarchae deſiderium explevit. In ipſa autem columna, aeque ac in reliquis, quae poſtea evolvi potuere, de Epicuri vita, & dogmatis agitur (40); adeo ut coniectandum ſit eo ipſo volumine contineri vel totam την των φιλοσοφων συνταξιν, vel potius aliquem e decem eius libris. Non enim nobis perſuademus integrum opus de unius Epicuri rebus geſtis tractare potuiſſe. Nam ſi alia adeo pinguis Epicuri hiſtoria per Philodemum exſtitiſſet; hanc potius, quam alium quemvis librum Laërtius citaſſet. Itaque dolendum ſane eſt, quod nimia feſtinatione voluminis nil contemnendi facta ſit irreparabilis iactura: ſed quid faceres, cum nulla alia eius legendi ſpes adfulgeret? Satis ſuperque ab Optimo Principe, artium ſcientiarumque fautore acerrimo tam laudabili de cauſſa admiſſum peccatum reparatum fuit, cum neque curis, neque impendio pepercit ulli, ut evoluta haec volumina eruditorum oculis aliquando uſurpanda proponeret. Nihil praeterea de Philodemi ſcriptis apud veteres commemoratum occurrit. Itaque prorſus nova ſunt tum hoc *de Muſica*, tum alia, de quibus in Diatriba Iſagogica verba fecimus.

XII. Iam vero adcedamus ad ipſum περι μȣσικης volumen; deque eius argumento parumper diſſeramus. Quartum illud eſſe de hoc argumento pertractans, nota Δ titulo ſuppoſita ſatis indicat; nec tamen ultimum eſſe conſtat tum ex eiuſdem libri concluſione, quam videſis, tum ex illis, quae *Col. VI & VII* in ſe recipit, quae reliquo hoc libro minime praeſtat, tum in primis ex *Col. XXXVI*, ubi ἑτερον βιβλον, ſi bene legimus, promittit. De Muſica quidem perpetuo diſputat, non tamen τεχνικως, ſed φιλοσοφικως, & quidem ſecundum Epicuri dogmata, ut infra demonſtrabimus. Nihil enim de Muſicae artis praeceptis, niſi quid perfunctorie loquitur;

(40) Ipſa eſt, quae inter fragmenta extat *Tab. I.*

quitur; ſed totus eſt in agitanda ea quaeſtione, num Muſica laude potius, an vituperio ſit digna? & num adeo utilis eſſe poſſit, uti veteres plerique exaggerabant, an potius per ſe ipſa ad mirificos pariendos effectus inepta, & ſaepe etiam periculoſa? utpote quae aurium oblectamento unice ſit comparata. Hanc ſcilicet alteram opinionem tuetur heic Noſter e ſuae ſectae placitis. Num vero reliqui libri adhuc deliteſcentes in Philoſophico eodem argumento verſati ſint, an Muſicam artem propius attigerint, hariolari non vacat.

XIII. Norunt profecto eruditi antiquitus ea in re fuiſſe controverſum, & non modo Philoſophorum ſcholas, ſed integras quoque nationes pro altera parte ſtetiſſe. Itaque licet Graeci fere omnes, & Barbarorum quamplurimi (inter quos primi enumerandi Hebraei) perdite Muſicam amarent, eique mirabiles admodum adſignarent effectus, ſummoque proſequerentur honore; apud Aegyptios (41) tamen, uti noxia, animoſque emolliens proſcripta erat, nec non apud Garamantas, & Iberos, qui ob morum feritatem *αμȣσοι* prorſus erant: Opici vero & Lucani libidini admodum dediti, teſte Ariſtide Quintiliano *de Muſica lib.II p.* 72, & *αγευςοι παντaπασι των εκ μȣσικης καλων*, & *qui bona e Muſica provenientia nunquam deguſtaverant*, eiuſdem lenocinii erant *αναισθητοι*. Spartani porro, & Romani, etſi Muſicae uſum in pluribus probarent, magno tamen honore Muſicos minime afficiebant, ut Graecorum reliqui (42). Quod vero ad Philoſophos attinet, ecquis ignorat quantum Pythagorae, & Pythagoreis Muſica deberet, quantiſque laudibus eam mactarent? Inſtar omnium ſit, quam adlegat Ariſtides *lib.I pag.*3 Panacmae Pythagorei orationem, qui aiebat: *εργον ειναι μȣσικης ȣ τα φωνης μονον μερη συνιςαν προς αλληλα, αλλα πανθ᾽ όσα φυσις εχει, συναγειν τε και συναρμοττειν*, *Muſices negotium eſſe non tantum vocis partes inter ſe componere, ſed quaecumque natura ſuo ambitu concludit, cogere & concinnare*. Nec minus Plato eiuſque ſectatores, & Peripateticorum ſchola Muſicam praedicarunt. Vadem damus Plutarchum in *De Muſica*, qui cum pluribus probaſſet Platonis in Muſica peritiam, concludit: *ότι δε σεμνη ἡ άρμονια, ϗ θειον τι, ϗ μεγα, Αριςοτελης ὁ Πλατωνος ταυτι λεγει. Η δη άρμονια εςιν ȣρανια, την φυσιν εχȣσα θειαν, ϗ καλην, ϗ δαιμονιαν*: *Quod autem harmonia ſit quid divinum, & venerandum, & magnum, Ariſtoteles Platonis diſcipulus his verbis confirmavit: Enimvero Harmonia res eſt caeleſtis, eiuſque natura divina, & pulchra, & auguſta*. Stoici autem, ſi Fabio Quintiliano *Inſtitut. I cap.* 10 credimus, non ita immodici Muſicae amatores fuere, ſed ab ea ſapientem abhorrere non debere adfirmarunt: *Eius ſectae*, ſcribit, *quae aliis ſeveriſſima, aliis aſperrima videtur, principes in hac fuere ſententia, ut exiſtimarent ſapientum aliquos nonnullam operam his ſtudiis accommodaturos*. At vero Strabo, cum Stoicus eſſet (43), praeclare nimis de Muſica opinatus eſt; libro enim X quatuor enumerat, quibus

(41) Teſte quidem Diodoro Siculo, qui *lib. I* ſic ſcribit de Aegyptiis: *Παλαιστραν δε, και Μȣσικην ȣ νομιμον εστιν παρ᾽ αυτοις μανθανειν*.

(42) Muſicam quidem Spartani vulgo diſcebant, teſte Chamaeleonte apud Athenaeum *lib.IV c.ult.*: *Χαμαιλεων... Λακεδαιμονιȣς φησι και Θεβαιȣς παντας αυλειν μανθανειν*: & Plutarcho in *Lacon. Inſtit.* *Εσπȣδαζον και περι τα μελη, και τας ῳδας*, idque ex Licurgi inſtituto, ut ibidem docet, quo nimium belli ardorem temperarent: *ὁ γαρ Λικȣργος παρεζευξε τῃ κατα πολεμον ασκησει την φιλομȣσιαν, ὁπως το αγαν πολεμικον τῳ εμμελει κερασθεν συμφωνιαν, και ἁρμονιαν εχῃ*: & Quintilianus *Inſtit. Orat. lib. I cap.* 10: *Lycurgus duriſſimarum Lacedaemoniis legum auctor Muſices diſciplinam probavit*; ipſique prae omnibus veterem Muſicam incorruptam ſervarunt, teſte eodem Athenaeo *lib. XIV cap.* 8: *διετετηρηκασι δε και μαλιστα των Ἑλληνων Λακεδαιμονιοι την μȣσικην πλειςον αυτῃ χρωμενοι*. Dicendum tamen eam potius ut ludicrum animis ingenue temperandis relaxandiſque idoneum, quam ut magni per ſe momenti rem conſideraſſe; ſiquidem Eudamidas apud Plutarchum *in Lacon. Apophth.* interrogatus, qualis ſibi videretur quidam eximius fidicen, reſpondit: *μεγας κηλεςης εν μικρῳ πραγματι*, *magnus delinitor in re exigua*: cumque aliquis convivio lyram inferret, ait: *ου Λακωνικον το φλυαρειν*, *non Laconum eſt nugari*. Demaratus item audito fidicine, ait: *ου κακως φαινεται μοι φλυαρειν*, *non male mihi hic videtur nugari*. Romani vero leviorem etiam, & ingenuis viris parum dignam eam diſciplinam ducebant, uti videre eſt apud Nepotem, qui cum in Epaminondae virtutibus commemorare vellet, *ſaltaſſe eum commode, ſcienterque tibiis cantaſſe*, ſemel atque iterum ſe purgat, atque profitetur: *haec ad noſtram conſuetudinem ſunt levia, & potius contemnenda; at in Graecia utique olim magnae laudi erant*.

(43) Uti luculenter evincit Caſaubonus ex ipſiuſmet Geographi verbis, dum ipſum illuſtrat; nec non Lipſius in *Manuduct. ad Stoic. Philoſ. lib. I.*

Deum colere homines queant Natura ipſa dictante, *ανεσιν feriationem*, *ενθουσιασμον*, *divinitus immiſſum furorem*, *κρυψιν μυςικην*, *myſticum arcanum*, *κ μουσικην*, *ἡ περι τε ορχησιν ουσα, κ ρυθμον, κ μελος, ἡδονῃ τε ἁμα, κ πολυτεχνιᾳ, προς το θειον ἡμας συναπτει κατα τοιαυτην αιτιαν*, *& Muſicam, quae cum in ſaltatione, rhythmo, & cantilena verſetur, voluptate, artiſque varietate nos ea de cauſa coniungit cum Deo.* Deinde ſubdit: *Ευ μεν γαρ ειρηται κ τουτο, τους ανθρωπους τοτε μαλιςα μιμεισθαι τους θεους, ὁταν ευεργετωσιν· αμεινον δ' αν λεγει τις, ὁταν ευδαιμονωσι. τοιουτον δε το χαιρειν, κ το ἑορταζειν, κ το φιλοσοφειν, κ μουσικης απτεσθαι. Μη γαρ, ει τις εκπτωσις προς το χειρον γενηται, των μουσικων εις ἡδυπαθειας τρεποντων τας τεχνας εν τοις συμποσιοις, κ θυμελαις, κ σκηναις, κ αλλοις τοιουτοις, διαβαλλεσθω το πραγμα*: *Bene quidem dictum eſt, homines tum maxime Deum imitari, cum beneficia conferunt: rectius autem diceretur, cum beate vivunt* (cur Caſaubonus ab obvia, & opportuna *του ευδαιμονειν* ſignificatione recedens explicare maluerit, *numina recte colunt*, ignoramus)*: id autem fit gaudendo, dies feſtos agitando, philoſophando, Muſicam tractando. Neque enim ſi in vitium res excidit, Muſicis artificia ad voluptatem accommodantibus in conviviis, orcheſtris, & ſcenis, & aliis eiuſmodi, idcirco culpanda res ipſa eſt.* Itaque mirum videri non debet, ſi in Stoicum eximium Muſicae laudatorem hunc Philodemi librum conſcriptum eſſe mox oſtendemus. Epicuri demum (omitto enim Cynicos (44) humanorum omnium contemtores) dogma fuit, referente Laërtio in eius Vita *lib. X ſect.* 120: *μονον τον σοφον ορθως αν περι τε μουσικης, κ ποιητικης διαλεξασθαι, ſolum ſapientem recte de Muſica, & Poëſi diſſerere poſſe.* Quid autem his ſibi verbis Epicurus voluerit (quod noſtra intereſt) explicare niſus eſt Petrus Gaſſendus *de Epcuri Ethica Tom. II pag.* 25: *Nimirum*, ait, *cum exiſtimaret aut nihil, aut parum eſſe bonae frugis, quod ex iis artibus poſſit percipi; idcirco putaſſe videtur ſapientem ita de ipſis verba facturum, ut cum vulgo eas ceteri aut commendent, aut complectantur, ipſe potius vituperet, declinandaſque doceat; aut ſeponendo certe pauca, quae retineri valeant, quod ſupereſt, ipſas omnino eliminandas ſuadeat. Quippe quod Plato de altera, Poëtica nempe, ſpeciatim cenſuit, dum ex ea nihil aliud, quam laudes Deorum, virorumque fortium retinendas voluit, & cetera quod attinet, exterminandam penitus e Republica autumavit ..... idem Epicurus de utraque cenſuit, hoc eſt etiam de Muſica, quam corruptricem pariter morum bonorum reputavit.* Quibus ſane verbis Gaſſendus ab aſſequenda Epicuri mente parum aberravit, eaque cum Plutarchi teſtimonio conciliare belle potuiſſet, niſi quod Epicuri ſtudio abreptus, Plutarchum illi impoſuiſſe temere pronunciat, cum in libro *Quod non poteſt vivi ſuaviter ſecundum Epicurum*, ſcripſit: *Μουσικην δε, ὁσας ἡδονας κ χαριτας οἱας φερουσαν, αποςρεφονται κ φευγουσι βουλομενος ουκ αν τις εκλαθοιτο, δι' ατοπιαν ὡν Επικουρος λεγει· φιλοθεωρον μεν αποφαινων τον σοφον εν τοις διαποριαις, κ χαιροντα παρ' ὁντινουν ἑτερον ακροαμασι, κ θεαμασι Διονυσιακοις, προβλημασι δε μουσικοις, κ κριτικων φιλολογοις ζητημασιν ουδε παρα ποτον διδους χωραν, αλλα και τοις φιλομουσοις των βασιλεων παραινων ςρατηγικα διηγηματα, και φορτικας βωμολοχιας ὑπομενειν μαλλον εν τοις συμποσιοις, η λογον περι μουσικων, και ποιητικων προβληματων περαινομενους· ταυτι γαρ ετολμησε γραφων εν τῳ περι βασιλειας, ὡσπερ Σαρδαναπαλῳ γραφων, η Ναρατῳ τῳ σατραπευσαντι Βαβυλωνος ..... τι λεγεις ω Επικουρε; κιθαρῳδων, και αυλητων ἑωθεν ακροασαμενος εις το θεατρον βαδιζεις, εν δε συμποσιῳ Θεοφραςου περι συμφωνιων διαλεγομενου, κ Αριςοξενου περι μεταβολων, κ Αριςοφανους περι Ομηρου τα*

(44) Quanti a Cynicis Muſica haberetur, id unum argumento eſſe poteſt, quod Laërtius refert *lib. VI de Diogene*: *σπουδαιολογουμενῳ ποτε ὡς ουδεις προσῄει, επεβαλε τερετιζειν· αθροισθεντων δε ωνειδισεν, ὡς επι μεν τους φλυαρους ερχομενων σπουδαιως, επι δε τα σπουδαια βραδυνοντων ολιγωρως*, *quum ſeria aliquando loqueretur, & nemo intenderet, cantillare adgreſſus eſt: congregatis tum plurimis exprobravit, quod circa ineptos homines ſtudioſe concurrerent, ſeria autem negligerent.*

τα ωτα καταληψῃ ταις χερσι δυσχεραινων, ϗ βδελυττομενος ..... ȣχ ὁμολογȣσι δε τῳ καλῳ πολεμειν τον ασπονδον ϗ ακηρυκτον πολεμον · ει δε μη ἡδονη προσεςι τι σεμνον, ϗ καθαριον ασπαζονται, ϗ αγαπωσιν: Muſicam vero (quantarum voluptatum & elegantiarum fertilem!) eos vitare & fugere ecquis volens reticere queat? ita abſurda ſunt, quae hac de re Epicurus tradidit. Pronunciat enim in quaeſtionibus dubiis ſpectaculis debere eſſe deditum ſapientem, ludiſque ſcenicis praeter ceteros gaudere; ſed Muſicis quaeſtionibus, & eruditis criticorum diſquiſitionibus, ne inter pocula quidem locum concedit. Imo Regibus Muſicae ſtudioſis auctor eſt, ut in conviviis narrationes militares, & importunas ſcurrilitates potius tolerent, quam diſputationes de Muſicis, & Poëticis quaeſtionibus inſtitutas. Haec autem auſus eſt ſcribere in libro de Regno, tamquam ſi ad Sardanapalum ſcriberet, aut ad Naratum Babylonis Satrapam .... Quid ais Epicure? Prima luce in theatrum progrederis, Citharoedos auditurus & Tibicines: in convivio, ſi Theophraſtus de concentibus vocum diſſerat, aut de mutationibus Ariſtoxenus, & Ariſtophanes de Homero, manibus aures occupabis indignans, & abominans? .... Nonne profitentur iſti ſe pulchras adverſum res bellum ſuſcepiſſe nulla pace finiendum, nec indictum, qui niſi voluptas adſit, nihil purum, nihil egregium amplectuntur & amant. Quae Epicuri placita a Plutarcho relata minime contraria Laërtio ſunt, ut putavit Menagius citata Laërtii verba commentans. Sapiens enim ſolus, aiebat Epicurus, de Muſica, & Poëſi recte iudicabit; idcirco quia ſolus praeciſis inutilibus quaeſtionibus, exinde voluptatem, cui unice ſunt hae artes comparatae, decerpere noverit, in quo tota Epicuri conſiſtebat ſapientia. Epicurus igitur Poëſim, & Muſicam minime damnabat, ſed eos ridebat, qui magnas ad animum informandum utilitates ex iis expetebant, cum oblectationem ſolam inde capere poſſent. Quo ſenſu interpretanda ſunt Tullii verba, quae ex perſona Torquati Epicurei habet *I de Fin.: An ille tempus in poëmatis evolvendis conſumeret, in quibus nulla ſolida utilitas, omniſque puerilis eſt delectatio?* Eam quippe in iis artibus utilitatem, quae ceteris *ſolida* videbatur, Epicurus non inveniebat, ſed *delectationem*, quae tamen ſibi erat *ſolidiſſima*. Hinc a Poëſi exercenda, voluptatis gratia, minime eum abhorruiſſe, teſtis eſt Theon Sophiſta, qui hoc nomine ipſum reprehendit, quod prorſam orationem carminum metro numeroſam fecerit: cuius locum citat Menagius ibidem. At vero Plutarchi veracitatem probat abunde nunc Philodemus. Ipſiſſimus enim eſt eius ſcopus in hoc *περι μȣσικης* tractatu. Quoniam probare nititur Muſicam ſuapte natura auribus titillandis unice idoneam, atque hoc uno nomine commendandam, neque ad Divinitatem honorandam, neque ad animos commovendos, neque ad affectiones vel bonas, vel malas excitandas, neque ad mores componendos, neque ad fovendam virtutem hilum proficere; proinde quaecumque admirabilia de illa praedicarentur vel rotunde denegat, vel Poëſeos vi eſſe tribuenda contendit, vel alio quovis pacto explicare ſatagit, & antiquorum teſtimoniis, vel aliorum Philoſophorum auctoritati occurrere ſtudet. Quin imo *Col. II v.* 30 *φυσικωτατȣς* adpellat eos, qui poſthabitis de Enarmonico, & Chromatico genere quaeſtionibus *iubent ex utroque, quod auribus ſit iucundius decerpere, quippe cum putent nulli horum generum aliquid boni, quod ipſis tribuitur, naturaliter eſſe connexum; οἱ δε φυσικωτατοι γε προς ακοην εξ ἑκατερας δρεπεσθαι κελευονται, ȣδεν αγαθων συναπτομενων ȣδετερα προσειναι κατα ταυτην φυσιν αυτης νομιζοντες.* Iſti autem *φυσικωτατοι* procul dubio ſunt Epicurus, ceterique eius ſectae Coriphaei. Patet hinc profecto eodem in argumento verſatum fuiſſe olim Epicuri librum, quem, Laërtio teſte, *περι μȣσικης* ſcripſerat, non quidem in tractanda, vel commendanda Muſica; atque falſum fuiſſe Ger. Voſſium, qui in *De Natura Artium cap.* 58 de Epicuro ſic ſcripſit: *Hic quoque de Muſica opus condidit, ut apud Laërtium eſt in decimo. Nec mirum, ſi, qui bonam ſtudiorum partem contemneret, is Muſicen tamen honore eo dignaretur. Siquidem cantus, & in-*

& inſtrumenta muſica non infimum obtinent locum in offerenda voluptate, *quae pro ſummo bono erat Epicuro*.

XIV. Ex toto autem Philodemi contextu adparet, ab eo certum quemdam alterius ſententiae patrocinatorem in IV hoc volumine oppugnari; paſſim enim invenies: ȣτος φησι, λεγει, εγραψεν, ενομισεν, οἱ τȣτῳ παραπλησιον &c. ita ut adverſarium κατα ποδα perſequi videatur, quem procul dubio in libri exordio (quo caremus) ſuo nomine indicaſſe dicendum eſt. Quis autem ille fuerit, ſi quaeras, adſerere non dubitamus eum ipſum Diogenem eſſe, quem nominat *Col. XXI*, *& XXIII.* Etenim *Col. XXI v.*19 cum explicaſſet, quo ſenſu ſit accipiendum, ab antiquis varia των μελων genera ſingulis Deorum fuiſſe adſignata, ſubdit irridens, non alium, quam Diogenem potuiſſe hoc ſibi perſuadere, *alios Deorum aliis cantibus flecti ac demulceri*, *& ſingulis propria convenire*, ει μη Διογενης, ait, αρα συνεπιθετο ϗ τῳ, των θεων ἑτερȣς ἑτερα μελη προσειεσθαι, ϗ πρεπειν ἑκαστοις ιδια. Quis enim alius foret Diogenes iſte nullo agnomine diſtinctus, niſi ille, in quem diſputat, & quem propterea cum nominaſſet, non confutat; abunde enim ex antecedentibus confutatum credidit, praeſertim cum eum unum in tam abſurda opinione fuiſſe diceret. Propterea ſubdit: ϗ τι δει τ᾽ αλλα θαυμαζειν αυτȣ; *verum quid intereſt alia iſtius abſurda admirari*? atque deinceps alia eius dicta eodem tenore perſequitur. Luculentius id etiam evincitur ex *Col.XXIII verſ.*2, ubi poſtquam de Archeſtrato verba feciſſet, redit ad eumdem Diogenem Heraclidis auctoritate ſe tuentem: ἁμεν τοι Διογενης φησιν παρα νοησαντας ἡμας αναγεγραμμενα παρ᾽ Ηρακλειδῃ, *quae vero Diogenes ait adverſus noſtram ſententiam ſcripta ab Heraclide*. Quoties igitur invenies ȣτος φησι, εγραψεν, ενομισεν &c. intellige *Diogenem*. Ne tamen putes totum Philodemi opus in hoc uno confutando ſcriptore fuiſſe verſatum, Si enim ita foret, male inſcripſiſſet περι μȣσικης. Et quidem *Col.VI v.*31 ſatis indicat ſe non in unum hunc philoſophum ſtylum acuiſſe, cum ſe diſputaturum ſpondet προς τȣς αλλȣς φιλοσοφȣς, cumque in huius libri concluſione ſcribit: τοσαυτα τοι νυν ειρηκως προς ἁ τινες εγκεχειρηκασι, *cum iam tot tantaque dixerim adverſus ea*, *quae aliqui tractarunt*, *&c.* Quare dicendum eſt, integrum eius opus duabus ſummis conſtitiſſe partibus, altera nempe, qua doceret ſecundum Epicurum, quid de Muſica foret ſentiendum; altera, qua adverſus eiuſdem magni nominis fautores diſſereret, inter quos nempe quarto hoc libro Diogenem praecipue confutat.

XV. Iam vero quiſnam e pluribus eiuſdem nominis Diogenes iſte fuerit, inquirendum. At vel nulla de huiuſmodi Scriptore ad nos antiquitus fama pervenit, vel non alius is eſt, quam *Diogenes Seleucienſis*, dictus vulgo *Babylonius* ſecta Stoicus, de quo Laërtius in Cynici Diogenis, & pluries in Zenonis vita; qui non multo ante Philodemum floruit; quemque cum honore citarunt Tullius (& quidem ſaepe), Quintilianus, Seneca, Gellius, Philo, Lucianus, Plutarchus, Strabo, Athenaeus; eum ipſum, quem cum Romam ad Senatum, Populumque legaſſent Athenienſes ſimul cum Carneade Academico, & Critolao Peripatetico, *impetratum*, *uti multam remitterent*, *quam fecerant propter Orapi vaſtationem*, ut refert Gellius *Noct. Att. lib. VII cap.* 14, *modeſti & ſobrii* oratoris laudem apud Romanos reportavit (45). In hanc autem ſententiam ea de cauſa deſcendimus, quia Philodemi adverſarium Stoicum fuiſſe deprehendimus. Etenim *Col. X* ſcribit: και μην τι δ᾽ ὑπο των Στωικων αξιȣμεν, ὁτι μην ἐςι μυρια αλλα των μηδεν αγαθου παρασκευαζοντων; *& ſane numquid ſecundum Stoicos dignitatem* (*Muſicae*) *tribuemus*, *eo quod innumera ſint alia*, *quae nihil*

(45) Teſte eodem Gellio *l. c.* *Violenta*, *inquiunt*, *& rapida Carneades dicebat*, *ſcita & teretia Critolaus*, *modeſta Diogenes & ſobria*. Floruiſſe autem Diogenem M. Catonis aetate & ex Tullio *de Finibus II*, & *de Seneſtute* palam fit (ait enim Laelium fuiſſe eius auditorem); & Gellius *lib. XVII cap.* 21 docet: *Non nimium longe M. Cato Orator in civitate*, *& Plautus Poëta in ſcena floruerunt*: *iiſdemque temporibus Diogenes Stoicus*, *& Carneades Academicus*, *& Critolaus Peripateticus ab Athenienſibus ad Senatum P. R. negotii publici gratia legati ſunt.*

nihil boni adferunt? & cetera ibidem, quae manifeſte doctrinam ſapiunt Stoicam; & *Col.XXI v.* 2: διοτι κατα τους Στωικους οἱ πολλοι θεοις οντες εχθροι, και ανοητοι, τας αληθινας τιμας των κρατιστων ουδ᾽ ωνειροπολησασιν, *propterea quod, cum ſecundum Stoicos maior hominum pars ſit Diis inimica, & ſtulta, veros praeſtantiſſimae naturae honores ne ſomniarunt quidem*. Quibus in locis, ni fallimur, vel Stoicorum doctrinam irridet, vel ea idcirco utitur, ut ipſa Stoicum confodiat; ſecus nunquam ea fuiſſet abuſurus adeo religioſus Epicuri diſcipulus. Columna vero VIII *verſ.* 32, cum de Orphei ſaxa & arbores demulcentis fabula verba feciſſet, deinde concludit: αλλα τοις τριηραυλαις, ὥσπερ ὁ Στωικος, αναμενως εφεστωτα ποιωμεν οικοδομοις; quae ſic vertenda duximus, ut ſententia cum reliquo contextu conſonet: *An igitur aedificatoribus imponamus hominem, qui cum tibicinibus perpetuo illis praeſit, uti Stoicus putat?* Quis autem alius eſſe poteſt hic *Stoicus*, niſi adverſarius, cum quo congreditur, quemque ſaepe innuit pronomine ουτος, quandoque nomine ſuo *Diogenis*? Ad haec Stoicorum κορυφαιους non uno loco vellicat, ut Perſaeum *Col. XIV, v.* 13, & Cleanthem *Col. XVIII, v.* 1. Et alibi, ut *Col.IX*, Stoicorum παραδοξα ſuo adverſario adſcribit. Ad ſummam eam, quae ingens uſque exarſit inter Stoicos, & Epicureos invidia, & obtrectatio, paſſim prodit.

XVI. Et ſane novimus a Stoico iſthoc Diogene librum fuiſſe conſcriptum, cui titulus περι φωνης τεχνη (46), quem ſicuti veriſimile eſt de Muſica, eiuſque mirabilibus effectibus pertractaſſe, ita eumdem a Philodemo fuiſſe oppugnatum non temere ſuſpicamur. Etſi enim, quae de eo libro in Zenonis vita adfert Laërtius, ad dictionem potius pertineant, quam ad cantum, & Grammatica ſint potius, quam Muſica; credibile tamen eſt Diogenem, incipiendo απο του περι φωνης τοπου, totam διαλεκτικην θεωριαν abſolviſſe. Siquidem Dialectica (ut a Laërtio ibidem diſcimus) ſecundum Stoicos late nimis ſumebatur; dicebant enim ειναι της διαλεκτικης ιδιον τοπον και τον προειρημενον περι αυτης της φωνης, εν ᾧ δεικνυται ἡ εγγραμματος φωνη, και τινα τα του λογου μερη, και περι σολοικισμου, και βαρβαρισμου, και ποιηματων, και αμφιβολιων, και περι εμμελους φωνης, και περι ΜΟΥΣΙΚΗΣ: *eſſe dialecticae locum proprium & ſupra dictum de voce ipſa, in quo diſſeritur, quae ſit litterata vox; & quaenam ſint orationis partes, nec non de ſoloeciſmo, de barbariſmo, de poëmatis, de amphiboliis, de canora voce, & de MUSICA* (47). Et re quidem vera Diogenes, Laërtio teſte, definita prius voce το ιδιον αισθητον ακοης; tum ad λεξιν definiendam, deinde λογον, & διαλεκτον gradum facit: mox de quatuor & viginti elementis, de eorum diviſione, & recta pronuntiatione loquitur: exinde ad enumerandas orationis partes pertranſit, deque eius orationis virtutibus, & vitiis pertractat. Poſt haec autem Laërtius nos deſerit; non enim id agit, ut Diogenis libri indicem prodat: attamen

(46) Hunc librum fortaſſe non ignoravit Origenes, qui *lib. II contra Celſum* ſic ſcribit de voce differens: ουδεπω δε λεγω, ὅτι ου παντως εστιν αηρ πεπληγμενος, η πληγη αερος, η ὅτι ποτε λεγεται εν τοις περι φωνης. Duo enim fuere libri Stoicorum περι φωνης, alter Diogenis, Archedemi alter ab eodem Laërtio citatus.

(47) Diogenis librum περι φωνης τεχνη Dialectica tractaſſe dubitare non ſinit Laërtius, qui *lib.VI, ſect.* 55 ſic incipit: της δε διαλεκτικης θεωριας συμφωνως δοκει τοις πλειστοις απο του περι φωνης εναρχεσθαι τοπου· εστι δε φωνη αηρ πεπληγμενος, η το ιδιον αισθητον ακοης, ὡς φησι Διογενης ὁ Βαβυλωνιος εν τῃ περι φωνης τεχνῃ: *Verum Dialecticae ſpeculationis ratio videtur ipſorum pleriſque a vocis loco incipienda. Eſt autem vox aër ictus, ſeu ſenſio, quae proprie auditum adficit, ut ait Diogenes Babylonius, in de vocis arte*. Id autem didicerat Stoicorum Princeps Zeno a Xenocrate, quem decem annis, teſte Timocrate apud Laërtium, audiverat. *Xenocratem enim*, ait Porphyrius Comm. in Ptolem., *eo nomine quoſdam non immerito reprehendiſſe, quod cum ſuſceperit de rebus Dialecticis tractationem, a voce inchoaverit; cum hi exiſtiment ad res Dialecticas nihil attinere vocis definitionem, quod ſit motus aëris; nec poſtea eiuſdem diſtributionem, quod ſit in voce aliud quidem, prout ex litteris componitur, aliud prout ex Diaſtematis, & Pthongis, quippe haec ſint omnia a Dialectica aliena*, δια τουτο γαρ και επιτιμαν τινας αλογως Ξενοκρατει, ὅτι εγχειρησας ὑπερ των διαλεκτικων πραγματευεσθαι, απο φωνης αρχεται, ουδεν οιομενους ειναι προς τα διαλεκτικα τον της φωνης αφορισμον, ὅτι εστιν αερος κινησις· ουδε την μετα ταυτα διαιρεσιν, ὅτι εστι της φωνης το μεν τοιουτον, οἷον εκ γραμματων συγκεισθαι· το δε τοιουτον, οἷον εκ διαστηματων τε και φθογγων· παντα γαρ ειναι ταυτα αλλοτρια της διαλεκτικης. Tantumdem erat igitur Stoicis διαλεκτικη τεχνη, quam ἡ περι φωνης τεχνη. Hinc non levis oboritur ſuſpicio Laërtium, cum *ſect.* 71 ſcribit: ὡς Διογενης εν τῃ Διαλεκτικῃ τεχνῃ, non alium ab altero περι φωνης innuere librum, ipſique titulum fuiſſe: Διαλεκτικη, η περι φωνης τεχνη, *Dialectica, vel De Voce Ars*.

tamen quis negaverit hunc ſuae ſectae inſtitutis obſequendo, poſt illa *de poëmatis*, *de canora voce*, etiam *de Muſica* fuiſſe loquutum? Neque porro ab antiqua Muſices tractatione alienum erat de litteris, earumque diviſionibus, de ſyllabis, & earum quantitate, de pronuntiatione, aliiſque id genus ediſſerere; ſiquidem *μετρικη* ab eorum Muſica erat inſeparabilis. Itaque videmus Ariſtidem Quintilianum bene longam libri I *de Muſica* partem in hiſce pertractandis inſumſiſſe. Et Plutarchus in initio *Dial. de Muſica*, ſcribit non modo Platonicos & Peripateticos de veteri Muſica, deque eius corruptione ſcripſiſſe, *αλλα γαρ και γραμματικων και ἁρμονικων οἱ επ' ακρον παιδειας εληλακοτες*, *ſed etiam Grammaticorum & Harmonicorum doctiſſimos*. Grammatica igitur a Muſica non erat aliena. Per nos igitur concludas licet, non alium librum in hoc Philodemi volumine impugnari, quam Diogenis Seleucienſis vulgo Babylonii, ſecta Stoici, inſcriptum *περι Φωνης τεχνη*, in quo ſcilicet nimius fuerat Muſicae laudator. Atque utinam vel Diogenis liber non omnino periiſſet, vel Philodemus non ſibi perſuaſiſſet, eum lectoribus ſuis uſque praeſto futurum, ut nos incredibili levaſſet labore! Is enim adverſarium ſuum *κατα ποδα* perſequens aenigmaticus ſaepe evadit, & magnum nobis negotium faceſſit, qui breviſſimas eius reſponſiones ignotis Diogenis argumentis aptare nunc cogimur.

XVII. His accedit, quod nemo inficias iverit, tumultuarium huiuſmodi ſcriptum fuiſſe, ita ut potius *σχεδιασμα* dicendum ſit, quam opus ad limam exactum; feſtinationis enim plenum, & inconcinnum lectores facili negotio agnoſcent; neque eam elegantiam, quam in hoc Scriptore prae reliquis Epicureis laudavit Tullius, inibi licet invenire. Itaque illud publicae lucis uſura minime donatum ab auctore ſuſpicamur. Idque profecto arguit Ariſtidis Quintiliani diligentiſſimi Scriptoris ſilentium, qui licet non multo poſt floruerit (vixit enim Plutarchi aevo) nullam tamen de tanti nominis Philoſopho mentionem facit, cum Muſicam commendare inſtituiſſet. Quin imo ei nullum innotuiſſe librum, qui directe in Muſicam ſcriptus foret, arguimus ex eo, quod ait *Lib. I* initio, ſe ſcilicet ad ſcribendum fuiſſe incitatum *multorum ſegnitia*, *ut diſcerent qualem diſciplinam per ſummum nefas contemnerent*, *εμε*, ſcribit, *δ' επηρεν επιχειρησαι τῳ συγγραμματι μαλιςα μεν ἡ των πλειςων περι το πραγμα ολιγωρια επιδειξαι προῃρημενον, οἱον μαθημα ȣ προσηκοντως δι' ατιμιας αγȣσι*, & paullo infra: *οἱ δε πολλοι και ταυτα παρ' ȣδεν τιθενται την εξ αργιας, και απαιδευσιας ἡδονην της μετα λογȣ και οφελειας προτιμησαντες*, *ſed multitudo haec etiam flocci facit, quae voluptatem otio & ignorantia comparatam illi, quae cum ratione & utilitate coniuncta eſt, praeponit*. Quibus ſane verbis non de veteri ullo magni nominis Scriptore, ſed de ſui temporis hominibus tantummodo eum queri manifeſtum eſt. Infra vero *pag.* 69 *&* 70, ubi plures ait Muſicae maledixiſſe, putantes unicum eius ſcopum comparandae voluptatis fore; cum contra ipſa non niſi *δια συμβεβηκος per accidens* animos recreet, & ad virtutem capeſſendam proprie impellat; inter illos peculiariter Tullium nominat, qui in ſuis Politicis quemdam induxerat, qui ea de cauſa Muſicam e Republica exigeret; & propterea ipſe multis probat eam ſententiam minime Romano Oratori ſediſſe, utpote qui alibi aliter de Muſica ſentire declaraſſet. Quod ipſum nobis argumento eſt Ariſtidem minime Philodemi opus noviſſe. Nam cum Philodemi accuſatio haec ipſiſſima ſit, ſi eius librum noſſet Ariſtides, huius potius directe in Muſicam ſcribentis, quam Tullii non id agentis auctoritatem declinare ſategiſſet; imo pronum ei fuiſſet inferre, Tullium eo in loco Philodemi verba mutuatum eſſe, ut ſuo interlocutori accommodaret; quod nos a vero minime abhorrere putamus.

XVIII. Si igitur hac in re coniecturis indulgere licet, cenſemus id genus ſcripti in auditorum ſuorum, & fortaſſe in ipſius Piſonis filii uſum fuiſſe a Philodemo concinnatum; excepiſſe autem, & litteris commendaſſe vel Piſonem ipſum, vel

vel potius a manu aliquem eius ſervum, qui nec Graecus homo, nec ſatis excultus, & elegans foret; utpote qui multa peccavit inſcitia, multa aurium hebetudine, multa etiam oculorum halucinatione. Nam aliunde certis conſtat indiciis hoc volumen partim aliquo dictante exceptum, partim ex αυτογραφῳ exſcriptum fuiſſe. Ecquis enim Latini hominis inſcitiae Graecum dictatum excipientis non tribuat σφαλμα illud, in quod toties incidit, ut paſſim ſcriberet ει pro ι, & ε pro η, vel contra? ut adſcriberet ſupervacaneum ι poſt ω in tertiis ſingularis imperativi, uti e. g. λεγεςῳ, & alia id generis errata, quae partim emendata, partim omiſſa in ms. leguntur. Huiuſmodi, ni fallimur, σφαλματα, uti manifeſto ſunt indicio nullam, vel fere nullam in pronuntiatione fuiſſe tunc temporis differentiam inter ι & ει, inter ε, & η, inter ω, & ῳ, ſic imperitiam Graeci ſermonis in librario arguunt, qui uno aurium iudicio, non grammaticis legibus in ſcribendo uteretur. Illa vero alia, ut e. g. pro καθελκοντων ſcripſerit καθηκοντων *Col. IX*, nonne hebetes aures, quae aliud pro alio verbo dictatum acciperent, arguunt? In multis praeterea hallucinatum eſſe oculis dum tranſcriberet, non uno loco repetita κομματα, (quoties ſcilicet ei fraudi fuit eadem dictio recurrens) declarant; quae ut emendaret, uncis repetita incluſit, uti videre eſt *Col. XX & XXXVI.*

XIX. Atque haec quidem tolerabilia: quot vero verba, & κομματα reſecuerit, quis divinare audeat? Profecto non uno in loco hiatus adparet, ſenſuſque claudicare videtur. Quomodo ea nunc, niſi hariolando, ſupplebimus? Viſuntur quidem frequentes in ms. emendationes: modo enim punctis confixa occurrunt elementa, quae ſuperflua ſint, & expungenda; modo aliae aliis in interiecto ſpatio linearum impoſitae literae cernuntur, quod vel argumento eſt inferioribus deletis ſuperſcriptas eſſe retinendas, vel in infraſcripta dictione illas eſſe inſerendas; modo uncis (ut diximus) integra commata concluſa ſunt, quae ſcilicet iterum fuerant repetita. Huiuſmodi tamen correctiones neque αυτογραφον hoc volumen indicant, neque ex auctoris recenſione factae eſſe videntur. Id autem arguimus tum ex eo, quod & nullae ſint liturae, quae frequentes ſunt in aliis, quae αυτογραφα cenſemus; tum quia correctiones eodem charactere factae adpareant; tum vero in primis quia emendata aliquot conſpiciuntur, quae ſtare ſine vitio poterant: quod procul dubio ſervilis manus indicium eſt, quae omnia quaecumque non penitus cum αυτογραφῳ convenientia occurrerunt, emendavit. Vide quae adnotabimus ad *Col.XVIII.* Quid vero quod plura emendatione digna intacta corrector iſte reliquit? Ecquis igitur huius hominis diligentiae penitus fidat, & nihil ei inter ſcribendum intercidiſſe putet, quam quod ſuppletum videat? His adde, quod ubi plura verba, vel integra κομματα reſecta forent, alius non erat ſupplendi modus, quam imae pagellae adſcribere, uti in citato volumine των ὑπομνηματων περι ῥητορικης factitatum cernimus. At in noſtra hac papyro, cum inferior margo peſſime admodum habita ſit, fuerint, nec ne huiuſmodi additamenta, quis noverit? Sed de his ſuo loco Lectores monebimus.

XX. De ſcripturae autem ratione, deque notis, quae hoc in volumine occurrunt, ſatis ſuperque in praecedenti volumine diſſeruimus.

XXI. Reliquum iam eſt, ut, quam operam in hoc volumen contulerimus, lectores moneamus. Principio ſingulas eius columnas quam fideliſſime aere incidi curavimus, quae autographum eadem menſura, iiſdem characterum formis, unoque, uti iacent, contextu, iiſdem notis, punctis, litteris, interſtitiiſque deformatum exhibeant, quin imo iiſdem lacunis, ſciſſuriſque, quibus vel olim incendii vis, atque domus ruina, vel modo in ipſis evolvendis contrectatio tam fragilem materiem affecit. Tum e ſingularum regione integrum eius contextum minuſculis vulgatiſque characterum formis expreſſum adpoſuimus, ſed eodem verſuum numero, ut facillime in oppoſito autographo reſpondentes invenirentur, diſtinctiſque de more per interſtitia

voci-

vocibus, nec non commatis, & periodis per conſuetas recentium librariorum notas. Supplevimus praeterea de noſtro litteras, ſyllabas, voculas vel detritas, vel aliquando etiam ὑπογραφεως oſcitatione depravatas, eaſque rubrica pinximus, ut primo ſtatim intuitu lector inſpiciat, quid de noſtro ſit penu; & facili negotio per ſe ipſe inveſtigare queat, bene ac feliciter coniectaverimus, nec ne. Emendationes enim, & ſupplementa ea tantum adſcripſimus, quae prono veluti alveo fluerent, & res ipſa poſtulare & indigitare videretur: liberioribus vero coniecturis frena prorſus iniecimus. Perſuaſum enim nobis eſt eruditos lectores veterem Scriptorem propriis, non alienis verbis ſua ſenſa promentem praeſtolari. Proinde cum in eas lacunas incidimus, quae non lectoris ſagacitate, ſed Delio urinatore indigerent, intactas reliquimus; & licet, quid ſententiae reſtituendae deſit, ſubodorari facile fuerit, verba tamen, quae noſtra omnino forent, non Philodemi, adſcribere pepercimus. Secus vero Latinam verſionem adiunximus, quanto magis κατα λεξιν fieri potuit, adornatam, dum utriuſque linguae indoles pateretur. Si quando autem a littera receſſimus, id ea de cauſſa factum eſt, ne nimium fidelis verſio, infideliſſima evaderet, uti huiuſmodi rerum periti probe norunt. Integrum porro verſionis noſtrae textum capitibus pro materia ipſa diſtinximus, numero, & argumento in margine adſcriptis, ut & textus integer ad autographi formam ſervaretur, & lectorum commoditati inſerviremus.


XXII. Singulis porro Columnis ſcholia reſpondentia adſcripſimus, in quibus adnotare non piguit, quaecumque ad textus dilucidationem forent idonea, adhibitis praeſertim veterum Scriptorum parallelis locis, ut Auctoris mens fieret clarior, & noſtrae coniecturae idoneo tibicine fulcirentur. Quo tandem grandiorum lacunarum hiatui aliquo pacto mederi poſſemus, ad calcem libri commentariolos ſingulis capitibus adiunximus, inibique breviter proponentes, quæ foret Philodemi mens, qui ſcopus, quaeve ita ſcribendi occaſio, integram totius capitis παραφρασιν ſine ulla textus interruptione ſubpoſuimus. Quae enim *curſivo*, ut vocant, charactere interſcripta invenies, illae noſtrae ſunt laciniae, quae mutilo textui adſutae continentem ſententiae nexum exhibere poſſe coniectando adſtruximus. Eo quidem pacto neque violentas textui manus inieciſſe accuſabimur, neque lectores omnino in ſalebroſo itinere deſtituiſſe videbimur.

XXIII. Explanatis tamen iis, quae ad plenam textus intelligentiam faciunt, controverſiam ipſam intactam reliquimus; nec enim noſtra intereſſe credidimus inter Stoicum, & Epicureum iudices pro tribunali ſedere. Praeſertim cum utrinque peccatum eſſe conſtet, & quaeſtionis limites non recte, uti plerumque inter partium fautores fieri ſolet, fuiſſe praeciſos. Bene autem & ſapienter pronuntiaſſe Ariſtoxenum putamus, pleroſque eo, quod Muſicam minus cognoverint, nimios tam in vituperando, quam in laudando fuiſſe. Sic enim ipſe apud *Meib. p.* 31: *γινεται γαρ ενιοτε εφ᾽ ἑκατερας αμαρτια. Οἱ μεν γαρ μεγα τι ὑπολαμβανουσιν ειναι το μαθημα· και εσεσθαι ενιοι* (lege *αυτοι*) *μεν ου μονον μουσικοι ακουσαντες τα ἁρμονικα, αλλα βελτιους το ηθος παρακουσαντες των εν ταις δειξεσι λογων, ὁτι πειρωμεθα ποιειν των μελοποιϊων ἑκαστην, και το ὁλον της μουσικης, ὁτι ἡ μεν τοιαυτη βλαπτει τα ηθη, ἡ δε τοιαυτη ωφελει· τουτο αυτο παρακουσαντες, το δε ὁτι καθ᾽ ὁσον μουσικη δυναται ωφελειν ουδ᾽ ακουσαντες ὁλως. Οἱ δε παλιν, ὡς ουδεν, αλλα μικρον τι, και βουλομενοι μη ειναι απειροι, μηδε τι ποτ᾽ εστιν; ουδετερον δε τουτων αληθες εστιν. Ουτε γαρ ευκαταφρονητον εστιν ὡς νυν εχει το μαθημα, ουτε τηλικουτον, ὡστε αυταρκες ειναι προς παντα*: *Quippe in utramque partem ſaepe peccatur. Nam quidam magni momenti eſſe hanc diſciplinam putant: & hi quidem non tantum ſe Muſicos fore putant, cum harmonicae tractatores unice audiverint, ſed moribus etiam probatiores evaſuros, ubi demonſtrationes vel obiter auſcultaverint, cum cuiuslibet conficiendi cantus modum tradere conamur, & quod*

Muſi-

Muſices eſt praecipuum , cum docemus , quaenam Muſica moribus obſit , quaenam vero proſit : hoc , inquam , ubi obiter auſcultaverint , quantum vero Muſica in genere prodeſſe queat , ne auſcultaverint quidem . Alii contra nihili rem , aut parvi certe momenti quae ſit , agi cenſent : neque rudes ſe tamen tantillae rei haberi volunt . Neutrum autem horum iudicium veritati conſonat : neque enim , ut ſe nunc habet huiuſmodi diſciplina , facile contemni debet : neque tanta eſt , ut quemadmodum aliqui putant , ad omnia ſit ſufficiens .

XXIV. Non abſimili certe ratione minime defuturos, qui noſtram hanc qualemcumque operam in hoc volumen illuſtrandum collatam veluti nimiam in re inani vituperent , quoſdam etiam , qui modicam & nimis ieiunam traducant , arbitramur. Nobis autem ſatis ſuperque erit , ſi perpauci harum rerum iuſti aeſtimatores ſuis calculis non improbaverint . Adverſus enim innumeros ſciolorum ictus, qui linguam in quaeſtu conferunt , efficaciſſimum fors fortuna obtulit amuletum , litteratam ſcilicet gemmam , quam inter pretioſiſſima Regii Herculanenſis Muſei κειμήλια merito adſervamus , cuiuſque typum in huius praefationis calce aere expreſſum vides ; hac enim praefulget ſententia : ΛΕΓΟΥΣΙΝ Α ΘΕΛΟΥΣΙΝ ΛΕΓΕΤΩΣΑΝ ΟΥ ΜΕΛΕΙ (48) ΜΟΙ . *DICUNT QUAE VOLUNT . DICANT : MEA NON INTEREST .*



(48) In gemma utique legitur ΜΕΛΙ , quod non tam artificis imperitia , quam breviationis gratia factum credimus ob loci anguſtiam.


MONITUM AD LECTOREM.

INnumera Graecorum Auctorum teſtimonia, quibus neceſſario huiuſmodi opus paſſim fuit inſtruendum, latina, ut vides, verſione donare operae pretium duximus, ne quando inter legendum haeſitarent, quibus Graecorum lingua non ita eſſet familiaris. Id factum nemo ſane vel ἑλληνικώτατος *improbabit; at fortaſſe quaeret, quibus potiſſimum verſionibus uſi ſimus? Teneat igitur nos certae legi obnoxios ultro fieri noluiſſe. Idcirco cum ſaepe in exſcribendis Auctorum teſtimoniis probatas ſimul ſub oculis verſiones haberemus, libenter eas quoque adſcripſimus; non ita tamen ſervili manu, ut nonnihil immutare, quo vel fideliores, vel clariores evaderent, religioni duxerimus. Interdum vero, ubi vel verſio e regione non eſſet, vel nobis non probaretur, proprio marte adornavimus. Id te monitum, optime Lector, volebamus. Vale.*

P H I L O D E M I

D E M U S I C A

IV.



P. A. Piaggio d.e Sc. Pie del. *A. Lentari inc.*

COLUMNA I.

μεθη και πλησμονη τους
μουσικους τε, και φιλομου-
σους κοπον εχειν, και πονειν
εις παραδοχην της ευσχη-
μονος τε, και φορτικης κι-
νησεως οικειας υπαρχου-
σης, αλλ' ου το αντιστροφον,
ουδ' ουδεμιαν ευρισκειν
μουσικην ηθων γενναι-
οτητα, και σπουδην εμποι-
ουσαν, ως' ουδε συνεφελ-
κομενην τας ψυχας δια
των επιτηδευματων, ουδε
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . ψυχης . . ωσ-
θ' ευρηται μην τα τε μου-
σικου, και τα ποιητου αμα
απο δυναμεως περι την
αισθησιν καταλαμβανε-
σθαι τας ποιοτητας, ων αν-
τιλαμβανονται, και τας η-
δονας, και οχλησεις,
τας υπ' αυτων, της μεν αυτο-
φυους, της δε επιστημονι-
κης. υπο γαρ αυτοφυους και
αλογου κρινεται μαλλον η
αρετης αυτης ισχυς, η υπο
επιστημονικης, νομιζο-
μενου μαλλον ειναι εν
τοις εναργεσιν, και μαλ-
λον προχειροτατην. Τ' αλο-
γον δε και τοσουτω προχει-
ρον, ο φησιν εναργες ειναι,
ειληπται. Παραπλησιοι γαρ
αισθησιν κατα την διαθε-
σιν ουχ οτι μεν πονηρον το
υπο-

CAP. I. Nullam eſſe Muſicam, quae ad animos informandos ſit idonea.

ebrietate & ſatietate (*auditorum*) Muſicos, & Muſicae ſtudioſos (*fatetur*) labore, & moleſtia adfici, ut adſequantur tum pulchram & decoram animi motionem, tum etiam aſperam & moleſtam, quae ſit propria, & temporibus opportuna; ſed non, quod ex adverſo reſpondet, ſcilicet omnino nullam eos invenire Muſicam, quae morum nobilitatem, & diligentiam in animos ingerat, & proinde nec quae animos contrahere valeat ſecundum opportunitates, neque . . . .

. . . .

Itaque tum ea, quae Muſici ſunt, tum ea, quae Poëtae, inventa ſimul fuere ope eius potentiae, qua ſenſus pollent, percipiendi qualitates, quas adcipiunt, nec non oblectationes, & moleſtias, quae inde oriuntur; potentiae, inquam, quae partim ingenita eſt, partim ſtudio comparatur. Ex ingenita enim, & inrationali *ſenſuum potentia* ille potius ipſius *Muſicae* virtutis robur aeſtimat, quam e ſcientifica: quippe cum eam magis evidentem, magiſque parabilem reputet. Hoc autem inrationale, & patens adeo, quod evidentia praeditum *Epicurus* ait, vulgo quidem receptum eſt. Etenim qui in eadem ferme ſunt haereſi, non modo ſenſum, quantum ad ſuam adtinet diſpoſitionem, nequaquam inhabile ſub-

Quantum ab hoc volumine temporis iniuria defectum ſit, plane neſcimus. Ipſum tamen argumentum, quod heic Philodemum tractare deprehendimus, an *ſcilicet* Muſica detur informandis animis idonea? *nobis eſt indicio non multum a libri exordio diſtare; uti in Commentarii Cap. I docebimus.*

V. 1. και πλησμονη) Qui & antecedentem vocem μεθη, & ſequentis reliquias attente conſideret, nobiſcum procul dubio conveniet ita eſſe legendum. Quid autem heic ſibi vult *ebrietas & ſatietas?* Id utique eo reſpicere remur, quod Philodemus referat Diogenem Stoicum fateri ſuo aevo pro Muſices nimietate, & corruptione, veluti *ebrietate & ſatietate* quadam hominum aures, animoſque teneri; atque hinc fieri, ut Muſici inſudarent iis modis inveniendis, qui vel decoros, vel aſperos & adrogantes mores in animos inſinuare valerent. Quod ni placet, punctum adpone poſt πλησμονη, ut praecendenti κομματι amandetur: ſic noſtra minime intererit, quo illa ſpectent, divinare.

V. 2. μȣσικȣς τε) In αυτογραφω legitur ΔΕ; ſed cum ſuper Δ adſpiciamus adpictam tranverſam lineolam ⸺, ducimus eam ab amanuenſi idcirco adpoſitam, ut indicaret illud δε in τε eſſe refingendum.

V. 3. κοπον εχειν, και πονειν) Eam iure veteres & nobiliorem, & difficiliorem cenſebant Muſicorum ſpartam, invenire ſcilicet, quibus modis propria reſponderet in auditorum animis motio vel nobilis & decora, vel inhoneſta & turpis, ut iis opportune uterentur, praecipue ut in adoleſcentum animis decentes adfectus excitarent. Hoc autem, ut magni erat moliminis, ita non levi labore adſequi poſſe ducebant. Hinc Plutarchus in *De Muſica*: ειτ' ȣν τις τον παιδευτικον της μȣσικης τροπον ΕΚΠΟΝΗΣΑΣ, τυχοι επιμελειας της προσηκȣσης εν τη τȣ παιδος ηλικια: *ſi ille igitur, qui in excolendo illo Muſicae modo, qui ad inſtitutionem conducit, ADLABORAT, convenientem ſibi impenſam diligentiam in prima aetate nactus fuerit.* Quod autem haec omnia uſque ad *Col. V* παιδευτικην Muſicam reſpiciant, apertiſſime indicat Philodemus, cum tandem ibidem *v.* 13 ſic concludit: επει δε αποχρωντως και περι τȣ δια μȣσικης παιδευεσθαι λελεκται, περι των εγκωμιων αυτα ταυτα ειπωμεν: *quoniam vero ſufficienter de inſtitutione per Muſicam diſputatum eſt, de Encomiis eadem dicamus.* Itaque & vocum reliquiae, & ſententiae opportunitas ad huiuſmodi ſupplementum nos manuduxerunt.

V. 4. εις παραδοχην) Quomodo heic adcipienda ſit vox παραδοχη, ex Ariſtidis Quintiliani apud Meibomium *pag.* 19 pene gemella φρασει diſcere licet; ait enim: εναρμονιον .... παρα τοις επιφανεστατοις εν μȣσικη τετυχηκε παραδοχης, quae verba Meibomius quidem reddit: *Enarmonium genus .... inluſtrioribus tantum Muſicis, eſt receptum;* & Walliſius in verſione Bryennii (qui Ariſtidis verba more ſuo compilans (*), propria facit in *Harmonicorum II*) *Mu-*

(*) Quoties, optime Lector, ad Manuelis Bryennii teſtimonia nos provocare offendes, ne, quaeſo, putes nos temere eius teſtimonio, qui tam ſero (ſub Palaeologo ſcilicet circa A. C. 1320) floruit, ad elucidandas veterrimi Scriptoris ſententias contra omnes criticae leges abuti. Tres enim *Harmonicorum* libri, qui eius nomine inſcribuntur, non aliud re vera ſunt, quam veterum fere omnium Muſicae ſcriptorum non inepta conſarcinatio; ut ipſemet Auctor in operis initio aliquatenus fateri non erubeſcit. In iis enim totidem ſaepe verbis transfuſa legimus bene longa & Ariſtidis, & Euclidis, & Nicomachi, & Theonis Smyrnaei, & Porphyrii loca; ita ut reliqua omnia a veteribus, qui non amplius extant, Muſicae Scriptoribus etiam fuiſſe expilata ſine calumniae nota, ſuſpicari liceat. Et quidem plura, tamquam de ſuo interſerit, quae & a Theone, & a Porphyrio adſcribuntur Adraſto Peripatetico, cuius libri iampridem periere. Re quidem vera vel in huiuſmodi *Harmonicorum* libris nihil fere, quod non vetuſtioribus ſubreptum ſit, ineſſe, vel potius eorum Auctorem longe Bryennio antiquiorem fateamur neceſſe eſt. Ecquis enim in animum temere induxerit nuperrimum Graeculum ſaeculo XIV florentem de veteri Muſica adeo praeciſe ſcribere potuiſſe; cum ſcilicet ea penitus deperierat (ut in Scholio ad *Col. II v.* 15, 16 demonſtrabimus), eiuſque reſtitutio, qualem hodie habemus, iam accepta Guidoni Aretino debebatur? Hic tamen Scriptor de huiuſmodi reſtitutione ſaeculo & amplius ante facta ne verbum quidem habet, de veteri vero Muſica ſic confidenter loquitur, ut Ariſtidis Quintiliani verba, qui procul dubio ante IV Chriſti ſaeculum floruit, mutuari non dubitet, quaſi ſuo aevo eodem in ſtatu Muſica permanſerit. An Enarmonium Muſicae genus, quod Photio teſte (Videſis citatum Scholion ad *Col. II*) ſaeculo iam VII diſparuerat, uni Bryennio poſt tot ſaeculorum intervallum innotuiſſe dicemus, rurſus poſt ipſum ex hominum memoria delendum? *Credat Judaeus Apella.* Quid vero, quod nulla in eo Chriſtianiſmi nota adparet? Hiſce ſane de cauſſis ſuſpicio oborta nobis erat ſub Bryennii nomine ipſum Adraſtum Peripateticum delitefcere, prout noſtrae Farneſianae Bibliothecae codex ms. indicaverat. Is enim inter alia continet tres *Harmonicorum* libros, qui Bryennio vulgo adſcribuntur, cum hoc titulo: ΑΔΡΑΣΤΟΥ ΤΟΥ ΠΕΡΙΠΑΤΗΤΙΚΟΥ ΑΡΜΟΝΙΚΩΝ ΒΙΒΛΟΙ ΤΡΕΙΣ. Atque is eſt codex ille, de quo ſic Fabricius in ſua Bibliotheca: *Adraſti Peripatetici Harmonicorum libri tres, quos in Bibliotheca Cardinalis a S. Angelo, quae deinde fuit Cardinalis Farneſii fratris ſervatos teſtatus eſt Scipio Tettus Neapolitanus indice librorum nondum editorum, quem Bibliothecae mss. libro-*

Muſica receptum obtinet; nos vero potius vertenda ducimus: *vix adſequi contingit*; ſubdit enim: τοις δε πολλοις εστιν αδυνατον, *multitudini autem eſt impoſſibile*; non ſane quia plerique non recipiant, ſed quia illud adſequi ſuarum aurium hebetudine non valent. (Vide quae adnotabimus in *Schol.II v.*15, 16). Haec autem παραδοχη ευσχημονος τε, και φορτικης κινησεως οικειας υπαρχουσης, h. e. *adſecutio decorae*, & *indecorae motionis*, *quae propria ſit* & *opportuna*, fundamentum procul dubio erat Muſicae παιδευτικης. Proinde aliis verbis id ipſum poſtea inſinuat *Col. III v.* 5., & *ſeq.* cum ait Muſicum fruſtra venari eam ſcientiam, quae nuſquam eſt, η δυνησεται διαγινωσκειν, αἱ ποιαι των αισθησεων πως διατεθησονται, *qua poterit dignoſcere*, *quonam pacto certae quaedam ſenſuum adfectiones excitentur*. Atqui Plato talem ſubponit ſcientiam *lib. III De Republica*, cum vehementer obſervandum inculcat: τινες ρυθμοι ανελευθεριας, και υβρεως, η μανιας, και αλλης κακιας πρεπουσαι βασεις, και τινας τοις εναντιοις ληπτεον ρυθμοις, *quinam pedum motus*, *clauſularumque rationes ſint propriae*, *atque accommodatae inliberalitati*, *contumeliae*, *furori*, & *aliis vitioſis adfectibus*, *quive moduli contrariis congruant*. Atque hanc prorſus ſcientiam tradere conatur Ariſtides *lib. II De Muſica*, ubi poſt multa ſic *pag.* 97 concludit: περι μεν δη των μελων ταυτα, ὡν τα μεν ανδρωδη και κοσμια προς παιδευσιν, τα δε αλλοιοτα προς τινας αναγκαια ψυχαγωγιας: *atque haec de cantibus*, *quorum qui viriles ſunt ac decori*, *ad inſtitutionem*, *qui ab his diverſi*, *ad quaſdam animorum oblectationes neceſſario recipiuntur*.

Ibid. ευσχημονος) Non aliter reſtitui poſſe decurtatum μονος videtur. Την ευσχημοσυνην procul dubio animis Muſicam ingerere poſſe veteres putarunt. Sic Plato *De Repub. lib.III*: μαλιστα καταδυεται εις το εντος της ψυχης ὁτε ρυθμος και ἁρμονια, και ερρωμενεστατα απτεται αυτης φεροντα την ευσχημοσυνην, και ποιει ευσχημονα, εαν τις ορθως τραφη, ει δε μη, τουναντιον: *intimos animi receſſus permeat harmonia* & *rhythmus*, & *validiſſime eum adficiunt decorem inducentes*, *honeſtumque reddunt*, *quicumque in Muſica recte fuerit inſtitutus*; *ſin minus*, *contra*. Et Plutarchus *De Muſica*: των γαρ νεων τας ψυχας ωοντο δειν δια μουσικης πλαττειν τε, και ρυθμιζειν επι το ευσχημον: *Puerorum enim animos putabant ope Muſices fingi* & *concinnari ad decorum debere*.

V. 8. ουδ') Sic pro οδ', quod heic nihili eſt, legi poſſe contextus ſuadet. Itaque amanuenſi inter ſcribendum excidiſſe υ libenter concedent, qui ulterius patienter progreſſi, quamplurima eius σφαλματα partim emendata, partim non, paſſim obſervabunt.

V. 11. συνεφελκομενην τας ψυχας) Tribuebant Muſicae veteres vim *contrahendi*, & *remittendi* pro lubitu animos. Quare etiam Tullius τεχνικως loquens *lib.II de Finibus*, ſcribit: *modorum vix dici poteſt*, *quanta ſit vis in utramque partem*: & *incitat languentes*, & *languefacit excitatos*; & *tum remittit animos*, *tum contrahit*. Haſce autem proprie Muſici adpellabant μελοποιΐας συσταλτικας, *contrahentes*, vel διασταλτικας, *diſtendentes*. De his Euclides *pag.* 21 apud Meibomium: διασταλτικον μεν ηθος μελοποιΐας, δι' ου σημαινεται μεγαλοπρεπεια, και διαρμα ψυχης ανδρωδες, και πραξεις ἡρωικαι, και παθη τουτοις οικεια . . . συσταλτικον δε, δι' ου συναγεται ἡ ψυχη εις ταπεινοτητα, και ανανδρον διαθεσιν, *eſt vero diſtendens mos melopoeiae*, *quo ſignatur magnificentia*, *ac virile animi robur*, *tum actiones heroicae*, *atque his ſimiles adfectus* . . . . *Contrahens mos eſt*, *quo animus contrahitur ad humilitatem*, & *effeminatam diſpoſitionem*. Plura de hoc argumento dabimus infra in *Schol. ad Col.III ad v.* 14 & 27. Muſica igitur συνεφελκομενη τας ψυχας non alia eſſe debet, quam συσταλτικη.

V. 26. ευρηται) Sic fortaſſe illud ρηται capite minutum reſtituendum eſt. Hoc autem totum, quod ſequitur, ex alicujus Scriptoris ſententia adlegatum eſſe a Philodemo patet, ex verbo φησιν, quod legitur infra *v.* 43. Hic autem quicumque ſit Scriptor, quem hariolari non vacat, diverſus profecto eſt a Stoico Philodemi ανταγωνιστη, quippe qui multum ingenitae, & inrationali potentiae ſenſuum tribuat, contra quam Stoici, ut infra docebimus; adeo

brorum pag. 167 *inſeruit Labbaeus*. Noſtra tamen ſuſpicio illico evanuit, cum animadvertimus in hoſce *Harmonicorum* libros transfuſos fuiſſe non modo ſatis longa Adraſti loca a Theone Smyrneo adlata, ſed etiam Theonis ipſius integra fere capita, uti prae reliquis *cap.*2, & 6, quae inſerta leguntur apud Bryennium *pag.* 377, & 381. Auctor igitur *Harmonicorum* non modo eſt Adraſto, ſed etiam Theone recentior. Haec autem idcirco adnotare non piguit, ut veteris litteraturae amatores, qualis ſit iſte codex a Fabricio, & Tetto indicatus, cognoſcant, neve noſtra incuria tantum κειμηλιον in Farneſianae Bibliothecae ſcriniis, quae hodie Auguſti Regis Noſtri munificentia publicae uſurae mancipatur, ſitu putreſcere indoleſcant. Ceterum quod ad Bryennium adtinet, ei profecto tres *Harmonicorum* libros abiudicare non dubitamus, etſi, cui adſcribamus, non ſuppetat. Si cui tamen eum a pacifica longinqui temporis poſſeſſione deturbare religio ſit, non intercedimus; dummodo is nobis concedat Bryennium quandoque teſtem, tamquam veterum, qui nobis deſunt, Muſicae tractatorum fideliſſimum exſcriptorem producere.

adeo ut Noſter huius doctrinam laudare non dubitet, quia vel pura puta Epicurea eſt, vel certe ab Epicuri doctrina brevi gradu diſtans. Hinc vero Philodemus ad Epicuri dogmata producenda quaſi ſibi viam munit. Vide quae mox adnotabimus ad verbum *αλογου v. 36.*

Ibid. *τα τε μουσικου*) Quae in ſequenti verſu extant *και τα πο . . . του*, & reſiduum vocis *μου*, exerta, ut aiunt, voce ita textum reſtituendum clamabant. Hinc Optime Lector ſupplementorum noſtrorum rationem diſces, de iis enim ſingulis vicibus diſputare ſuperſedebimus.

V. 29. *απο δυναμεως περι την αισθησιν*) Claudius Ptolemaeus in ipſo *Harmonicorum* exordio ſic definit: *ἁρμονικη μεν εστι δυναμις καταληπτικη των εν τοις ψοφοις περι το οξυ, και το βαρυ διαφορων*, *Harmonica eſt potentia perceptiva, quae in ſonitibus ſunt circa acutum & grave, differentiarum.* Haec autem, *potentia perceptiva*, uti commentatur Porphyrius, *eſt habitus theoreticus, qui idem eſt, ac ſcientia ſecundum veterem hujus ſcientiae nominis uſum*, Graece eſt: *ἡ τε καληπτικη δυναμις θεορητικη τις εστιν ἑξις, ἡ αυτη δε και επιστημη κατα την παλαιαν χρησιν του ονοματος της επιστημης.* Hinc profecto diſcimus, quid ſit *δυναμις περι την αισθησιν καταλαμβανεσθαι τας ποιοτητας, ὡν αντιλαμβανονται*, h. e. *potentia ſenſuum perceptiva qualitatum, quas extrinſecus adcipiunt*, ut e. g. differentiarum acuti, & gravis. Hanc autem potentiam recte dicit partim eſſe cuique ingenitam, partim ſtudio adquiri. (Vide ſequentes adnotationes). Sed ut haec plenius intelligantur operae pretium eſt meminiſſe ab Epicuro dupliciter adcipi *την αισθησιν*, ut refert Plutarchus *De Placit. Philoſ. lib. IV cap.* 8, in cuius textu ſupplendo, & corrigendo nimio plus ſe torquet Gaſſendus. Sic tamen per nos lege: *Επικουρος· το μοριον εστιν ἡ αισθησις, ἡ τις εστιν ἡ δυναμις, και το επαισθημα, ὁθεν εστι το ενεργημα· ὡστε διχως παρ' αυτου λεγεσθαι αισθησιν, την μεν δυναμιν, αισθητικον δε το ενεργημα*, *Epicurus ſic: Partiale quid eſt* *αισθησις* (h. e. in duas partes dividi poteſt), *quippe eſt tum certa quaedam potentia, tum ipſe ſenſus, unde operatio procedit: itaque dupliciter ab ipſo dicta eſt* *αισθησις*, *vel potentia, vel ſentiendi actus.* Quare optime Xilander paucis ſeſe explicuit: *Epicurus ſenſum, dupliciter adcipit pro facultate, & pro actu ſentiendi.* A Stoicis vero multiplicius etiam *αισθησις* adcipiebatur, ut ibidem refert Plutarchus: *Οἱ Στωικοι ὁριζονται ουτω την αισθησιν. αισθησις εστιν αντιληψις αισθητηριου, ἡ καταληψις· πολλαχως δε λεγεται ἡ αισθησις, ἡ τε γαρ ἑξις, και ἡ δυναμις, και ἡ ενεργεια, και ἡ Φαντασια ἡ καταληπτικη δι' αισθητηριου γινονται.* *Stoici ſic definiunt* *αισθησιν*: *eſt ſenſorii organi comprehenſio, vel perceptio; multipliciter enim ea adcipitur. Habitus enim, & potentia, & actio, & phantaſia comprehenſiva per ſenſorium organum exſiſtunt.* Cum tamen audis etiam a Stoicis *την δυναμιν*, *potentiam*, ſub nomine *αισθησεως* comprehendi, ne putes eos cum Epicureis in hoc conſpiraſſe. Illi enim, ut teſtatur Nemeſius *De Natura hominis cap. 6*, *potentiam animi* intelligebant: *δυναμιν ψυχης αντιληπτικην των αισθητων*; hi contra *potentiam* ſenſus corpoream, quam hic Noſter propterea adpellat *δυναμιν περι την αισθησιν*. Hinc diſces praeterea, quid proprie ſit *αντιλαμβανεσθαι*, quid *καταλαμβανεσθαι*, h. e. *adcipere*, & *percipere* ſenſibilia, uti cum auris & materialiter adcipit ſonum ſive aëris percuſſionem, & percipit, ſive comprehendit. Quod cum non animadvertiſſet Xilander in adlato Plutarchi loco, quaſi *καταληψις, η αντιληψις* unum idemque eſſet, vertit: *Stoici ſenſum definiunt adprehenſionem, quae fit a ſentiendi inſtrumento.* Vide, quae adnotabimus ad *Col. II, v.* 12. Diſces denique cur, quam heic dicit Philodemus *δυναμιν περι την αισθησιν*, mox infra v. 45 *αισθησιν* abſolute adpellet.

V. 32. *και οχλησεις*) Expunctum cerne praepoſitivum *τας* ante *οχλησεις*, & quidem recte; ne quis ſubſequens membrum *τας ὑπ' αυτων* referret tantum ad *οχλησεις*, quaſi diceret *moleſtias ſolum inde oriri*, cum Scriptor ſignificare vellet *delectationes & moleſtias, quae ſimul inde oriuntur.* Proinde huiuſmodi emendatio ab Auctore ipſo, dum ex tempore dictaret, profecta eſſe videtur; cum enim primum ſecurius dictaſſet *τας ἡδονας, και τας οχλησεις*, tum deinde volens poſtpoſitivum alium articulum ſubdere *τας ὑπ' αυτων*, expungi iuſſit praepoſitivum *τας* ante *οχλησεις*.

V. 36. *αλογου*) Quod eſt *αυτοφυες*, idem *αλογον* eſſe oportet, h. e. *rationis ope non comparatum.* Enimvero iſta vox *αλογος* apud Muſicae tractatores modo idem valet, ac quid *rationis expers*, ſive *inconcinnum*, *quod non ſecundum Muſicae leges, ac rationes ſit comparatum*, uti cum dicitur *αλογος ψοφος*, de quo ſic Ptolemaeus *lib. I cap. 4*: *εστι ψοφος ἑνα και τον αυτον επεχων τονον· διο και μονος μεν ἑκαστος, και ΑΛΟΓΟΣ· εις γαρ, και προς ἑαυτον αδιαφορος· ὁ δε λογος των προς τι, και εν δυσι τοις πρωτοις*, *ſonitus eſt unum eumdemque tenorem retinens; adeoque & ſolitarius quiſque, & rationis expers. Unus enim eſt, & per ſe indifferens: rationem autem dicuntur res habere ſecundum quid, & ſaltem inter duo principalia conſiſtere ea debet;*

& Bryen-

& Bryennius *lib. II ſect.* 1: τα δε ταχεα των κινησεων, και αἱ σφοδροτητες η εν τοις λογοις τισι παντως αποτελουνται, η και αλογως συνειρονται προς αλληλα· ὑπο μεν ουν των αλογων αλογοι και εκμελεις γιγνονται ψοφοι· ὡς ουδε φθογγους χρη καλειν κυριως, ηχους δε μονον: *atque hae quidem celeritates, & vehementiae vel in rationibus quibuſdam perficiuntur, vel nulla tali ratione inter ſe connectuntur; quique non tali ratione connectuntur ſoni, ſunt inrationabiles, & inconcinni, qui proprie phthongi non dicendi ſunt, ſed ſolummodo ſtrepitus.* Modo vero id denotat, cuius ratio numeris adſignari nequit. Sic Ariſtides Quintilianus *lib. I pag.* 13 inter varia των διαστηματων, *intervallorum* ſpecies enumerat: και ἁ μεν ρητα, ἁ δε αλογα. ρητα μεν, ὡν και λογον εστιν ειπειν οἱον· λογον δε φημι την προς αλληλα κατ᾽ αριθμον σχεσιν· αλογα δε, ὡν ουδεις προς αλληλα λογος ευρισκεται, *item alia rationalia, alia inrationalia. Rationalia quidem, quorum rationem dicere poſſumus: rationem vero dico, habitudinem inter ipſa ſecundum numerum; inrationalia vero, quorum nulla inter ipſa ratio reperitur.* Item Euclides in *Introduct. Harmon.* ρητα μεν εστιν, ὡν οἱον τ᾽ εστι τα μεγεθη αποδιδοναι, οἱον τονος, ἡμιτονιον, διτονον, τριτονον, και τα ὁμοια· αλογα δε τα παραλλαττοντα ταυτα τα μεγεθη επι το μειζον, η επι το ελαττον αλογῳ τινι μεγεθει, *rationabilia ſunt, quorum magnitudines (numeris) exhibere poſſumus, ut tonus, hemitonium, ditonum, tritonum, & ſimilia; inrationabilia, quae haſce magnitudines variant vel in maius, vel in minus magnitudine aliqua inrationabili.* Quae ambo Ariſtidis, & Euclidis loca Bryennius more ſuo conſarcinavit *lib. I ſect.* 5. Etſi tamen hoc pacto vox αλογος a Muſicae tractatoribus ſumatur, nihilo tamen minus cum heic, tum infra aliter adcipienda eſſe videtur. Itaque in memoriam revocemus oportet Epicuri dogma, qui teſte Laërtio *lib. X* ſic docuit: Πασα αισθησις ΑΛΟΓΟΣ εστι, και μνημης ουδεμιας δεκτικη· ουτε γαρ ὑφ᾽ αὑτης κινειται, ουτε ὑφ᾽ ἑτερου κινηθεισα δυναται τι προσθειναι, η αφελειν, ὡς τε δοξαζειν, η ψευδεσθαι, quae ſic lecta a Gaſſendo interpetrantur: *omnis ſenſus ratiocinationis eſt expers, recordationiſque prorſus incapax; quippe cum neque a ſeipſo moveatur, neque motus ab alio addere quidpiam detrahereve (ſive enunciando copulare, aut disiungere, concludendoque inferre) valeat, ut propterea cenſeri poſſit quidpiam opinari, aut opinando falli.* Αλογους autem conſequenter ſenſus dixit, cum duplicem animae partem ſtatuiſſet, το αλογον, και το λογικον, *inrationalem, & rationalem*, ut apud eumdem Laërtium: το αλογον αυτης, ὁ τῳ λοιπῳ παρεσπαρη σωματι, το δε λογικον εν τῳ θωρακι (ut legit κριτικωτατος nuperrimus Scriptor Ignatius Roſſius in ſuis *Commentationibus Laërtianis*) *inrationalis eius pars in reliquo corpore diſperſa eſt, rationalis vero ſedet in pectore.* Eadem habet Plutarchus in *De Placit. Philoſ. lib. IV cap.* 4. Si igitur omnis ſenſus eſt αλογος, utique δυναμις περι αισθησιν, *ſenſus potentia*, αυτοφυης και αλογος, *ſpontanea & inrationabilis* eſt dicenda. Hanc autem αλογου αισθησεως adpellationem ab Epicuro Bryennius, ſive alius quis vetus Scriptor ab eo expilatus, mutuare non dubitavit; ſcripſit enim *lib. II ſect.* 6: ὁτι δε εστι πασα αλογος αισθησις, παχυμερως παντων των προκειμενων πραγματων ποιουμενη αντιληψιν, και ουκ ακριβως, ραδιον επιστησαντα νοησαι: *quod autem ſenſus omnis eſt rationis expers craſſo modo de propoſitis rebus omnibus perceptionem faciens, & non adcurate, intelligenti facile eſt animadvertere.* Et eodem pacto Porphyrius in *Introduct. ad Comment. in Ptolem. Harmonica*, ait: τα μετρα των τῃ αισθησει αλογως φαινομενων: *menſurae eorum, quae ſenſui citra rationem adparent.* In concluſione tamen longe iſti ab Epicuro diſcrepant; quippe cum hi ex eo, quod ſenſus ſit αλογος, & nonniſi παχυμερως res percipiat, inferant eum ope rationis indigere, ut res apte dignoſcat, & de iiſdem iudicium ferat: proinde ſcribit Claudius Ptolemaeus *lib.* 1 *cap.* 1, *duo quidem eſſe* της ἁρμονικης κριτηρια *auditum & rationem*, ſed τας αισθητικας διαληψεις ὁριζεσθαι και περαινεσθαι ταις λογικαις, *perceptiones ſenſibiles a rationabilibus definiendas eſſe & terminandas.* Epicurus contra ex eo, quod ſit αλογος, ſenſum eſſe primum veritatis criterium docuit; quia ſit ſemper idem, nec falli poſſit: errores autem ex fallaci tantum ratiocinio ortum ducere. Vide, quae ibidem Gaſſendus adnotat. Hinc diſces, cur noſter το αλογον ita in ſequentibus ſumit, ut inde inferat auditiones, utpote αλογους, eaſdem in omnibus eſſe, & nonniſi ex antecaptis opinionibus evenire poſſe, ut alteri eadem auditio placeat, alteri diſpliceat (ſic *Col. II*); imo etiam *Col. III* ex eo, quod μελος ſit αλογον, animum percellere non poſſe contendit.

V. 40. εν τοις εναργεσιν) Hinc etiam Epicureum agnoſce. Cum enim Epicurus apud Laërtium *lib. X* de ſenſibus, eorumque veritate loquutus eſſet, ſubdit: ὁθεν και περι των αδηλων απο των φαινομενων χρη σημειουσθαι, *hinc & de iis, quae non adparent, ab adparentibus coniecturam facere oportet*, quibus verbis, ut adnotat Gaſſendus in hunc locum, *ipſam, quae habetur per ſenſus evidentiam, fundamentum eſſe omnis ratiocinii, ſeu demonſtrationis, quae poteſt de rebus inevidentibus inſtitui*, docet. A qua ſententia non multum Stoici ipſi diſcrepabant teſte Empiri-


co *adverſus Mathem.* quorum fuit ſententia: καθολȣ το επινοȣμενον παν ητοι κατ᾽ εμπελασιν των εναργων νοειται, η κατα την απο των εναργων μεταβασιν: *in ſumma quidquid mente concipitur, aut intelligitur per adplicationem evidentium, aut per tranſitum ab evidentibus*; & aliquanto poſt: παντος γȣν πραγματος αισθητȣ, η νοητȣ γινεται καταληψις, ητοι κατα εναργειαν περιπτωτικως, η κατα την απο των περιπτωτικως πεφηνοτων αναλογιστικην μεταβασιν: *cuiuslibet enim rei ſenſilis, aut quae cadit ſub intelligentiam comprehenſio, fit aut incurrendo per evidentiam, aut per reputantem, & ratiocinantem tranſitum ab incurrentibus, quae adparuerunt*. Secundum hanc igitur doctrinam Stoicis ipſis minime ſuſpectam Epicurus ſcripſerat, potentiam ſenſuum perceptivam, non ſtudio comparatam, ſed ſpontaneam, quippe *inrationalem*, *inter evidentia* eſſe.

V.43. ὁ φησιν) Quinam ſit iſte, qui id *ait*, ſane ignoramus. Procul tamen dubio eſt ſententiam eius Epicuream eſſe, ut in praecedentibus adnotavimus. Perſpicuitatis igitur gratia in verſione placuit addere *Epicurus*.

V.44. παραπλησιοι) Non aliter haec vox reſtitui poſſe videtur. Qui ſint autem hi παραπλησιοι inveſtigandum, qui ſenſus minime inhabile ſubiectum rentur, imo eumdem veritatis criterium eſſe ſtatuunt. Inter veteres quidem Philoſophos diu de ſenſuum iudicio decertatum eſt. Heraclitus teſte Laërtio *lib.IX*, & Sex. Empirico *adv. Mathem. lib.VII* ſenſum απιστον, *fide indignum*, iudicavit, eiuſque fuit apophthegma: κακοι μαρτυρες ανθρωποισιν οφθαλμοι, και ωτα βαρβαρας ψυχας εχοντων, *mali teſtes hominibus oculi, & aures eorum, qui barbaras habent animas*; Parmenides item, eiſdem teſtibus, κριτηριον τον λογον ειπε, τας τε αισθησεις μη ακριβεις υπαρχειν, *criterium rationem eſſe dixit, ſenſus vero non adcuratos eſſe iudices*; itemque Cyrenaici, τας αισθησεις μη παντοτε αληθευειν, *ſenſus non ſemper vera nuntiare* pronunciarunt, ut habet Laërtius *lib. II.* Stoicis autem, ſi eidem Laërtio credimus *lib. VII ſect.* 54, non eadem omnibus opinio ſedit. Ὁ μεν γαρ Βοηθος κριτηρια πλειονα απολειπει, νȣν, και αισθησιν, και ορεξιν, και επιστημην· ὁ δε Χρυσιππος διαφερομενος προς αυτον . . . . κριτηρια φησιν ειναι αισθησιν, και προληψιν . . . . αλλοι δε τινες των αρχαιοτερων Στωϊκων τον ορθον λογον κριτηριον απολειπȣσιν: *Boëthus enim complura iudicia reliquit, mentem, ſenſum, adpetitionem, & ſcientiam: Chryſippus vero ab illo diſſentiens iudicium dicit eſſe ſenſum, & anticipationem . . . Sed alii ex antiquioribus Stoicis rectam rationem iudicium tradunt*. Epicurus denique apud eumdem Laërtium *lib. X. ſect.* 28 tria της αληθειας κριτηρια agnovit, τας αισθησεις, και προληψεις, και τα παθη, h. e. *ſenſus, anticipationes, & adfectus*. Quae profecto Epicuri doctrina a Chryſippi ſententia, ſpecie ſaltem tenus (nam alia Stoicis, alia Epicureis dicta eſt προληψις, uti videre eſt apud Laërtium, & Empiricum) non multum abluſit. Et quidem Plutarchus *de Placitis Philoſophorum lib. IV cap. 9* ſic ſcribit: Οἱ Στωϊκοι τας μεν αισθησεις αληθεις, των δε φαντασιων τας μεν αληθεις, τας δε ψευδεις. Επικȣρος πασαν αισθησιν, και πασαν φαντασιαν αληθη, *Stoici ſenſus non falli iudicant; viſorum alia vera eſſe, alia falſa. Epicurus utriſque veritatem ex aequo adtribuit*. Quod igitur ad ſenſus adtinuit, eadem Stoicorum, & Epicuri ſententia vulgo cenſebatur, etſi Stoicorum aliquot praeſertim antiquiores minime in eo convenerint, quorum in numero procul dubio fuiſſe Diogenem arguimus. Si igitur τȣς παραπλησιȣς, dixeris eſſe Stoicos, h. e. eos, qui in eadem haereſi fuerint ac Diogenes, Auctoris noſtri ſententia recto conſiſtet talo; id enim tum ſibi volet: „ Ea ſenſuum potentia perceptiva, quam Epicurei αλογον, προχειρον, και εναργες, *quid in-* „ *rationale, expeditum, & evidens* adpellant, adeo recepta eſt, ut ſuorum Stoicorum etiam „ nonnulli ſenſus infirmitatem, quam iſte praedicat, minime agnoſcant, imo eumdem ſen- „ ſum eſſe veritatis criterium iudicent " Atque ita Stoicum Diogenem ipſis ſuorum armis confodere velle videtur. At vero etiam paullo aliter res adcipi poteſt, ut ſcilicet non ſimpliciter Philoſophorum, ſed Muſicorum opiniones reſpiciat. Vulgata enim eſt inter veteres Pythagoreos, & Ariſtoxenios de Muſices criterio diſcrepantia. Pythagorei enim, teſte ipſo Ariſtoxeno *lib. II*, την αισθησιν εκκλινοντες, ὡς ȣσαν ȣκ ακριβη, *ſenſum, tamquam minime adcuratum devitantes*, τον λογικον κριτηριον unice agnoverunt, & nonniſi numerorum rationibus Muſicas proportiones definiri poſſe cenſebant, ita ut quaecumque intervalla, quae iis rationibus contineri nequirent, reiicerent. Ariſtoxenus contra hanc nimiam putavit ſuperſtitionem, itaque ſenſui plurimum dandum eſſe cenſuit: hunc autem ratione, & numeris adiuvandum. Itaque *lib. II Element.* ſic ſcripſit: αναγεται δ᾽ ἡ πραγματεια εις δυο· εις τε την ακοην, και εις την διανοιαν. Τη μεν ακοη κρινομεν τα των διαστηματων μεγεθη, τη δε διανοια θεωρȣμεν τας τȣτων δυναμεις: *ad duo autem refertur haec tractatio, ad auditum, & ad intellectum; auditu enim diſcernimus intervallorum magnitudines, & intellectu percipimus eorum poteſtates*. Quae ſane aequior opinio quamplurimos habuit ſectatores; ita ut Claudius Ptolemaeus,

maeus, qui teſte Porphyrio εν πολλοις περι της Πυθαγορειας αποκλινει, *in multis ad Pithagoreos inclinat*, in hoc Ariſtoxeni doctrinam aliquatenus ſecutus, in ipſo ſuorum Harmonicorum exordio ſtatuerit: κριτηρια μεν ἁρμονιας ακοη, και λογος, *Harmoniae criteria ſunt Auditus*, *&* *Ratio*. Vide Porphyrii *Commentarium cap. II*, ubi declarat, in quo Ptolemaeus ab Ariſtoxeno diſſentiat, etſi Didymus conſentientes eos, prout Ariſtoxeni opinionem referebat, omnino fecerit. Iure ergo miramur *Harmonicorum* auctorem, qui ſub Bryennii nomine circumfertur, *lib. II ſect.* 2. Ariſtoxeno plus aequo infenſum ipſum traducere, *quod ſolum ſenſum faciat harmonici concentus criterium*, ὁς αισθησιν μονην τον ἡρμοσμενȣ κριτηριον τιθεται. Qualis enim fuerit vera Ariſtoxeni ſententia, ex eiuſdem verbis a nobis nuper recitatis diſcere poterat; ſiquidem ipſamet verba in ſui operis epilogo citat. Ceterum ea opinio ſedit non quidem Ariſtoxeno, ſed ενιοις των απο Αριστοξενȣ μȣσικων, *quibuſdam Ariſtoxeniis*, ut habet Ptolemais Cyrenaica apud Porphyrium, qui a Magiſtri opinione exorbitantes, ſenſum unum, ſublata penitus ratione, rerum Muſicarum iudicem ſtatuebant. Vide Porphyrium *cap. II* de his prolixe differentem, atque ex eo Ptolemaidis, & Didymi loca recitante diſces, alios rationem praetuliſſe reiecto ſenſu, ut Pythagoreos; alios ſenſum ratione neglecta, ut quoſdam Ariſtoxenios, qui dicti ſunt Οργανικοι, & Φωνασκικοι; alios denique utrumque, ſed non omnes eodem modo, inter quos tamen recenſentur praeter Ariſtoxenum, Architas Tarentinus, & Archeſtatus, & Ptolemaeus. Si igitur de Muſicae tractatoribus heic verba fieri autumabimus, alii profecto non erunt hi παραπλησιοι, quam Ariſtoxenii, qui ſenſui, ſi non totum, plurimum certe tribuebant: παραπλησιȣς autem dicit, quia ſimili Muſico furore correpti erant, ac Diogenes, qui tamen Pythagoricis procul dubio adſentiebat. De Μȣσȣργοις autem verba potius fieri idcirco opinamur, quia ipſorum erat diſputare de eo, quod Columna ſequenti ait, ſcilicet: ειδ' σκληρως, η επιτερπως ηχει: *num moleſte*, *an ſuaviter unumquodque Muſicae genus auribus reſonet*. Sive tamen τȣς παραπλησιȣς Stoicos, ſive Muſicos Ariſtoxenios interpreteris, Philodemi argumentatio non male utique procedet.

CO-



COL. II

P. A. Piaggio d. Sc. Pie del. — *Bart. Oratij inc.*

COLUMNA II.

ὑποκειμενον ὁμολογου-
σιν., ειδ' σχληρως, η επιτερ-
πως ηχει, διαφωνουσιν,
αλλα την αυτην ποιουν-
ται κρισιν. Και επι μεν γε του-
των παρα τινας προδιαθε-
σεις ενδεχεται παραλλατ-
τουσας συμβαινειν επακοη-
σεις, επι δε των ακοων ου-
δ' εστιν ὁλως διαφορα τις, αλ-
λα πασαι τας ὁμοιας των
ὁμοιων μελων αντιλη-
ψεις ποιουνται, και τας ἡδο-
νας παραπλησιους απολαμ-
βανουσιν· ὡστε και της εναρ-
μονιου, και της χρωματικης
διαφερονται, ου κατα την
αλογον επακοησιν, αλλα
κατα τας δοξας· οἱ μεν, ὡσ-
περ οἱ τουτω παραπλησιον,
την μεν φασκοντες ειναι
σεμνην, και γενναιαν, και
απλην, και καθαραν, την
δ' ανανδρον, και φορτικην,
και ανελευθεραν· οἱ δε την
μεν αυστηραν, και δεσποτι-
κην, την δε ἡμερον, και πιθα-
νην προσονομαζοντες· αμ-
φοτεροι δε, ἁ μηδετερα προσ-
εστιν, επιφεροντες· οἱ δε φυσι-
κωτατοι γε προς ακοην εξ ἑ-
κατερας δρεπεσθαι κελευον-
τες, ουδεν αγαθων συναπτο-
μενων ουδετερα προσει-
ναι κατα ταυτην φυσιν αυ-
της νομιζοντες. Ταδ' αν δε-
δοκται και επι των ρυθμων,
και μελοποιϊων. Και προ-
δηλον εστιν, ὡς ἡ μουσικη,
καν ῃ πολυειδεστατη κα-
τα φυσιν, ου τω προσουσας
αρετῃ των ηθων επιφασεις
ουδε ποτε μιμησει . . . .
. . . .
. . . .
. . . .

ſubiectum fatentur, in eo uno autem diſcrepant, num iucunde, vel iniucunde reſonet, ſed etiam eumdem ſenſum Muſices criterium conſtituunt. Et ſane, quantum ad haec adtinet, ſecundum quaſdam praevias animorum diſpoſitiones fieri poteſt, ut diſcrepantes evadant auditiones, quantum vero ad aurium ipſarum ſenſum, nulla omnino eſt differentia, ſed omnes aures ſimiles ſimilium cantionum perceptiones habent, & cognatas voluptates ſuſcipiunt. Itaque & enarmonii, & chromatici generis *cantilenae* diſtinguuntur non ex auditu, qui rationis eſt expers, ſed ex praeconceptis opinionibus; quippe alii (quemadmodum qui in eadem iſtius ſunt haereſi) *enarmonicam Muſicam* dicunt eſſe gravem, & generoſam, & ſimplicem, & puram, *chromaticam* vero effeminatam, adfectationis plenam, & inliberalem: alii contra illam auſteram, & imperioſam, hanc lenem, & flexanimam adpellant; utrique vero ea, quae nulli illarum revera inſunt, proferunt in medium. At qui naturam penitius noverunt, ex utroque Muſices genere, quae auribus ſint ſuaviora, decerpere iubent; quippe cum nullum eorum bonorum, quae Muſicae adſcribuntur, alicui generi ſuapte ipſius natura connexum putent. Huiuſmodi ſunt etiam de variis rhythmis, & melopoeiis opiniones. Patet igitur Muſicam, licet maxime multiformem fore naturaliter concedamus, non idcirco morum formas virtuti adcedentes unquam imitatum ire . . .
. . . .
. . . .
. . . .

V. 3. ηχει) Huius verbi ope ſtare potuiſſe ſententia videtur. Quod ſi mavis refingere εχει, *ſuavis vel iniucunda ſit ſenſus adfectio*, non intercedimus.

V. 5. κρισιν) Idem hoc loco κρισις, atque κριτηριον; licet enim vulgatior ſit apud veteres vox κριτηριον, haec tamen non nova eſt in eadem adceptione. Sic Porphyrius *Comment. in Ptolemaeum cap. I* cum de ipſo Muſices κριτηριω verba faceret, de Pithagoreis ait: τοις παραιτουμενοις μεν δια των αριθμων, και του λογου κρισιν της συμφωνιας: *cum pro poſtulato habuerint hoc per numeros, & rationem de conſonantia iudicium;* profecto quia δια της αισθησεως κρισιν, *ſenſus iudicium* reiiciebant, ut in *Col. I* adnotavimus. Et Plutarchus *lib. De Muſica pag.* 1143: ὁμοδρομειν δει την τε αισθησιν, και την διανοιαν εν τῃ κρισει των της μουσικης μερων: *oportet, ut ſenſus, & intelligentia aeque concurrant in iudicio de Muſicae partibus*.

V. 6. παρα τινας προδιαθεσεις) Praeviis diſpoſitionibus, conceptis ſcilicet ex opinione, quam imbiberunt, fieri autumat, ut grate, vel ingrate auribus inſinuetur, quidquid in uno, vel altero Muſices genere canitur: id quod clarius explicat infra *verſ.* 18, 19, ubi legendum ideo cenſuimus κατα τας δοξας. Confidentiſſime enim ponit ex Epicuri ſententia aurium ſenſum in omnibus idem eſſe, in quo reliqui veteres minime conveniebant. Quorum plerique variam eiuſdem ſenſus adfectionem, unde eadem cantilena alteri iucunda, alteri moleſta evaderet, ex aurium varietate, & imbecillitate repetebant: atque hinc fiebat, ut vel eorum iudicium omnino reiicerent, uti Pythagorei, vel certe ratione reformandum putarent, ut Ariſtoxenii. Vide, quae adnotavimus ad *Col. I verſ.* 44. Sic Ptolemaeus *Harmon. lib. I cap. I*: την δε αισθησιν μεθ᾽ ὑλης παντοτε πολυμιγους τε και ρευστης, ὡς δια το ταυτης αστατον μητε την παντων, μητε την των αυτων αει προς τα ὁμοιως ὑποκειμενα τηρεισθαι την αυτην, αλλα δεισθαι, καθαπερ τινος βακτηριας, της εκ του λογου παραπαιδαγωγησεως: *ſenſus materiae ſemper coniunctus, quae eſt multimode mixta, & fluxui obnoxia, adeo ut propter huius inſtabilitatem, neque omnium hominum ſenſus, neque eorumdem omni tempore ad ſubiecta ſimiliter ſe habentia idem ſervetur, ſed indigeat, quaſi ſcipione quodam, rationis reformatione*. Epicurei contra, qui ſenſus per ſe infallibiles pronunciarunt, quia eſſent αλογοι, errores omnes in *opiniones* reiecerunt, atque hinc varias eorum adfectiones explicarunt. Quare Plutarchus *lib. Adverſus Colotem* ſic eos irridet: ὁ δ᾽ ουν δοξων το μηδεν μαλλον ειναι τοιον, η τοιον Επικουρειῳ δογματι κεχρηται, τῳ πασας ειναι τας δι᾽ αισθησεως φαντασιας αληθεις. Ει γαρ δυοιν λεγοντων, του μεν αυστηρον ειναι τον οινον, του δε γλυκυν, ουδετερος ψευδεται τῃ αισθησει· τι μαλλον ὁ οινος αυστηρος, η γλυκυς εστι; *enimvero qui ſentiret nihil magis eſſe tale, quam tale, Epicureum ſequeretur decretum, quo omnia, quae ſenſui adparent, vera eſſe ſtatuuntur. Nam ſi duobus dicentibus altero vinum eſſe auſterum, altero dulce, neutrius ſenſus fallit; quid tandem? vinum auſterum erit potius, an dulce?* Quibus in verbis rem Plutarchus minime exaggerat. Laërtius enim *lib. X*, poſt ea verba, quae ad *Col. I v.* 36 recitavimus, ſic Epicurum de ſenſuum doctrina concludentem facit: ουδ᾽ εστι το δυναμενον αυτας (αισθησεις) διελεγξαι· ουτε γαρ ὁμοιογενης αισθησις την ὁμοιογενη δια την ισοσθενειαν· ουθ᾽ ἡ ανομοιογενης την ανομοιογενη· ου γαρ των αυτων εισι κριτικαι· ουθ᾽ ἡ ἑτερα την ἑτεραν· πασαις γαρ προσεχομεν, quae ſic Gaſſendus interpetratur: *nihil eſt, quod refellere, falſive arguere ipſos ſenſus poſſit. Neque enim ſenſus genere ſimilis ſimilem genere refellet propter aequipollentiam* (ſeu quod par ratio utriuſque ſit): *neque genere diſſimilis genere diſſimilem;* (quoniam diverſa obiecta habent), *ferendoque eiſdem de rebus iudicio minime inſerviunt; neque item una ſenſio eiuſdem ſenſus aliam; quoniam nulla eſt*, qua non adficiamur, cuique donec ipſa adficimur, *non adhaereamus*. His profecto gemella ſunt, quae heic ſubdit Philodemus: επι των ακοων ουδ᾽ εστιν ὁλως διαφορα τις, αλλα πασαι τας ὁμοιας των ὁμοιων μελων αντιληψεις ποιουνται κ. τ. λ. (Vide ſeq. adnotationem). Ne tamen cui mirum videatur, ſi Noſter Stoico congrediens ſuae ſectae principiis ad eum oppugnandum confidenter utatur: quod paſſim in toto volumine uſurpat. Huiuſmodi enim commentaria ad ſuorum auditorum uſum adornaſſe ex hoc ipſo arguere licet; quibus arma ex eadem Epicuri ſchola, in qua exercebantur, ſuppeditare abnorme non erat.

V. 9. επι δε των ακοων) Ut iſta rectius percipiant eruditi Lectores, neceſſe eſt in memoriam revocent, quaenam fuerit Epicuri de auditione ſententia, quam ſic refert Plutarchus *De Placit. Philoſoph. lib. IV cap.* 19: Επικουρος την φωνην ειναι ρευμα εκπεμπομενον απο των φωνουντων, η ηχουντων, η ψοφουντων· τουτο δε το ρευμα εις ὁμοιοσχημονα θρυπτεσθαι θραυσματα· ὁμοιοσχημονα δε λεγεται τα στρογγυλα τοις στρογγυλοις, και σκαληνα, και τριγωνα τοις ὁμοιογενεσι· τουτων δ᾽ εμπιπτοντων ταις ακοαις αποτελεισθαι την αισθησιν της φωνης· φανερον δε τουτο

γι-

γινεσθαι απο των ασκων εκρεοντων, και των εκφυσωντων κναφεων τοις ιματιοις: *Epicurus vocem eſſe ait fluxum emiſſum a rebus vocalibus, vel ſonantibus, vel ſtrepentibus: hunc autem fluxum in plura conformia fruſta dividi: conformia vero dicuntur eſſe rotunda rotundis, ſcalena ſcalenis, & alia triangula aliis eiuſdem generis: his porro fruſtulis in aures incidentibus perfici vocis ſenſum; manifeſtumque hoc fieri ex effluentibus utribus, & e fullonibus, cum aquas in veſtes exſufflant*. Hinc facili negotio intelligimus Laërtium ſic *lib. X* Epicuri doctrinam explicantem: αλλα μην και το ακουειν γινεται ρευματος τινος φερομενου απο του φωνουντος, η ηχουντος, η ψοφουντος, η οπως δη ποτε ακουστικον παθος παρασκευαζοντος, το δε ρευμα τουτο εις ομοιομερεις ογκους διασπειρεται αμα τινα διασωζοντας συμπαθειαν προς αλληλους, και ενοτητα ιδιοτροπον, διατεινουσαν προς το αποστειλαν, και την επαισθησιν την απ' εκεινου, ως τα πολλα, ποιουσαν, quae ſic latine reddimus, praeeunte Ignatio Roſſio in ſuis *Commentationibus Laërtianis*: *Enimvero etiam auditio fit ope cuiuſdam fluxus, qui a corpore vocali, vel ſonante, vel ſtrepente, vel alio quocumque modo ſenſum auditionis excitante proveniat. Hic autem fluxus in quaedam corpuſcula ſimilibus e partibus conſtantia diſſeminatur, quae convenientiam quamdam inter ſe mutuam, unamque proprietatem ſervant, quae ſcilicet ad id, quod vocem emiſit, pertineat, ac ſenſum eius ut plurimum in nobis efficiat*. A qua interpetratione minime Gaſſendi παραφρασις abludit. Quare φωνην, *vocem*, ſic definiebant Epicurei, teſte Aeliano *apud Porphyrium cap. 3*: το της ακοης αισθητηριον, απο των φωνων της παραφωνης παραγινομενης επι το της ακοης αισθητηριον εκ τινων ρευματων: *ipſum ſenſorium auditus, cum ſcilicet clamor a vocibus excitatus in auditus ſenſorium fertur ope cuiuſdam influxus*. Ex hac autem Epicuri doctrina, quod nempe fluentum e ſonoro corpore emanans particulis figura, & proprietate omnino ſimilibus, quae aures adficiant, conſtet, & ex adferta ſenſibus infallibilitate, conſequens eſt quaſcumque aures aeque eodem ſono adfici; quod animadvertens Gaſſendus, ſic in ſua παραφρασει: *unde convenientiam inter ſe mutuo aliquam ſervent, ac varios proinde auditus pari modo feriant*. Hinc ſane diſces, cur omne iſtud comma: επι δε των ακοων ουδ' εστιν διαφορα τις κ. τ. λ. Epicuream ſapiat ſcholam. Meminiſſe etiam ne pigeat *in veteri atque perpetua quaeſtione inter nobiliſſimos philoſophorum agitata*, ut ait Gellius *lib. V cap. 15*, *corpus ne ſit vox, an incorporeum?* Epicureorum ſententiam a Stoicorum opinione non admodum diſcrepaſſe. Etenim Gellius ipſe *l. c.* ſcribit: *Vocem Stoici corpus eſſe contendunt, eamque eſſe dicunt ictum aëra: Plato autem non eſſe vocem corpus putat; non enim percuſſus, inquit, aër, ſed plaga ipſa atque percuſſio vox eſt. Democritus, ac deinde Epicurus ex individuis corporibus vocem conſtare dicunt, eamque, ut ipſis eorum verbis utar,* ρευμα λογων *adpellant*. Vides igitur, quam proxime Stoicis Epicurei adceſſerint. Stoici enim id unum negabant, teſte Plutarcho *l. c. pag. 19*: αερα συγκεισθαι εκ θραυσματων, αλλα συνεχη ειναι δι' ολου μηδεν κενον εχοντα: *aërem fruſtis eſſe compoſitum, ſed totum continuum, nihil habentem in ſe inane*. Quare Plutarchus ipſe *De Placit. Philoſ. lib. IV cap. 20.* cum varias Philoſophorum hac de re referat ſententias, de Epicureis ſilet; profecto quia a Stoicis parum eo in capite abludebant. Ait enim: Πυθαγορας, Πλατων, Αριστοτελης φωνην ασωματον· ου γαρ τον αερα, αλλα το σχημα το περι τον αερα, και την επιφανειαν κατα ποιαν πληξιν γινεσθαι φωνην. πασα δε επιφανεια ασωματος . . . . . . Οι δε Στωικοι σωμα την φωνην· παν γαρ το δρωμενον, η και ποιουν, σωμα. η δε φωνη ποιει, και δρα: *Pythagoras, Plato, Ariſtoteles corporis expertem dixere vocem; non enim eſſe aërem, ſed aëris habitum, & figuram, quae certo quodam ictu vox evadit; omnis autem figura eſt incorporea . . . Stoici vero vocem corpus eſſe dicunt; quidquid enim agit, & efficiendi vim habet, corpus eſt; atqui hoc ipſum vocis eſt*. Hinc etiam Ariſtides Quintil. *De Muſica lib. I* in duo ſumma capita Philoſophorum opiniones dividit: την δε φωνην οι μεν αερα πεπληγμενον, οι δε αερος πληγην εφασαν· οι μεν αυτο το σωμα το πεπονθος ηχον· οι δε, οπερ αμεινον, το τουτου παθος ορισαμενοι: *vocem quidam aërem percuſſum; quidam vero aëris percuſſionem dixerunt: illi quidem ipſum corpus, quod ſonum patitur; hi vero, quod melius, huius paſſionem definientes*. Stoicos igitur & Epicureos in una eademque ſententia cenſet. Et quidem Epicureus Lucretius ſic cecinit:

Corporum quoque enim vocem conſtare fatendum eſt,
Et ſonitum; quoniam poſſunt impellere ſenſus.

Poſita ergo hac quam minima opinionum inter duas ſectas de voce diſcrepantia, nihil mirum ſi Noſter heic ſecurius loquatur.

V. 12. αντιληψεις ποιουνται) Nemo ita legendum fortaſſe dubitabit, cum belle quadret contextui haec lectio. Si quis vero adhuc haeſitet, adeat Ptolemaei *cap. 4.*, in cuius fine ipſiſſimam inveniet φρασιν. Ubi enim definit, quinam a Graecis dicantur συμφωνοι τονοι, ait:

ait : ὅσοι την ὁμοιαν αντιληψιν εμποιουσι ταις ακοαις : *quotquot ſimilem perceptionem auribus inferunt*, ut vertit Cl. Walliſius. Adeat & Bryennium *Harmonic. lib.II ſect.6*, ubi inveniet: πασα αλογος αισθησις παχυμερως παντων των πραγματων ποιουμενη αντιληψιν : *cum ſit omnis ſenſus ratione carens, & craſſo modo de propoſitis rebus omnibus perceptionem faciat*; & ſtatim mox : ὁρασις ποιειται ἀντιληψιν χρωματων, πληθων, κ.τ.λ. *viſus perceptionem habet colorum, multitudinum &c.* Hinc perſpicuum fit non recte vertiſſe Xilandrum Plutarchi verba in *De Muſica pag.* 1145, ubi pulcherrimum Muſicae genus εναρμονιον ita ſuo aevo neglectum eſſe ait, ὡϛε μηδε την τυχουσαν αντιληψιν των εναρμονιων διαϛηματων τοις πολλοις ὑπαρχειν. Vertit enim: *ut plerique nullam harmonicorum intervallorum habeant rationem*; cum contra vertendum ſit: *ut plerique ne percipiant quidem auribus enarmonica intervalla*. Id quod clarius etiam patebit infra, cum integrum Plutarchi locum dabimus. Etſi enim αντιληψις proprie denotet ſimplicem ſenſus *adceptionem*, ſive *comprehenſionem*, ut in praecedenti Scholio ad *v.* 29 adnotavimus; ſaepe tamen latius una vox pro altera ſumitur. *Adcipere* enim e. g. ſonum, eumque *percipere* idem vulgo eſt; nec niſi metaphyſice ſenſus *perceptio* a ſimplici *adceptione* diſtinguitur.

V. 15, 16. ὡϛε και της εναρμονικης, και της χρωματικης) Supple ex proximo αντιληψεις. Cum enim dixiſſet cantilenas, quod ad auditum, per ſe non differre, ita ut eadem cantilena in omnium auribus eumdem ſenſum ingerat, atque ex praecedentibus diſpoſitionibus, h.e. mentis opinionibus, evenire, ut, quae cantilena uni eſt iucunda, alterum moleſtia adficiat; hinc preſſius deducit perceptiones, quae vel Enarmonio, vel Chromatico Muſices genere excitantur, non differre ſuapte natura, ſed propter varias praeconceptas auditorum opiniones. Propterea igitur ait, eamdem cantilenam utriuſvis generis aliis moleſtam, aliis iucundam evadere, quia nempe pleroſque ea opinio invaſit, Enarmonium genus eſſe *grave*, *ſimplex*, & *nobile*, adeoque mores ad gravitatem, & generoſitatem componere; Chromaticum vero eſſe *effeminatum*, & *inliberale:* alios contra illud, ut *auſterum* & *imperioſum* traducere, hoc vero, quod ſua *lenitate animos flectat*, laudibus extollere. Haec noſter, ut inde concludat, nihil per ſe Muſicam poſſe, cum nihil virtutis reapſe in ſe contineat: quod probatum eſſe τοις φυσικωτατοις infra ſcribit, *verſ.* 31.

Jam vero pervulgatum eſt tria cognita eſſe veteribus Muſices genera, ſcilicet διατονικον, χρωματικον, εναρμονιον, quibus duobus poſtremis caret certe Muſica a Guidone Aretino reſtituta; haec enim non alia agnoſcit intervalla, quam tonos, & hemitonia, unde διατονικον genus exſiſtit. Quod profecto, utpote ſimpliciſſimum Muſicae genus, ingraveſcentem barbariem vitare potuit, reliquis exquiſitioribus deperditis; quippe χρωματικον aliquibus in tonis per trientem, εναρμονιον per quadrantem ſubtili admodum vocis modulatione intervalla metiebatur. Diſertiſſime prae reliquis Ariſtides Quintilianus de his differit *pag.*18. *apud Meibomium*, & earum nomenclationum rationes adſignat. De his etiam luculenta, quae Meibomius, & Walliſius diagrammata adornarunt, digna ſunt, quae conſulantur. Verum putandum non eſt Guidonis tantum Muſicam, εναρμονιῳ, & χρωματικῳ carere; inde enim a Plutarchi aetate εναρμονιον τοις πολλοις non percipiebatur, ut inferius aperiemus. Nobis vero aliquantulas deperditorum iſtorum generum differentias exhibent adhuc πνευματικα, vel etiam εγχορδα inſtrumenta quaedam perantiquae conſtructionis, in quibus duplici ſectione toni aliquot diviſi conſpiciuntur, quarum altera ad χρωματικον, ad εναρμονιον altera adcedit. Verum iſtas quoque reliquias, quae doctis Muſicis exacto faeculo ſat erant cognitae, vix nomine tenus hac noſtra aetate, qua artis apicem Muſici tetigiſſe gloriantur, doctiſſimi των μουσουργων norunt, inſtrumentorum vero artifices omnino antiquarunt.

Hinc intelligimus, quid ſibi velit Philodemus, cum refert, quas viciſſim vel laudes, vel adcuſationes in Chromaticam, & Enarmonicam alterutrius fautores coniecerint. Qui enim pro Enarmonica ſtabant, ab ipſa tonorum diviſione, & intervallorum ratione repetebant eius σεμνοτητα, γενναιοτητα, απλοτητα, *gravitatem*, *nobilitatem*, *ſimplicitatem*; qui contra Chromaticam in deliciis habebant, ex eodem fonte eius ἡμεροτητα, και πιθανοτητα, *lenitatem*, & *flectendi animi vim* derivabant. Sic certe Plutarchus Enarmonii fautor in libro *Quod ſuaviter vivi non poſſit ſecundum Epicurum*, inter alia Muſicarum quaeſtionum themata, quae Epicurei deridebant, etiam hoc enumerat: και τι δηποτε των γενων διαχει το χρωματικον, ἡ δε αρμονια συνιϛησιν: *cur inter Muſices genera Chromaticum animos diffundit*, *Harmonia*, (h.e. *Enarmonicum*) *componit*? Itaque, ex Philodemi mente, perſuaſi ſectatores iſti ita, ut eos opinio inſederat, eſſe oportere, quicumque foret aurium ſenſus, probabant, vel improbabant; quodque illi vocabant *grave*, *nobile*, & *ſimplex*, iſti *auſterum*, & *imperioſum*; quod vero

vero iſti *lene*, & *flexanimum* dicebant, illi *effeminatum*, *adfectatum*, & *inliberale* traducebant. Et ſane auctor eius fragmenti, quod ad ſecundum Ariſtidis librum adſutum eſt, ſic de trium generum nomenclatura, & effectibus loquitur: διατονον καλειται, διοτι πεπυκνωται τοις τονοις κατα διαστηματα, αρρενωπον δ' εστι και αυστηροτερον· χρωματικον δε καλειται παρα το χρωζειν αυτο τα λοιπα διαστηματα . . . εστι δε ηδιστον και γοερον· το δ' εναρμονιον δια του εν τη του διηρμοσμενου τελεια διαστασει λαμβανεσθαι . . . διεγερτικον δ' εστι τουτο και ηπιον. *Diatonum vocatur, quia tonis denſatum ſit ſecundum intervalla; virilius autem eſt, & auſterius: Chromaticum adpellatur, quia coloret reliqua intervalla; voluptuoſiſſimum autem eſt, & flebile: porro Enarmonium, quia in modulatae ſeriei perfecta diſtantia ſumatur; excitandi autem ad virtutem, & ſedandi vim habet.* Hinc Meibomius in Ariſtoxenum *pag.92*: *Porro obſervatum maiora intervalla animum magis dilatare ac robuſtiorem reddere, minora contra illum contrahere. Hinc genus Enarmonium ſeverum fuit habitum, majeſtate ac decore plenum, ab apta omnium chordarum coniunctione denominatum; Chromaticum autem molle ac femineum; robuſtum autem & naturale Diatonum.* Atque haec profecto ad plenam Philodemi intelligentiam faciunt.

At enim cur de Diatonico nullam facit Noſter mentionem? Eadem ſane de cauſſa, cur Plutarchus in modo adlato teſtimonio de eo ſilet. Profecto quia illo prorſus neglecto, quod vulgare erat, & nullo negotio canebatur, alterum e reliquis duobus peritiores ea aetate artifices colendum ducerent. Id quod ex eodem Ariſtide, qui non multo poſt floruit, conligimus, qui *p.19* ſic habet: τουτων (γενων) φυσικωτερον μεν εστι το διατονον· πασι γαρ, και τοις απαιδευτοις πανταπασι μελωδητεον εστι. τεχνικωτατον δε το χρωμα· παρα γαρ μονοις μελωδειται τοις πεπαιδευμενοις. ακριβεστερον δε το εναρμονιον· παρα γαρ τοις επιφανεστατοις εν μουσικη τετυχηκε παραδοχης. τοις δε πολλοις εστιν αδυνατον: *ex his* (*generibus*) *naturalius eſt Diatonum; quippe omnibus etiam indoctis canitur: artificioſiſſimum Chroma; ſoli enim docti illud modulantur: adcuratiſſimum eſt Enarmonium, quod inluſtrioribus tantum Muſicis vix adſequi contigit* (*V. Schol.I v.4*), *multis autem eſt impoſſibile*. Ea diximus aetate; nequaquam enim id conſtanter obtinuit. Namque Ariſtoxenus *lib.I* teſtatur cum ſuo, tum praecedenti aevo, florente ſcilicet Pythagoreorum ſchola, ut *in adnot. ad v.20* demonſtrabimus, *Harmonicum* (h.e. *Enarmonium* docente Meibomio in hunc locum) tantum genus ceteris neglectis in pretio fuiſſe habitum. Philodemi noſtri ſaeculo nunc diſcimus Chromaticum aeque, ac Enarmonium fuiſſe celebrata in tantum, ut ſub iudice lis eſſet, cui generi primas dare oporteret. Ariſtidis paullo poſt inſequuta aetate (eum enim poſt Ciceronem, & ante Ptolemaeum floruiſſe certo certius eſt), ut ipſemet teſtatur *l. c.* Enarmonium iam multitudini ob magnam difficultatem αδυνατον evaſerat. Eadem habet coaevus Plutarchus in *De Muſica* loco ſupra citato, qui etiam cauſſas adfert, cur exoleſcere occoeperit: οἱ δε νυν το μεν καλλιστον των γενων, ὁπερ μαλιστα δια σεμνοτητα παρα τοις αρχαιοις εσπουδαζετο, παντελως παρῃτησαντο, ὡστε μηδε την τυχουσαν αντιληψιν των εναρμονιων διαστηματων τοις πολλοις ὑπαρχειν· ουτω δε αργως διακεινται και ῥαθυμως, ὡστε μηδε εμφασιν νομιζειν παρεχειν καθ' ὁλου των ὑπο την αισθησιν πιπτοντων την εναρμονιον διεσιν, εξοριζειν δ' αυτην εκ των μελωδηματων· πεφλυαρηκεναι τε τους δοξαντας τι περι τουτου, και τῳ γενει τουτῳ κεχρημενους. Αποδειξιν δε ισχυροτατην του αληθη λεγειν φερειν οιονται, μαλιστα μεν την αὑτων αναισθησιαν, ὡς πανυ ὁτι παν αν αυτους εκφυγῃ, τουτο και δη παντως ανυπαρκτον ον παντελως και αχρηστον. ειτα και το μη δυνασθαι ληφθηναι δια συμφωνιας το μεγεθος, καθαπερ το τε ἡμιτονιον, και τον τονον, και τα λοιπα των τοιουτον διαστηματων. Quae ſic fere vertenda eſſe Grece docti fortaſſe non abnuent: *noſtrae aetatis homines pulcherrimum Muſicae genus, quod maxime ob ſuam maieſtatem apud veteres in pretio erat, omnino neglexerunt, ita ut plerique, ne percipiant quidem auribus enarmonica intervalla: tanta autem ignavia, ac ſupinitate laborant, ut putent enarmonicam tonorum dieſim* (i.e. diſtantiam) *nequaquam ſub ſenſum cadere poſſe, & exterminent eam a cantilenis, & nugatos eſſe adſeverent eos, qui aliquam de hac re habuerunt opinionem, & eo genere Muſices uſi ſunt. Huiuſce adſertionis veritatem quaſi validiſſimo argumento tutari putant in primis ex ipſamet, quam proferunt, ſuorum ſenſuum hebetudine, quaſi quidquid ipſos fugit, id omnino non exſiſtat, & inutile ſit; deinde vero ex eo, quod magnitudo eius dieſis diſtincte percipi non poſſit propter multarum vocum conſonantiam, aeque ac ſemitonium, tonum, & reliqua huiuſmodi intervallorum.* Gaudentius vero non multo poſt teſtatur ſuo tempore, aliis duobus fere obſoletis, Diatonicum unum viguiſſe, quare ipſe de hoc uno tractationem inſtituit: τουτο γαρ, ait, μονον των τριων γενων επιπαν εστι το νυν μελῳδουμενον, των δε λοιπων δυοιν ἡ χρησις εκλελοιπεναι κινδυνευει: *hoc enim ſolum e tribus nunc ab omnibus canitur, reliquorum duorum uſus parum abeſt, quin obſoleverit, pag.6 apud Meibom.* Deinde etiam Ptolemaeus, qui ſub Adriano floruit *lib.I cap.16* fatetur Diatonica tantum ſuae aetatis homi-

nibus probari, eaque inveniri *συνηθη τοις ακοαις*, *auribus congrua*. Atque haec obſervata iamdiu fuerant Meibomio, Wallіſio, aliiſque. Illud autem nunc addimus, ſaeculo ſcilicet VI, cum floruit Aſclepiodotus Medicus & Phyſicus ſummus, actum iam fuiſſe de Enarmonio; adeo ut licet hic, qui ad Muſicam natus videbatur, nihil intentatum reliquiſſet, ſi forte valeret illud ad vitam revocare, numquam ei licuerit voti compotem fieri. Photio hanc notitiam debemus, qui in ſua *Bibliotheca pag.* 1054 ſic habet: ὁτι ευφυεστατος Ασκληπιοδοτος περι μουσικης γεγονως, το εναρμονιον γενος απολωλος ουκ οἱος τε εγενετο ανασωσασθαι· και τοι τα αλλα δυο γενη κατατεμων, και ανακερουσαμενος (corrige ανακερασαμενος) το τε χρωματικον ονομασμενον, και το διατονικον, τοδε εναρμονιον ουχ εὑρε, και τοι μαγαδας, ὡς ελεγεν, απαλλαξας, και μεταθεις ουκ ελαττους εικοσι και διακοσιων. Αιτιον δε της μη εὑρεσεως το ελαχιστον μετρον των εναρμονιων διαστηματων, ὁπερ διεσιν ονομαζουσι· τουτο δε απολωλος εκ της ἡμετερας αισθησεως, και το αλλο γενος (corrige αλλογενες) το εναρμονιον προσαπωλεσεν, quae ſic vertenda ducimus, in multis enim peccavit Andreas Scottus: *quia natus ad Muſicam Aſclepiodotus, deperditum genus Enarmonium non valuit ab interitu vindicare. Quamvis enim alia duo genera conſideret, & ſimul permiſceret, alterum Chromaticum adpellatum, alterum Diatonicum; Enarmonium minime invenit: etſi magades, ut aiebat, immutaverit, & tranſpoſuerit non minus, quam ducentis & viginti vicibus. Cauſa, cur non inveniret, fuit minima menſura enarmonicarum diſtantiarum* (h.e. maxime exiguum ſpatium quod eſt inter toni quadrantes) *quam dieſim vocant: haec autem menſura (adeo perexigua), quae e noſtro ſenſu excidit, Enarmonium genus extraneum iam nobis factum perire fecit*; quae apprime conſonant cum modo adlatis Plutarchi verbis. Poſt tam luculenta teſtimonia ecquis non rideat Manuelem Bryennium, qui cum nudius tertius in lucem venerit, ſaeculo ſcilicet XIV, de ſuae aetatis Muſica ita loquatur confidenter, ut eadem prorſus verba Ariſtidis, quae ſuperius adtulimus, de uſu trium generum mutuari non dubitet?

V.18. αλογον επακοησιν) Vide, quae de explicatione τȣ αλογȣ adnotavimus ad *Col. I v.* 36, tum quae ad *Col. III v.* 12 differemus.

V.19. κατα τας δοξας) Cum αισθησεις, *ſenſus* inter veritatis criteria cenſuiſſet Epicurus, & infallibiles pronunciaſſet, omnem erroris cauſam in τας δοξας, *opiniones*, *ſeu iudicia*, reiecit. Proinde Laërtius ſcripſit: την δε δοξαν, και ὑποληψιν λεγȣσιν, αληθη τε ειναι φασι, και ψευδην (ſupplet ex Empirico Gaſſendus) δια το προσθειναι, η αφελειν τι, και επιμαρτυρησιν, η αντιμαρτυρησιν παρα τȣ εναργȣς εχειν, η μη εχειν: *opinionem autem, quam alio nomine exiſtimationem vocant, & veram & falſam eſſe poſſe aiunt, quatenus ad id, quod adparet quidpiam addit, aut detrahit, ac ipſam evidentiam ſuffragantem, vel refragantem habet*. Sic etiam Plutarchus a Gaſſendo citatus: Επικȣρος πασαν αισθησιν, και πασαν φαντασιαν αληθη, των δε δοξων τας μεν αληθεις, τας δε ψευδεις: *Epicurus omnem ſenſionem, omnemque phantaſiam veram putat; opinionum autem alias quidem veras, alias falſas eſſe autumat*. Idemque pluribus Sextus Empiricus *lib. I Adv. Logicos* docet. Hinc nobis intelligere datur, *cur* κατα τας δοξας, vel ut ſuperius, παρα τινας προδιαθεσεις evenire ait Noſter, *ut differentes evadant auditiones, & idem Muſicae genus alteri gratum, alteri moleſtum videatur*.

V.20. οἱ τȣτω παραπλησιον) Interpetramur, *qui ſunt eiuſdem ſectae*, Stoici ſcilicet, quibus pro eorum ſeveritate Enarmonium genus unice cordi eſſe debuit δια σεμνοτητα, *ob ſuam gravitatem*, ut ait Plutarchus Enarmonii fautor in ſupra citato loco. Ceterum in hoc veteribus Pythagoreis Stoici conſentiebant, qui unum Enarmonium genus ceteris neglectis tractarunt. Id nos docet Ariſtoxenus *Harmonic. Element. lib. I*, cum ſcribit: τȣς μεν ȣν εμπροσθεν ἁρμονικȣς ειναι βȣλεσθαι μονον· αυτης γαρ ἁρμονιας ἡπτοντο μονον, των δ' αλλων γενων ȣδεμιαν πωποτε εννοιαν ειχον. σημειον δε· τα γαρ διαγραμματα αυτοις των ἁρμονιων εκκειται μονον συστηματων, διατονων δε, η χρωματικων ȣδεις ποποθ' ἑωρακε: *eos, qui ante nos fuere, Harmonicos* (i. e. Enarmonios) *tantum eſſe voluiſſe conſtat, Harmoniam enim ſolum adtigerunt, reliquorum vero generum conſiderationem neglexerunt. Cuius rei hoc eſt indicium, quod ipſos harmonicorum ſyſtematum diagrammatis tantum uſos, diatonorum, aut chromaticorum curam nullam ſuſcepiſſe comperiamus*. Οἱ autem εμπροσθεν alii profecto non ſunt, quam veteres Philoſophi, & in primis Pythagorei, cuius ſectae erat Ariſtoxenus; etſi in re Muſica multa innovaverit: ut proinde Ariſtoxeniorum ſchola a Pythagorea diſſonans ortum habuerit. Quod cum non animadvertiſſet Proclus *lib. III in Timaeum*, falſi, & abſurdi adcuſat Ariſtoxenum, quaſi omnes omnino veteres Diatonicum ignoraſſe ſcripſerit. Haec ſunt eius verba: εν οἱς και λεγει τι θαυμαστον ὁ Αριστοξενος, ὁτι το διατονικον διαγραμμα ȣκ ηδεσαν οἱ παλαιοι· γραφει γαρ ȣτως . . . πως ȣν ταυτα λεγει, και τοι και τȣ Πλατωνος κατα το διατονικον γενος εκ-

θεμενȣ

θεμενου το διαγραμμα, και των αμφι τον Τιμαιον, θαυμασαι αξιον: *quibus verbis aliquid admiratione dignum ait Ariſtoxenus, veteres ſcilicet diatonicum diagramma ignoraſſe; ſic enim ſcribit... Admirari igitur licet, quomodo haec dicat, cum & Plato ſecundum genus Diatonicum expoſuerit diagramma, & ipſe Timaeus.* Atqui Ariſtoxenus non ſcripſerat ουκ ηδεσαν, *ignorarunt*, ſed ουδεις εωρακε, *nemo illorum reſpexit*, ideſt *flocci fecere*. Neque eum latere poterat ante ſe fuiſſe, qui alia duo genera tractaſſent, ut proinde opus fuerit eum Platonis, & Timaei exemplo redarguere; quippe idem, Plutarcho teſte in *De Muſica* ſcripſerat: *Olympum vulgo Muſicis reputatum fuiſſe Enarmonii generis inventorem, cum ante ipſum omnia Diatona fuerint, & Chromatica*: Ολυμπος, ως Αριστοξενος φησιν, υπολαμβανεται υπο των μουσικον του εναρμονιου γενους ευρετης γεγενησθαι· τα γαρ προ εκεινου παντα διατονα, και χρωματικα ην. Et quidem Plutarchus ipſe, qui in eodem libro *pag.* 1137 fatetur *Chroma eſſe Harmonia antiquius*, multos tamen veterum, quos ibidem recenſet, δια προαιρεσιν απεσχομενους χρωματος, *conſulto abſtinuiſſe Chromate*, & inter alia haec habet: ει ουν τις Αισχυλον, η Φρυνιχον φαιη δι' αγνοιαν απεχεσθαι του χρωματος, αρα γε ουκ αν ατοπος ειη, *ſi quis ergo Eſchilum, aut Phrynicum diceret ob ignorantiam abſtinuiſſe Chromate, nonne abſurde diceret?* attamen *pag.* 1143 ſic confidenter loquitur: τριων δ' οντων γενων εις ἁ διαφερειται το ἡρμοσμενων . . . . . περι ἑνος μονου οἱ παλαιοι επραγματευσαντο, επειδηπερ ουτε περι χρωματος, ουτε περι διατονου οἱ προ ἡμων επεσκοπουν, αλλα περι μονου του εναρμονιου: *cum tria ſint genera, in quae harmonia omnis tribuitur... unum dumtaxat eorum veteres ſummo ſtudio tractarunt; quandoquidem qui nos aetate praeiverunt, neque Chromaticum, neque Diatonicum reſpexere, ſed ſolum Enarmonium.* Profecto ſi haec prorſus gemella Plutarchi verba prae oculis habuiſſent Proclus, & Meibomius, nec ille adeo θαυμαστον, quod ſcripſerat Ariſtoxenus, duxiſſet, neque hic a Procli incuſatione eum purgare ſatagens, *oratorio utcumque modo* iſta protuliſſe diceret. Ex his igitur pro certo habeas, quotquot inter veteres ſapientiae, & ſeveritatis laude floruerunt, ceteris generibus poſthabitis, Enarmonicum unum coluiſſe: inter quos ſane Stoicos; atque iſtos eſſe, οἱ τουτω παραπλησιον.

V.22. σεμνην) Plutarchus in *De Muſica* loco ſupra citato teſtis eſt apud veteres εναρμονιον maxime in pretio habitum fuiſſe δια σεμνοτητα, *propter eius maieſtatem*.

V.24. ανανδρον) Cum Chromaticum Muſicae genus ſeſe in animos inſinuare, & magna voluptate percellere apud omnes fere compertum eſſet, ut ex adlatis *in adnotatione ad v.* 15, 16 Ariſtidis & Briennii locis didicimus; hinc ſeveriores viri pro Enarmonio depugnantes illud animos διαχειν (ut Plutarchus ibidem citatus) h. e. *diffundere*, ſive *enervare* dictitabant. Mirum ergo non eſt, ſi etiam ανανδρον dixerint.

Ibid. φορτικην) Hoc ſane loco non ita adcipiendum eſt το φορτικον, ut *grave*, & *moleſtum* abſolute indicet, ſed potius *nimis elaboratum*, & *ornamentis onuſtum*, quodque Itali dicunt *ammanierato*, ad ſummam a primaeva ſimplicitate, & maieſtate degener, & propterea nimia elegantia & adfectatione moleſtum. Sic prorſus eo addito utitur Plutarchus in libro *De Muſica*, cum quoſdam ſugillat, quod τον καλον τροπον, *pulchrum modum*, quo uſi antea fuerant Terpander, Thaletas, Sacadas innovandi, & placendi ſtudio dereliquerint: Κρεξος δε, και Τιμοθεος, και Φιλοξενος, και οἱ κατ' αυτην την ἡλικιαν γεγονοτες ποιηται φορτικωτεροι, και φιλοκαινοι γεγονασι: *Crexus, & Timotheus, & Philoxenus, & alii eiuſdem aetatis poëtae adfectatiores, & novitatis ſtudioſi fuere.* Xilander vertit *importuniores*.

V.26. δεσποτικην) Sic legendum ne ambigas. Namque, quod Enarmonii fautores vocabant *grave*, & *maieſtate plenum*, alii, qui pro Chromatico ſtabant, *auſterum*, & *imperioſum* traducebant. Profecto ita gravis erat, & ſevera Muſica Enarmonia, ut effeminati, teſte Ariſtoxeno, bilem ea audita evomerent, adeo ab ea abhorrebant. Vide Plutarchum *Symp. VII. qu.* 8: ταυθ' οἱ μεν αυστηροι, και χαριεντες ηγαπησαν ὑπερφυως· οἱ δε ανανδροι, και διατεθρυμμενοι τα ωτα δι' αμουσιαν, και απειροκαλιαν, οὑς φησιν Αριστοξενος χολην εμειν, ὁταν εναρμονιου ακουσωσιν, εξεβαλλον: *haec auſteri quidem, & eruditi maximopere probaverunt; effeminati vero, & quorum aures inſcitia, atque bonarum imperitia rerum corruptae eſſent, quos Ariſtoxenus bilem aiebat evomere, ſi enarmonicum cantum audirent, expulerunt.* Quid mirum igitur, ſi adpellaverint δεσποτικην?

V.27. την δε ἡμερον) Ita legendum eſſe autographus ſuadet; primum enim illud N, quod noſtri exſcriptoris obtutui ſe obtulit, in H eſſe immutandum, ut paſſim alibi, nemo non videt; το ἡμερον enim, h. e. *lene* opponitur τω αυστηρω, *auſtero*, ſicuti το πιθανον, *perſuaſorium*, τω δεσποτικω, *herili*, & *imperioſo* adverſatur; qui enim perſuaſione utitur, ab imperio ſe abſtinet. Quod ſi illud N genuinum voles, dicendum ex ea dictione amanuenſis oſcitantia excidiſſe litteram τ ante ρ; quare legendum δ' ενμετρον pro εμμετρον, ut alibi: ſaepe enim librarius noſter ν pro μ ſcribit; ut hac ipſa columna videre eſt *v.* 14, ubi απολανβανουσιν,

pro


pro ἀπολαμβάνουσιν legitur; etſi *Col. I* recte ſcripſerat ἀντιλαμβάνονται, & παραλαμβάνεσθαι: quod eius ſive imperitiae, ſive oſcitantiae tribuendum. Hinc vero etiam idonea ſignificatio extunderetur, h. e. Muſica *moderata*, vel *pulchra dimenſione* elaborata: quod ſcilicet ſibi Chromatici iure, vel iniuria vindicabant.

V. 36. ταδ᾽ αν δεδοκται) Reſtituta ſic lectione, id ſibi Auctor noſter volet: de variis quoque rythmis, & melopoeiis, non ſecus ac de variis Muſicae generibus varias opiniones inter Muſicos invaluiſſe; atque hinc fieri, ut aliis alia probarentur, alia ſecus.

V. 38. μελοποιϊων) Etſi autographus habeat μελοποιων, legendum ita duximus; τοις ῥυθμοις enim, ſive τῃ ῥυθμοποιϊᾳ, quae Muſicae *uſualis* pars erat, bene ἡ μελοποιϊα reſpondet. Ut docet Ariſtides *lib. I* του μεν χρηστικου μερη μελοποιϊα, ῥυθμοποιϊα, ποιησις: *uſualis partes melopeia*, *rhythmopoeïa*, *poëſis*. Μελοποιος contra, h. e. *Lyricus Poëta* cum ῥυθμῳ iugari non poſſe adparet.

V. 40. πολυειδεστατη) Eodem plane ſenſu, quo Proclus in ſua *Chreſtomathia* apud Photium *in Bibl. pag.* 983 teſtatur Melicam Poëſim vulgo dictam fuiſſe πολυμερεστατην: cuius locum infra dabimus *in Schol.* ad *Col. V v. 15.* Ex eo enim, quod Muſica innumeras ad Protei inſtar formas indueret, eius fautores inferebant poſſe illam varios hominum adfectus imitari ſive ad virtutes, ſive ad vitia inclinantes. Id autem ſibi non videri, ait Philodemus, neceſſario conſequi; quippe qui varietatem eo potius referendam ducit, quod oblectandis auribus ſit ſuapte natura deſtinata, non quod imitandi vi polleat, ut in Columna ſequenti apertius docet.

co-



P. A. Piaggio d.e Sc. Pie del. G. Aloja inc

COLUMNA III.

ψυχομενας ; ἁτε απαγα-
νακτουσας , ἀθ' ἑστωσας . Και
δια τουτο ξητων μουσικος
την τοιαυτην συνεσιν , ἡ
δυνησεται διαγινωσκειν
αἱ ποιαι των αισθησεων
πως διατεθησονται , των αν-
υπαρκτων επιστημην ζη-
τει , και τα προς τουτο κενως
παραδιδωσιν . Επειδηπερ
ουδεν μελος , καθ' ὁ μελος ,
αλογον ὑπαρχον , ψυχην
ουτ' εξ ακινητου , και ἡσυχα-
ζουσης εγειρει , και αγει προς
την κατα Φυσιν εν ηθει δια-
θεσιν , ουτ' εξ απτοησης , και Φε-
ρομενης προσετι δη ποτε
πραυνει , και εις ηρεμιαν κα-
θιστησιν , ουδ' απ' αλλης ὁρ-
μης επ' αλλην αποστρεΦειν
οἱον εστιν , ουδε την ὑπαρ-
χουσαν διαθεσιν εις αυξη-
σιν Φερειν , και ελαττωσιν · ου-
δε γαρ μιμητικον ἡ μου-
σικη (καθαπερ τινες ονει-
ρωττουσιν , ουδ' ὡς ουτος , ὁ
ποιοτητας ηθων ου μιμη-
τικας λεγει , παντως δε πα-
σας των ηθων ποιοτητας ε-
πικρινει τοιαυτας , εν αἱς ε-
στι μεγαλοπρεπες , και ταπει-
νον , και ανδρωδες και α-
νανδρον , και κοσμιον και
θρασυ) μαλλον ηπερ ἡ μα-
γειρικη · διοπερ ουδε καθ'
αὑτα ειναι διαΦορως , ουδε
κατα την αλληλοις μιξιν ,
ουδε τας εναντιας αλλη-
λας διαθεσεις , ὁσον επι τοις
προς ακοην επαισθημα-
σιν · ταδε γαρ μονων εστιν
δημιουργων . Α δε λεγει προς
το μην παριςασθαι κινησιν ,
και τȣ λογȣ συνολον ειναι ,
τροπων ὁμοιων ετι απο-
κειμενων , κινητικωτερα

αλ-

frigeſcentes, ſive indignantes, ſive quieſcentes. Et propterea cum quaerit Muſicus talem ſcientiam, qua dignoſcere queat, quomodo certae quaedam ſenſuum adfectiones ſtatim diſponantur, rerum non exſiſtentium ſcientiam quaerit, & inania ad id praecepta tradit. Siquidem nulla modulatio, quatenus nuda modulatio eſt nulla ratione praedita, animum neque ex immobili & inerti ſtatu excitat, & inducit ad capeſſendam in moribus diſpoſitionem quae naturae ſit magis conſona, neque calentem adhuc, & agitatum animum unquam compeſcit, & tranquillum reddit, neque ex alia in aliam propenſionem deflectere potis eſt, neque praeſentem eius adfectionem vel augere, vel minuere: nec enim imitans quid eſt Muſica (ut quidam ſomniantur, neque ut hic noſter, qui morum *muſicorum* qualitates non quidem imitatrices dicit, ſed omnes omnino ita comparatas eſſe decernit, ut in iis ſimul inſit magnanimitas & abiectio, virilitas & ignavia, modeſtia & audacia) non, inquam, eſt imitans magis, quam ars coquinaria: quapropter neque per ſe eſſe cantilenas *Enarmonii*, *vel Chromatici generis* differentes, neque per mutuam mixtionem, nec oppoſitas eſſe inter ſe invicem earum diſpoſitiones, quantum ad aurium perceptiones adtinet; has enim differentias tantummodo artifices norunt. Quae autem dicit de eo, quod *cantus modulationes* commotionem excitent, & generatim ſermone ipſo ſint magis commoventes, ſimilibus adhuc manentibus moribus,

ali-

V. I. ψυχομενας, ἅτε απαγανακ1ȣσας) Quomodo haec conneɛti cum antecedentibus poſſint, vide Commentarium, ubi, quae ſupplenda viderentur, adſcripſimus. Huiuſmodi enim participia ad ψυχας referri debere veroſimillimum eſt.

V. 10. παραδιδωσιν) Verbum παραδιδωμι hoc ſenſu adcipi poſſe, quo a nobis eſt explicatum, prae reliquis manifeſtum facit Ariſtides Quintil. *lib. I pag.* 5 apud Meibomium, ubi ποιεισθαι παραδοσιν uſurpat pro *tractare*, ſive *praecepta tradere*.

V. 12. αλογον) Videtur quidem heic etiam αλογον interpretandum, ut in antecedenti *Col. v.* 18. αλογος επακοησις. Etenim ſi auditio eſt *inrationalis*, utique melos etiam, in quantum eſt auditio, *inrationale* erit: quodque inrationale eſt, animum rationalem percellere non poſſe, ait Noſter. Nihilominus ſi quis interpretari amet *verbis expers*, non abnuimus. Quid enim proprie ſit αλογον μελος a Platone diſcimus, qui in *III De Rep.* habet: το μελος εκ τριων εϛι συγκειμενον, λογȣ τε, και ἁρμονιας, και ρυθμȣ, h. e. *melos tribus conſtat, ſermone, harmonia, & rhythmo.* Si igitur λογον auferas, vel ſeorſim ab eo melos conſideres, αλογον fiet. Id quod ab Ariſtotele *Probl. ſect. XIX, quaeſt.* 10 dicitur: Φωνη, ἡ ανευ λογȣ αδοντος, οἱον τερετιζοντων: *vox eius, qui canendo verba non pronunciat, qualis eſt eorum, qui cicadarum more ſtrepunt* (vide, quae de voce τερετιζειν adnotabimus ad *Col. IV, v.* 28); a Plutarcho autem ψιλον μελος, ideſt *nudus concentus* adpellatur. Libro enim *Conviv. VII, quaeſt.* 8. Philippum ſic differentem inducit, ſibi videri ȣτ' αν αυλȣ ποτε καθ' αὑτον, ȣτε λυρας μελος χωρις λογȣ, και ωδης επιτερψαι το συμποσιον, *neque tibiae, neque lyrae cantum per ſe ſine ſermone, & carmine delectatum ire convivium*: mox poſt pauca interiecta concludit: αν δ' ἑπηται (ψαλτεριȣ Φωνη και αυλȣ) μετα λογȣ, και ωδης εϛιωσα και τερπȣσα τον εν ἡμιν λογον, εισαγωμεν, οιομενοι και Μαρσυαν εκεινον ὑπο τȣ θεȣ κολασθηναι, ὁτι φορβεια, και αυλοις επιϛομισας ἑαυτον ετολμησε ψιλω μελει διαγωνιζεσθαι προς ωδην και κιθαραν: *quando autem (pſalterii, vel tybiae vox) ſimul cum ſermone, atque carmine coniuncta nos compellat, ut convivio interſit, & oblectet ſermocinandi vim, quae in nobis eſt, libenter excipiamus; reputare enim debemus Marſyam illum a Deo punitum eſſe, eo quod capiſtro, & tibiis ſibimet os praecludens auſus eſt nudo cantu* (h. e. αλογω, *ſine ſermone*) *decertare adverſus carmen citharae coniunctum.* Ita contra apud Ariſtidem *lib. II pag.* 67 dicitur poëſis ψιλη, eadem, quam dixerat *pag.* 63, χρησθαι δια ψιλων λεξεων, *uti nudis verbis* ſine Muſica. Atque hinc apud Athenaeum *lib. XIV* invenies dictum ψιλοκιθαριϛην, *qui citharam ſine cantu pulſat.* Quare etiam infra *Col. XXIX verſu penult.* legendum ducimus μελη ψιλα eodem plane ſenſu. Hanc autem τω αλογω explicationem minus Epicuream idcirco heic adſignari poſſe cenſemus, quia in ſequentibus Noſter Poëſi facultatem commovendi animum non denegat, & *Col. XV* Muſicam, ait, conſolari non poſſe eos, qui infortunia in amore paſſi eſſent, *eo quod iſtiuſmodi munus ſit ſolius orationis*, λογȣ γαρ μονȣ το τοιȣτον. Ubi etiamſi τον λογον explicare velis *rationem*; utique ratio ad aliquem conſolandum nonniſi verbo aperitur. Et *Col. IX* monſtroſam iudicat adverſarii ſui opinionem, qui Muſicam ſcripſerat κινητικην ειναι μαλλον της λογιϛικης διανοιας, *commoventem magis eſſe, quam rationabilem ſententiam.* Τω λογω igitur animum commoveri poſſe non inficiatur.

V. 14. εγειρει και αγει) Reſpicit heic Muſicam, quam dicebant διαϛαλτικην, cui animos excitandi vim tribuebant; ſicuti in ſequentibus μεσην, *mediam*, quae quietem induceret, & συϛαλτικην, quae violenter commoveret, ſpectat. Varias autem variis excitandis effectibus Muſicas rationes τα ηθη, *mores*, antiqui dicebant. De quibus audire praeſtat Ariſtidem *lib. I*: Διαφερȣσι δι' αλληλων αἱ μελοποιιαι ηθει· ὡς φαμεν την μεν συϛαλτικην, δι' ἡς παθη λυπηρα κινȣμεν· την δε διαϛαλτικην, δι' ἡς τον θυμον εξεγειρομεν· την δε μεσην, δι' ἡς εις ηρεμιαν την ψυχην περιαγομεν. Ηθη δε ταυτα εκαλειτο, επειδη περι τα της ψυχης καταϛηματα δια τȣτων πρωτον εθεωρειτο τε, και διορθȣτο: *differunt autem inter ſe melopoeiae More, ut cum dicimus aliam eſſe Syſtalticen, per quam triſtes animi adfectus movemus; aliam Diaſtalticen, per quam animum excitamus; aliam Mediam, per quam ad quietem animum perducimus. Hi autem Mores vocantur, quoniam animi conſtitutiones per hos primum conſiderabantur, & corrigebantur.* Negat ergo Noſter nudam Muſicam verbis ſeiunctam, cum brutum quoddam ſit, ea pollere facultate, quam ipſi vulgo tribuebant veteres, ſcilicet ut vi ſua animos percellere, & proinde vel ab inertia excitare, vel eorum impetus compeſcere, & varias in eis adfectiones creare valeret. Contra Plato *De Rep. lib. III*: κυριωτατη εν μȣσικη τροφη, ὁτι μαλιϛα καταδυεται εις το εντος της ψυχης ὁ τε ρυθμος, και ἁρμονια, και ερρωμενεϛατα απτεται αυτης φεροντα την ευσχημοσυνην, και ποιει ευσχη-

ευσχημονα; εαν τις ορθως τραπη· ει δε μη, τουναντιον, quae ſic latine vertenda remur: *maximi momenti eſt in Muſica educari: intimos enim animi receſſus permeant rhythmus & harmonia; & validiſſime eum adficiunt, quippe decorem inducunt; honeſtumque reddunt, quicumque recte in ea fuerit inſtitutus; ſin minus, contra*. E quibus verbis manifeſtum eſt totam hanc vim *nudae* Muſicae, ideſt αλογω tribuere Platonem, quandoquidem ait id evenire, cum ρυθμος, και αρμονια απτεται αυτης, *rhythmus, & harmonia animum tangunt*: igitur etiam demto λογω, qui ſimul cum ρυθμω και αρμονια melos conſtituit (uti loco in praecedenti adnotatione citato); ea tamen reliqua efficaciſſime in animum influunt, quibus praecipue Plato vim μιμητικην tribuit, quam Philodemus negat (*vide adnot. ſeq.*), & vix, aut ne vix quidem orationi concedit. Ait enim eodem libro: σμικρον δε τι μερος εν πολλω λογω της μιμησεως, η ουδεν λεγω; *exigua vero pars imitationis in multa oratione erit, an potius nullam eſſe dicam?*

V. 24. μιμητικον . . . ονειρωττουσιν) Inter ſomniantes recenſere Ariſtotelem, & Platonem non veretur; ſiquidem alter id aperte ſubponit, cum *Problem. ſect. XIX, quaeſt.* 29 quaerit: δια τι οἱ ρυθμοι, και τα μελη φωνη ουσα ηθεσιν εοικεν· οἱ δε χυμοι ου, αλλ' ουδε τα χρωματα, και αἱ οσμαι; *cur rhythmi, & melodiae, quae voces ſunt, moribus ſimiles ſeſe exhibent, ſapores vero, aut colores, aut odores non ita?* Alter vero diſerte vim μιμητικην Muſicae tribuit, atque in ſpecie τη αρμονια, *concentui*, vim imitandi varias hominum actiones concedit. Sic *cap. 9 lib. III De Republ.* cum loquitur de ea harmoniae ſpecie, quam πολεμικην, vel ενοπλιον adpellabant, ἡ εν τε πολεμικη πραξει οντος ανδρειου, και παση βιαιω εργασια πρεποντως αν μιμησαιτο φθογγους τε και προσωδιας, και αποτυχοντος, η εις τραυματα, και θανατους ιοντος, h. e. *quae eius, qui in bellico conflictu, & in omni violenta actione viriliter ſe gerit, voces atque verborum conformationem pro dignitate imitetur, nec non cui res male cedit, aut in vulnera, mortemque ipſam cadit*. Mox vero ait ρυθμους eſſe βιου μιμηματα, *vitae imitationes*; quare videndum inculcat, τινες ρυθμοι ανελευθεριας, και ὑβρεως, η μανιας, και αλλης κακιας πρεπουσαι βασεις, και τινας τοις εναντιοις ληπτεον ρυθμοις, *quinam pedum motus clauſularumque rationes ſint propriae atque accommodatae inliberalitati, contumeliae, furori, & aliis vitioſis adfectibus, quive moduli contrariis congruant*. De huiuſce imitandi vi, qua Muſica pollere putabatur, copioſe etiam diſſerit Ariſtides *lib. II De Muſica* apud Meibomium *pag.* 63. *& ſeq.*, ubi reſpondet illis, qui ambigebant, an omnis modulatio movere animos poſſet. Cum enim ſtatuiſſet πρωτην ἡμιν μαθησιν δι' ὁμοιοτητων γινεσθαι εν ταις αισθησεσιν, h. e. *primam doctrinam per ſimilitudinem nobis gigni in ſenſibus*, cumque id probaſſet exemplo picturae, & figlinae, tum ſubdit: μουσικη δε πως ουκ ανειλεν, ου δια μιας αισθησεως, δια πλειονων δε ποιουμενη την μιμησιν; *Muſica vero quomodo non percellet, quae non per unum ſenſum, ſed per plures inſtituit imitationem?* Muſicam autem heic intelligit non unam melodiam, ſed cujus partes ſunt *oratio*, & *actio*, & proinde *ſaltatio*, & *hiſtrionica*. Quare concludit: Μουσικη δε εναργεστατα πειθει· τοιουτοις γαρ ποιειται την μιμησιν, οἱς και τας πραξεις αυτας επ' αληθειας αποτελεισθαι συμβαινει: *Muſica efficaciſſime perſuadet; talibus enim rebus imitationem inſtituit, quibus & actiones ipſas revera perfici contingit*. Inde tamen ne colligas Ariſtidem a Platone diſſentire, eo quod vim μιμητικην, quam Plato nudae harmoniae, & rhythmo tribuit, hic Muſicae latius ſumtae, cuius partes ſint non modo oratio, ſed etiam ſaltatio, adſignet. Quam enim vim Muſicae ita ſumptae concedit, propterea quod plures ſimul ſenſus adficiat, non denegat ſoli harmoniae, quin imo ipſius proprie eſſe per diverſa ſyſtemata animam adficere, varioſque adfectus in ea excitare, ediſſerit *pag.* 95, quare ait: η καθ' ὁμοιοτητα εκαστη ψυχη προσφερων αρμονιαν, η κατα εναντιοτητα το τε φαυλον, και ὑποικυφον ηθος εκκαλυψεις, και ιαση, και βελτιον ενθησεις, και πειθω ποιησεις· ει μεν αγενες, και σκληρον ὑπειη, δια μεσοτητος αγων εις τουναντιον· ει δ' αστειον, και χρηστον, δι' ὁμοιοτητος αυξον ες συμμετρον, &c., quae ita Meibomius: *aut per ſimilitudinem cuique animae harmoniam adplicans, aut per contrarietatem pravum & ignavum morem deteges, & ſanabis, ac meliorem immittes, & perſuaſione duces; ſi quidem ignobilis, & durus adſit, interveniente medio ducens in contrarium; ſin urbanus ac ſuavis, per ſimilitudinem aucturus in conſtitutionem moderatam*. Quae omnia quam ſimilia ſint iis, quae fieri poſſe per Muſicam Philodemus negat, quiſque videt. Denique poſt multa Ariſtides concludit: ὁτι γαρ δι' ὁμοιοτητος οἱ φθογγοι, και συνεχους μελωδιας πλαττουσι τε ουκ ον ηθος εν τε παισι, και τοις ηδη προβεβηκοσι, και ενδομυχουν εξαγουσιν, εδηλουν και οἱ περι Δαμωνα: *ſonos enim per ſimilitudinem, & adſiduam melodiam non exiſtentes mores fingere cum in pueris, tum in provectioribus, atque penitus latentes educere, Damon quoque manifeſtum reddidit*. Damonem autem intelligit Muſicum, qui non modo ſcriptis, ſed facto id docuit; de eo enim narrant praecepiſſe tibicinae, quae adoleſcentibus quibuſdam temulentis, & perverſe agentibus Phrygium canebat, ut

ut modum mutaret, Doriumque caneret: atque ita illos a temerario impetu deſtitiſſe. Videſis Galeni locum, quem in ſcholiis ad *Col. XIX* adferemus, ubi de rhythmi, & harmoniae virtute ex Platonis ſententia loquitur, Damonis factum recitat, eiuſque rei Phyſicas rationes adſtruere ſatagit.

V. 27. *ποιοτητας ηθων*) Quaenam veteribus dicerentur in Muſica *ηθη*, *mores*, docuimus ad *v.* 14 ex Ariſtide. Praeſtat autem ex Euclidis *in Harmonica Introductione* locum, heic adſcribere (quem locum, Bryennius more ſuo totidem verbis in nonam *lib. I* ſectionem, & iterum in decimam *lib. III* transfudit) ut res clarius intelligatur: Κατα μελοποιΐαν δε γινεται (μεταβολη), ὁταν εκ διαστηματικου ηθους εις συσταλτικον, ἡ εις ἡσιχαστικον· η εξ ἡσιχαστικου εις τι των λοιπων ἡ μεταβολη γινεται. Εστι δε διαστηματικον μεν ηθος μελοποιΐας, δι' οὑ σημαινεται μεγαλοπρεπεια, και διαρμα ψυχης ανδρωδες, και πραξεις ἡρωϊκαι, και παθη τουτοις οικεια. χρηται δε τουτοις μαλιστα μεν ἡ τραγῳδια, και των λοιπων ὁσα τουτο εχεται του χαρακτηρος. Συσταλτικον δε, δι' ου συναγεται ἡ ψυχη εις ταπεινοτητα, και ανανδρον διαθεσιν. ἁρμοσει δε το τοιουτον καταστημα τοις ερωτικοις παθεσι, και θρηνοις, και οικτοις, και τοις παραπλησιοις. Ησιχαστικον δε ηθος εστι μελοποιΐας, ᾡ παρεπεται ημεροτης ψυχης, και καταστημα ελευθεριον τε και ειρηνικον· ἁρμοσουσι δε αυτῳ ὑμνοι, παιανες, εγκωμια, συμβουλαι, και τα τουτοις ὁμοια: *Per melopoeiam autem fit* mutatio, *cum ex diſtendente More in contrahentem aut quietum; aut ex quieto in reliquorum aliquem fit tranſitus. Eſt vero diſtendens Mos melopoeiae, quo ſignatur magnificentia, ac virile animi robur, tum actiones heroicae, atque his ſimiles adfectus: hiſce itaque maxime utitur tragoedia, & poëmata, quae ex reliquis huic characteri ſunt propiora. Contrahens Mos eſt, quo animus contrahitur ad humilitatem, & effoeminatam diſpoſitionem: atque huiuſmodi ſtatus convenit amatoriis adfectibus, tum lamentis, & threnis, atque id genus aliis. Quietus denique melopoeiae Mos eſt, quem conſequitur animi tranquillitas, ſtatuſque liberalis, ac pacificus: huic conveniunt hymni, paeanes, laudes, conſulta, atque his ſimilia.* Vides profecto ab Euclide τοις ηθεσι eadem tribui, quae heic a Philodemo enumerantur; ſiquidem το μεγαλοπρεπες, ταπεινον, ανδρωδες, ανανδρον effectus eſſe των μουσικων ηθων ipſe cum reliquis veteribus cenſebat. Nil mirum igitur, ſi haec ipſa Diogenes, referente Philodemo, *moribus* ſingulis ineſſe putabat. Quare huiuſmodi *moribus* Muſicis non quidem animi adfectiones imitandi vim tribuebat, ſed potius tales in illis qualitates artis ope indi poſſe autumabat, quae animos commoverent, & quibus neceſſario ſe conformarent, ſecundum illam doctrinam, quae probata fuit etiam Ariſtidi Quintiliano, qui *lib. II pag.* 79 ſic ſcribit: παντων γαρ ἡ ψυχη τυπους εν ἑαυτῃ και εικονας εχουσα τοις ὑπο των λογων κινουμενοις εννοημασιν ἑκαστον τε συσχηματιζεται: *nam anima omnium formas in ſe habens, atque imagines iis, quae a ſermonibus moventur, notionibus mores ſingulos conformat.*


V. 34. *μαλλον ηπερ ἡ μαγειρικη*) Haec verba ſuperius referenda ſunt, h. e.: ουδε γαρ μιμητικον ἡ μουσικη μαλλον, ηπερ ἡ μαγειρικη: *non enim eſt quid imitativum Muſica magis, quam coquinaria*. Quae Philodemi comparatio ſic procedit: quemadmodum Muſica excitandis aurium adfectionibus, ideſt ſonis, eſt comparata, ita coquinaria excitandis in palato ſaporibus; proinde ſi coquinariam imitandi vi praeditam non dicimus, quomodo Muſicam imitativum quid eſſe adſeremus? Intermedia igitur verba parentheſi ſunt includenda.

V. 36. *αυτα*) Recte in αυτογραφῳ pro αυτοις emendatum cernimus αυτα, adpicto ſcilicet A ſuper οις; reſpicit enim hoc pronomen τα μελη: ſiquidem de μελεσι ſermonem habet, & ſuperius inceperat, επειδηπερ ουδεν μελος, καθ' ὁ μελος. Huiuſmodi autem σφαλμα, uti & aliud inſequens εναντιοις αλληλοις pro εναντιας αλληλας aeque emendatum, ex eorum numero ſunt, quae minime amanuenſis exſcribentis παροραματα videntur, ſed potius a dictante proceſſiſſe, ſive velis eum non bene verba exſculpiſſe, ſive mavis auctorem ipſum inter dictandum, ſua verba revocaſſe.

V. 37. *κατα την αλληλοις μιξιν*) Ut recte intelligas, quid heic ſit των μελων μιξις, conſule Bryennium, qui tota ſectione ſexta *lib. III* pertractat: Περι της προς αλληλα μιξεως: *De mutua melodiae generum mixtione*. Μιξιν autem *ſect.* 10 ſic generatim definit: Μιξις, δι' ἡς ητοι τους φθογγους αλληλοις, η τους τοπους της φωνης ἁρμοζομεν, η γενη μελῳδιας, η τροπων συστηματα: *mixtio eſt, ſecundum quam, vel Phthongos inter ſe, vel vocis locos aptamus, vel melodiae genera, vel modorum ſyſtemata*. Quam definitionem cum reliquis, quae ibidem leguntur, ex Ariſtidis *lib. I*, decerpſit.

V. 43. *μην παριστασθαι κινησιν*) Hic verbis procul dubio reſpicit facultatem του κινειν *commovendi*, quam Muſicae vulgo tribuebant. Cum enim eam pertractaſſet hoc in capite quaeſtionem, *an ad animos informandos foret idonea*, cumque id denegaſſet, propterea quia imitandi

di vim nullam haberet, *ut quidam ſomniabantur;* ordinis ratio poſtulare videbatur, ut illi etiam movendi vim abiudicaret, ne quis exciperet, ſaltem commovendis animis, ad virtutem eos inclinare poſſe. Hanc alteram igitur quaeſtionem alio loco tractandam differt: quod ſcilicet toto *Capite V*, h. e. a *Col. VII ad X* praeſtat. Vt autem quatuor inſequentium linearum ſententiam indicio vocis κινησιν, quae ſatis aperte legitur, divinare non admodum difficile fuit; ita nimio plus in ſingulis vocibus reſtituendis nos torſimus. Difficultatis autem ratio ea eſt, quia in laciniofis hiſce columnarum oris admodum male habitis verum lacunarum hiatum, ſive detritorum elementorum numerum metiri non licet; quippe quia tenuiſſimae huiuſmodi papyri laciniae, dum tabellis adglutinarentur, nunc conrugatae, nunc diſtentae priſtinum ſcripturae modum ſervare minime potuerunt. Quare mirari deſines, ſi in tribus poſtremis lineis aliquanto liberior noſtra ſupplendi ratio videatur. Vt ut autem res ſit, profecto inveriſimile non eſt haec praecipue referri ad ea, quae habentur *Col. VII*, & *Col. IX*, & *ſeq.*, ubi ad trutinam revocat, an melos ſit κινητικον, και παραστατικον, & mox inter monſtra enumerat illam ſui adverſarii opinionem: κινητικον μελος ειναι μαλλον της λογιστικης διανοιας: *commovens magis eſſe melos, quam rationabilem ſententiam*, & exempla ab eo adlata exſibilat. Illa autem, quae ſupplevimus: τροπων ὁμοιων ετι διακειμενων, reſpicere potiſſimum remur operariorum exempla, quos laborantes Muſica iuvari adhuc conſueviſſe ſcripſerat Diogenes, ut Noſter habet initio *Col. VIII.*



COL. IV

P. A. Piaggio d.e Sc. Pie del. — Bart. Oratij inc.

COLUMNA IV.

αλλω τοπω κατοψομεθα.
Περι τοινυν της δια των μου-
σικων του θειου τιμης ειρη-
ται μεν αυταρκως και προ-
τερον, και παλιν τινα ρηθη-
σεται, τα δε τοσαυτα λεγεστω
και νυν· ὁτι το δαιμονιον μεν
ου προσδειται τινος τιμης, ἡ-
μιν δε Φυσικον εστιν αυτο
τιμαν, μαλιστα μεν ὁσιαις
θεοληψεσιν, επειτα δε και
τοις κατα το πατριον παραδε-
δομενοις εκαστω των
κατα μερος, μου-
σικη δ' ουκ επιτετακται. Δι-
οπερ ουδε συναγεται το τοις
κατα μερος αυτην χρησι-
μευειν, αλλ' ειπερ αρας των
δημοσιων· και τουτω δ' ου-
τε παν ειδος αυτης, ουτε ὁ-
σον ποτε παραλαμβανε-
ται διαπεποιημενον μα-
λα ὑπο παλαιων (και ου-
χ ὑπο παντων, αλλ' ὑπο τι-
νων ἑλληνων, και κατα ε-
νιους καιρους) και μην νυν
δια μισθωτων ανθρωπων,
και πολλα τερετιζειν εμπει-
ριας κατα τον λογον προς τι-
μην του θειου συνεργειν· και
μαλλον γε και πολλω πλει-
ονος ωνιας γινομενης, και
διαμονιμως της μουσι-
κης ηδη προς γε τα ἱερα
παρητημενης, ὁσον μη κα-
τα τους αγωνας. Αλλα δη και
παλαι των πολυμνηστων
ἡ πλειστη δοσις ουχι των με-
λων, και των κρουσεων ην.
ως και τȣ θεωρειν, και του θε-
ατου, και του θεατρου, και
. . . .
. . . .
. . . .

alibi infra videbimus. ¶ Iam vero de honore, quo per Muſicos Divinitas adficitur, ſatis quidem & ſuperius dictum eſt, & infra rurſus aliqua dicentur; haec tamen tanti momenti etiam nunc libet dicere. Divinitatem ſcilicet noſtris honoribus nullatenus indigere, nobis vero natura inditum eſſe eam colere, in primis quidem ſanctis animi impulſibus divinitus inſpiratis, deinde vero etiam ceremoniis patrio ritu unicuique ſingillatim traditis, Muſicam vero nequaquam fuiſſe imperatam. Quapropter non inde colligitur Muſicam, *licet eas ceremonias comitetur aliquando*, ſingulis eſſe utilem, ſed potius publicas preces. Et proinde patet nec quamlibet Muſicae ſpeciem, nec quidquid unquam traditione adcepimus valde uſitatum ab antiquis, (neque ab omnibus, ſed a quibuſdam Graecis, & certis temporibus) quodque nunc per mercenarios homines, perque peritiam multum laſcivienti voce perſtrependi *exercetur*, ad Divinitatem colendam rationabiliter conducere: & praeſertim cum multo plus ſit hodie venalitatis, & Muſica in ſacris conſtanter ſit repudiata, tantum non in agonibus. Imo etiam antiquitus celebriorum *agonum* plurima praebitio non in cantibus, & inſtrumentorum pulſationibus conſiſtebat. Ita ut & θεωρειν *ſpectandi*, & θεατȣ *ſpectatoris*, & θεατρȣ *theatri*, & . . . . .

CAP. II. An Muſica Divinitati colendae per ſe ſit idonea?

V. 1. αλλω τοπω) h. e. a *Columna VII*, uſque ad *X*, ubi eam quaeſtionem agitat, an Muſica vi κινητικη ſit praedita?

V. 2. περι τοινυν της του Θειου τιμης) Duo eſſe Muſices officia ait Plutarchus in *De Muſica pag.* 1146: το πρωτον αυτης και καλλιστον εργον, ἡ εις τους Θεους ευχαριστος εστιν αμοιβη· ἑπομενον δε τουτω και δευτερον, το της ψυχης καθαρσιον, και εμμελες, και εναρμονιον συστημα: *primum ipſius & pulcherrimum officium eſt, grata adverſum Deos remuneratio; conſequens vero alterum, puta, & concinna, ſibique conveniens conſtitutio.* Et paullo ſuperius *pag.* 1140: επι των αρχαιοτερων . . . . ὁλην αυτης επιστημην προς τε θεων τιμην, και την των νεων παιδευσιν παραλαμβανεσθαι: *apud antiquiores Graecos . . . . totam ſcientiam illam Deorum venerationi, adoleſcentumque inſtitutioni impenſam fuiſſe.* Ambo autem haec munera την παιδευσιν, *hominum inſtitutionem* generatim reſpiciebant; itaque cum Muſicae το παιδευειν tribuerent, utrumque intelligebant. Quare idem Plutarchus in *Conv. Sapient. pag.* 156: αἱ δε Μουσαι (μεμψαιντ' αν ἡμας) και παντaπασιν, ει νομιζομεν αυτων ἑργον ειναι κιθαραν και αυλους, ἀλλα μη το παιδευειν τα ηθη, και παρηγορειν τα παθη των χρωμενων μελεσι και ἁρμονιαις: *Muſae autem omnino nobis indignentur, ſi putemus ipſarum opus eſſe cytharam & fiſtulam, non morum inſtitutionem & adfectuum animi moderationem, quae conſequuntur, qui cantibus utuntur & concentibus.* Hymni enim, qui in Deorum honorem gravi quodam concentu canebantur ad mores hominum componendos maxime conducere cenſebant. Hinc Ariſtides *lib. II*, ubi de Muſica παιδευτικη verba facit inter alia haec habet: ταυτα ουν ὁρωντες εκ παιδων, ηναγκαζον δια βιου μουσικην ασκειν, και μελεσι, και ρυθμοις, και χορειαις εχρωντο δεδοκιμασμεναις εν τε ταις ιδιωτικαις ευφροσυναις, καν ταις δημοσιαις θειαις ἑορταις συνηθη μελη τινα νομοθετησαντες, ἁ και νομους προσηγορευον, μεχανην τε τινα ειναι βεβαιοτητος αυτων την ἱερουργιαν ποιησαμενοι· και μενειν δε ακινητα δια της προσηγοριας επευφημισαν: *haec autem a pueris videntes compulerunt eos tota vita ad Muſices exercitium: adhaec cantilenis, & rhythmis, & ſaltationibus utebantur probatis, cum tam in privatis laetitiis, quam publicis Deorum feſtis conſuetos quoſdam cantus lege conſtituiſſent, quos & Nomos adpellabant, firmitatem ipſis inde machinati, quod in ſacris adhiberentur, manſuroſque immobiles per adpellationem bene ominabantur.* Exinde patet, cur Noſter, cum de Muſica παιδευτικη verba feciſſet, de Divinitate etiam per Muſicam colenda ſibi differendum fuiſſe adſtruat; etſi pauca heic contentus ſit adnotare, propterea quod & alibi in hoc argumento fuerit verſatus, & mox de eodem ſit tractaturus: ſcilicet quia eius ανταγωνιστης Diogenes utrumque de more copulaverat. Propterea etiam, paucis de Muſica ſacra delibatis; ſic ad alia pertranſiens concludit *Col. ſeq. v.* 13: Επει δε αποχρωντως και περι του δια Μουσικης παιδευεσθαι λελεκται, περι των εγκωμιων κ. τ. λ., *quoniam vero ſufficienter de inſtitutione per Muſicam diſputatum eſt, de encomiis &c.*

V. 5. και παλιν τινα ρηθησεται) Quod heic pollicetur, *Col. XX, XXI, & XXII* exſequitur; ubi rurſus, ſectando ſuum adverſarium, de honore, quo Dii per Muſicam adfici credebantur: verba facit.

V. 7. το δαιμονιον ου προσδειται τινος τιμης) Veriſſima quidem ſententia, & divinis conſonans Scripturae Sanctae teſtimoniis. Sed Epicureus homo non aliunde, quam ab Epicuri fece hauſerat. Epicuri enim dogma fuit (uti habemus in eius epiſtola Menaeco inſcripta apud Laërtium): μηθεν μητε της αφθαρσιας αλλοτριον, μητε της μακαριοτητος ανοικειον αυτω (θεω) προσαπτε: *nihil Deo vel ab immortalitate alienum, vel a beatitate adſcribas.* Beatitatem autem Deorum in inertia, & rerum humanarum incuria Epicureos conſtituiſſe, ecquis ignorat?

V. 12. τοις κατα το πατριον παραδεδομενοις) Admittit quidem Noſter, quae vulgo credebantur Divinitatis colendae inſtrumenta, θεοληψεις ſcilicet, ſive ενθουσιασμους, *divinos adflatus*, & patrias ceremonias; ſed id contendit, Muſicam hiſce duobus non neceſſario eſſe ſociandam, ita ut dici poſſit per Muſicam Deos coli, etſi *per adcidens* ſaepe ea comitetur. Contra vero alii inde inferebant Muſicam ſuapte natura ad Deos honorandos eſſe comparatam, quia & qui Divino furore eſſent perciti, ſtatim ad canendum excitarentur, & veteres, Graeci praeſertim, lege ſanxiſſent certas cantilenas; & rhythmos, & choreas in ſacris uſurpanda, quae proinde νομους dicebant. Hinc Theophraſtus (quem adlegat Plutarchus *Sympoſ. I quaeſt. 5.*) aiebat tria eſſe Muſices principia *dolorem, voluptatem, enthuſiaſmum*: Λεγει δε Θεοφραστος μουσικης αρχας τρεις ειναι, λυπην, ἡδονην, ενθουσιασμον, ὡς ἑκαστου τουτων παρατρεποντος εκ του συνηθους, και εγκλινοντος την φωνην: *tria, ait Theophraſtus, eſſe Muſicae principia, dolorem, voluptatem, divinum inſtinctum, quorum unumquodvis vocem a conſueto modo averſam ad*

canen-

canendum inclinet. Et mox: μαλιϛα δε ο ενθουσιασμος εξιϛησι, και παρατρεπει το τε σωμα, και την φωνην του συνηθους και καθεϛηκοτος: *maxime autem divinus inſtinctus & corpus, & vocem de conſueto ſtatu modoque exturbat, atque pervertit*. Quibus adprime conſonant, quae habet Ariſtides *lib. II*: Και μην ουκ απο μιας ημιν αιτιας εωρων εις το μελωδειν τρεπομενους· αλλα τους μεν εν ευθυμιαις υφ᾽ ηδονης· τους δε εν αχθηδοσιν υπο λυπης· τους δε υπο θειας ορμης και επιπνοιας κατεχομενους υπο ενθουσιασμου: *& certe non ab una cauſa nos ad modulandum converti viderunt: ſed alios in rebus laetis a voluptate: alios in adverſis a moerore: alios a divino impetu atque adflatu mentis evocatione defixos*. Et infra varias ait eſſe aptitudines ad varias melodiae ſpecies: αι μεν γαρ παιδων δι᾽ ηδονην, αι δε γυναικων κατα πολυ δια λυπην, αι δε πρεσβυτων δι᾽ ενθουσιασμον· οιον δια τας εν εορταις επιπνοιας εις το αδειν εξαγονται: *aliae ſunt enim puerorum, qui ob voluptatem; aliae mulierum, quae ut plurimum ob moerorem; aliae ſenum, qui ob divinum furorem, uti ob adflatus in feſtis ad canendum excitantur*. Et quidem Socrates apud Platonem in Phoedro de μανια, *furore*, verba faciens & eum ſummopere commendat, & quatuor eius ſpecies enumerat, ſcilicet μαντικην, quae Apollinem, τελεϛικην, quae Bacchum, ποιητικην, quae Muſas, & ερωτικην, quae Venerem, & Amorem auctores habent; de tertia vero ſingillatim ſic loquitur: τριτη δε απο Μουσων κατοχη τε, και μανια λαβουσα απαλην και αβατον ψυχην εγειρουσα, και εκβακχευουσα κατα τε ωδας, και κατα την αλλην ποιησιν: *tertia vero inſania & mentis exceſſio, quae teneram inadceſſamque animam ſuſceperit, eſt a Muſis, illamque & excitat & adflat ad cantilenarum, & reliquae poëſeos impetum*. Admiſſo igitur divino huiuſmodi furore, qui ad cantum excitaret, nil mirum, ſi Muſicam Diis tantopere gratam ducerent, & feſtis celebrandis addicerent. Et ſane hinc Ariſtides *l.c.* infert: ταυτα ουν ορωντες ηναγκαζον δια βιου μουσικην ασκειν, και μελεσι, και ρυθμοις, και χορειαις εχρωντο δεδοκιμασμεναις, εν τε ταις ιδιωτικαις ευφροσυναις, καν ταις δημοσιαις θειαις εορταις συνηθη μελη τινα νομοθετησαντες, α και νομους προσηγορευον: *haec autem videntes compulerunt eos tota vita ad Muſicae exercitium: adhaec cantilenis, ac rhythmis, & ſaltationibus utebantur probatis, cum tam in privatis laetitiis, quam in publicis Deorum feſtis conſuetos quoſdam cantus lege conſtituiſſent, quos & Nomos adpellabant*.

V. 13. εκαϛω των κατα μερος) In αυτογραφω adſcriptum fuerat των μουσικων. Vocem autem μουσικων errore huc inrepſiſſe & ſenſus docet, & puncta, quibus eſt confixa, dubitare non ſinunt. Eccui autem huiuſmodi erratum adſcribemus? Librario utique non videtur. Vox enim μουσικων in tota hac columna nullibi comparet; itaque dici nequit oculorum παρωραματι factum eſſe, ut is dictionem ſuperius, vel inferius poſitam huc interiecerit. Probabilius igitur erit, ſi dicamus a dictante, & quidem auctore, errorem profectum, cuius in mente cum perpetuo μουσικα, & μουσικοι verſarentur, nihil facilius fuit, quum ut ſibi inter dictandum, animo aliquantiſper abalienato, poſt articulum των ſuccurreret μουσικων, eamque vocem effunderet, quam ſtatim in ſe receptus deleri iuſſerit.

V. 15. επιτελακται) Extantes elementorum reliquiae detritam vocem ſic reſtituendam indicant. Nec ſententia auctoris abludit. Vult enim Muſicam, quae patrias ceremonias comitari ſoleret, nullo divino praecepto inculcari. Et quidem Ariſtides ipſe tam eximius Muſicae laudator, eam nonniſi *ornamento eſſe divinis hymnis & ſacris* adfirmat: θειοι μεν υμνοι και τιμαι μουσικη κοσμουνται. Ideo non omnibus ſacrificiis Muſica neceſſario adiungebatur, uti iam iam docebimus ad *v.* 25. De Muſicae autem uſu in Sacris vide Caſp. Bartholinum in *De Tibiis Veterum cap.* 7.

V. 23. και ουχ υπο) Vide amanuenſis noſtri imperitiam, ſive oſcitantiam, qui unam ſyllabam ουχ bifariam diviſit, literam χ in inferiorem lineam trahens, quaſi ad ſequens υπο pertineret.

V. 25. κατα ενιους καιρους) Non omnibus profecto ſacris Muſicam comitem fuiſſe conſtat. Ita docet Strabo *lib. X*: Κοινον δε τουτο και των Ελληνων, και των Βαρβαρων εϛι, το τας ιεροποιΐας μετ᾽ ανεσεως εορταϛικης ποιεισθαι, τας μεν συν ενθουσιασμω, τας δε χωρις· και τας μεν κατα μουσικης, τας δε μη: *commune hoc Graecis cum Barbaris eſt, ut ſacrificia feriando celebrent, alia cum furore, alia ſine; alia cum Muſica, alia ſine*. Plutarchus item θυσιας commemorat αχορους, και αναυλους, *ſine choro, & tibiis*.

V. 28. τερετιζειν) Procul dubio ſic mancam in autographo vocem eſſe farciendam res ipſa clamat; quemadmodum τα τερετιζομενα iterum legendum videtur *Col. XXIX v.* 21. Dicebantur autem Muſici τερετιζειν cum eundem ſonum pluries iterarent, ſive cum ore canerent (quod proprie μελισμον adpellabant), ſive cum organa pulſarent (quod κομπισμον vocabant), ita enim τεττιγας, *cicadas* imitari videbantur. Id diſerte docet Manuel Briennius, qui ſua omnia

 ex

ex antiquis conſarcinavit, *lib. III ſect.* 4, ubi ſic concludit: ὁ δε τερετισμος κοινος του τε μουσικου, και οργανικου· και γας ὁταν τις τω μεν ϛοματι αδη, τοις δε δακτυλοις, η τω πληκτρω τας χορδας κατα το μελος κρουη, τοτε τερετιζειν λεγεται. η μαλλον τοτε τις αληθως τερετιζειν λεγεται, επειδαν ου μονον το οξυτερον μερος του μελους, ητοι των νητων τετραχορδον μετ᾽ ωδης ἁμα και κρουσεως διεξερχοιτο, αλλα το βαρυτερον, ητοι το των ὑπατων· ουτω και γαρ εναργως τερετιζειν οἱ τεττιγες φαινονται: *teretiſmus utrique communis eſt & muſico, & organico cantui; cum enim quis ore canit, & digito plectrove chordas ſecundum cantum pulſat*, τερετιζειν *dicitur; ſeu potius tum quis dicitur* τερετιζειν, *quando non tantum acutiorem cantus partem, nempe netarum tetrachordum, voce & pulſu proſequitur, ſed etiam gravius tetrachordum, hoc eſt hypaton: ſic enim & Cicadae cernuntur manifeſte teretiſmum edere*. Hanc autem tonorum iterationem, cicadaeque imitationem conruptae & laſcivientis Muſicae vitio vertebant antiquae ſimplicitatis amatores, utpote quae ad aurium pruritum unice inſerviret. Itaque licet τερετισμος proprie ſit cantus ſpecies (ut videre eſt etiam apud Pollucem *lib. IV cap.* 16 *tit.* 4), adcipiebatur tamen pro inepto & inconcinno ſtrepitu, eo prorſus modo, quo nos Itali dicimus *cicaleccio*. Atque haec ipſa eſt Philodemi mens, cum ait ſuo praeſertim tempore Muſicam, quae a mercenariis hominibus, & nil niſi cicadarum more ſtrepere callentibus exerceretur, Deorum honori nequaquam poſſe inſervire.


V. 29. τιμης) Cerne in αυτογραφω ſcriptum τειμης, nec ε puncto confixum adparere, ſecundum ea quae in *Praefatione* §. *XVIII* monuimus.

V. 34, 35. προς γε τα ἱερα παρηλημενης κ.τ.λ.) Si ita nobiſcum legas, ſententia conſtat. Muſicam enim a veteri maieſtate degenerem ſequiori aevo a templis in theatra fuiſſe inductam veteres ipſi φιλομουσοι ſaepe queruntur. Sic Plutarchus in *De Muſica pag.* 1136: εχρησαντο δ᾽ αυτη οἱ παλαιοι κατα την αξιαν, ὡσπερ και τοις αλλοις επιτηδευμασι πασιν· οἱ δε νυν τα σεμνα αυτης παραιτησαμενοι αντι της ανδρωδους εκεινης, και θεσπεσιας, και θεοις φιλης κατεαγυιαν και κωτιλην εις τα θεατρα εισαγουσι· τοιγαρτοι Πλατων εν τω τριτω της πολιτειας δυσχεραινει τη τοιαυτη μουσικη: *priſci porro ea, ut dignum fuit, uſi ſunt, ut & reliquis omnibus inſtitutis: noſtra aetate, maieſtate eius omiſſa, pro maſcula illa & divina confractam, & garrulam in theatra inducunt Muſicam; quam Plato III de Republica libro vituperat*. Heic autem παραιτεομαι paſſive adcipiendum, quod alibi fortaſſe non occurrit.

V. 37. πολυμνηϛων) Ita refingendam duximus vocem ſatis male habitam. Perſuademur enim heic velle Philodemum, Muſicam ne ſpectaculis quidem fuiſſe neceſſario adnexam, quandoquidem in eorum celeberrimis antiquitus Muſici locum non haberent, ſed curſu tantum certaretur; quare mox θεωρειν dictum potius a θειν *currere*, quam a θεος contendit. Quod a vero alienum non eſſe Plutarchus ipſe docet, qui licet in *Convival. V quaeſt.* 2. Muſicae patrocinetur, eamque mature ad ſacra certamina veniſse contendat; non negat tamen τοις Ολυμπιοις παντα προσθηκη, πλην του δρομου, γεγονεναι, *Olympiis omnia, curſu excepto, additamenti loco adceſſiſſe*. Atqui Olympia procul dubio πολυμνηϛατα fuere. Vide etiam Pauſaniam in *Olympiacis*.

V. 40. ὡς και του θεωρειν κ.τ.λ.) Unde iſthaec lectio fulciatur, quove ea ſpectent, vide *Col. ſeq.*, & noſtri Commentarii *caput II*.

CO-



P.A. Piaggio d.° Sc. Pie del. *A. Lentari inc.*

επωνομασθαι φησει' αν τις, και απο του θειν το θεωρειν, και τον θεατην, και το θεατρον· ου γαρ επικοινωνει το θειον αυτοις μαλλον, η το θειν· και τα θεαματα συναγεσθαι της τιμης ενεκα παραλεληφθαι των θεων, αλλ' ου την μουσικην ακουστικην νυν ὑπαρχουσαν· μαλλον δ' απο του ταις οψεσιν ὁραν, και τῃ διανοιᾳ προσηγορευσθαι ταυτα. Επει δε αποχρωντως και περι του δια μουσικης παιδευεσθαι λελεκται, περι των εγκωμιων αυτα ταυτ' ειπωμεν· ὁτι και ὑπο των ποιηματων εγινετο, αλλ' ουχ ὑπο των κατα μουσικην την νυν εξεταζομενην· και ὑπ' εκεινων ευτελως, και ανοητως τοις επαινουμενοις· και τουτο και των ρητορικων εστι, και καθ' ὁλον των συγγραφεων κοινον. Εις δε τους γαμους και μαγειροι, και δημιουργοι παραλαμβανονται. και τα ποιηματ' εστιν, ουχ ἡ μουσικη τα την ειρημενην ὑπ' αυτου παρεχομενα χρειαν. Εν τοις ὑμεναιοις και βραχεια τις απαρχη του γενους εγινετο, και παρα τισιν, αλλ' ουχ ἁπασιν, και τοις γαμουσιν, ουχι και τοις αλλοις. Ει δη και γαμος απλως αγαθον αν λεγοιτο, νυν δ' ηδη σχεδον και παντα πασι καταλελυμενων των επιθαλαμιων, τα τουλαττον εχομεν, ουκ αν τις αποδωη. Και μην το γε ερωτικον παθος ουκ αφοσιον, αλλα παρανομον . . . .

. . . .

Atqui poſſet aliquis dicere etiam a verbo *θειν*, *currere*, dictum eſſe *θεωρειν*, & *θεατην*, & *θεατρον*; non enim quid magis commune cum ipſis habet nomen *θειον*, quam verbum *θειν*: ad haec *poſſet addere*, nos acceptum referre Diis morem ſpectacula indicendi eorum honoris gratia, non vero praeſentem Muſicam ad aures titillandas comparatam; quin potius a ſpectando cum oculis, tum mente ea fuiſſe dicta *ſpectacula*.

CAP. III. An Muſica aliquid conferat encomiis, hymenaeis, epithalamiis, threnis?

¶ Quoniam vero de inſtitutione per Muſicam etiam ſufficienter dictum eſt, de encomiaſticis cantilenis eadem nunc dicamus; nempe quod encomia per poëmata fiunt, non vero ab his, quantum adnexam habent Muſicam, de qua nunc quaerimus; & quidem ita fiunt, ut nullo pretio, nulloque intellectu ſint laudatis viris: quod vitium & oratoribus, & univerſis ſcriptoribus eſt commune. Ad nuptiales vero celebritates etiam coqui, & cupedinariae mulieres advocantur: atque etiam poëmata ſunt non Muſica, quae commoda ab hoc noſtro recenſita praebent. In hymenaeis enim ab initio nonniſi brevis laudatio generis per ea texebatur, & apud quoſdam, non apud omnes, ſolis autem nubentibus, non etiam reliquis. Et ſane, ſi nuptiae abſolute bonum dici poſſunt, nunc cum fere apud omnes abolita ſint epithalamia, nemo ſane ea, quibus nos deſtituimur, illis reſtituere ſataget. Atque etiam amoris paſſio minime ſancta, ſed legum violatrix . . . .

V. 1. *επωνομασται*) Quid ſibi heic velit Noſter, a Plutarcho plane diſcimus in *De Muſica pag.* 1140., ubi ait: *Επι μεν τοι των αρχαιοτερων ουδε ειδεναι φασι τους Ελληνας την θεατρικην μουσαν· ὁλην δε αυτης την επιστημην προς τε θεων τιμην, και την των νεων παιδευσιν παραλαμβανεσθαι, μηδε το παραπαν ηδη θεατρου παρα τοις ανδρασιν εκεινοις κατασκευασμενου, αλλα ετι της μουσικης εν τοις ἱεροις αναστρεφομενης, εν οἱς τιμην του θειου δια ταυτης εποιουντο, και των αγαθων ανδρων επαινους· εικος δε ειναι, ὁτι το θεατρον ὑστερον, και το θεωρειν πολυ προτερον απο του Θεου την προσηγοριαν ελαβεν*: *at enim apud antiquos Graecos ne notam quidem aiunt Muſicam, quae theatris inſerviret: totam ſcientiam illam Deorum venerationi, adoleſcentumque inſtitutioni impenſam fuiſſe, quod tum, nondum theatro ullo apud eos homines aedificato, Muſica adhuc in templis verſaretur, Deorum venerationi, & laudibus bonorum virorum inſerviens: & veriſimile eſſe THEATRI vocem, ac multo antiquiorem* ΘΕΩΡΕΙΝ (quod eſt *ſpectare*) *a* ΘΕΩΙ *fuiſſe deductas*. Cum autem Plutarchus ait: *εικος ειναι*, *veriſimile eſſe*, ſatis indicat hanc opinionem non eſſe ſuam, ſed vulgo fuiſſe receptam. Hoc idem igitur argumentum multo ante protulerat Diogenes Stoicus, idemque *Theatri ἐτυμον* adſtruxerat: hoc ut refutaret Noſter, in extrema Col. praecedenti, ubi detrita eſt, retulerat; cui nunc ita reſpondet, inanem huiuſmodi argumenti vim ab *ἐτυμῳ* petitam eludens.

V. 10. *μαλλον δ' απο του ταις οψεσιν ὁραν*) Locus admodum obſcurus, qui diu nos torſit; ſenſum tamen eo, uti adcepimus, inclinare nemo fortaſſe ambiget. Philodemi enim mens videtur, ipſum verbum *θεαειν*, unde *θεαματα*, de quibus eſt ſermo, nihil aliud eſſe, quam *ὁραν ταις οψεσι, και τῃ διανοιᾳ*, h. e. *ſpectare cum oculis, tum mente*, quod quidem veriſſimum eſt per Grammaticos.

V. 12. *ταυτα*) Scripſerat librarius, uti vides, *ταυτῃ*, mox correxit *ταυτα*, quod bene habet: refertur enim ad *θεαματα*, non ad vicinum *τῃ διανοιᾳ*, quod cauſſa erroris fuiſſe patet. Cui autem potiſſimum *σφαλμα* illud adſcribemus? Dictanti utique, cui de integra orationis ſententia conſtabat, vicinum ſubſtantivum minime fraudem facere poterat. Librarium ergo dicemus peccaſſe. Sed oculis, dum ab exemplari exſcriberet, an auribus dictata excipiens peccavit? Hoc alterum potius duxerim. Non enim tantum *α* in *η* permutavit, quod *παρορα-ματι* tribuerem; ſed iota etiam conſulto adpinxit; ſiquidem auſcultans *ταυτῃ* pro *ταυτα*, ſtatim opinatus eſt ad vicinum ſubſtantivum *διανοιᾳ* fore referendum, ideoque *το* iota adſcribendum.

V. 13. *επει δε αποχρωντως*) Vide quae adnotavimus ad *Col. IV v. 2.*

V. 15. *περι των εγκωμιων*) Encomia ad *παιδευσιν* aliquo pacto pertinebant, nam canendis fortium virorum laudibus, animi auditorum ad virtutem adcendebantur. Sic Plutarchus *De Muſica pag.* 1140, cum ſcripſiſſet Muſicam antiquitus *ὁλην προς τε θεων τιμην, και την των νεων παιδευσιν παλαμβανεσθαι*, *univerſam Deorum honori, & puerorum inſtitutioni impenſam fuiſſe*, mox cauſſam adſignat: *μηδε το παραπαν ηδη θεατρον παρα τοις ανδρασιν εκεινοις κατεσκευασμενου, αλλ' ετι της μουσικης εν τοις ἱεροις αναστρεφομενης, εν οἱς τιμην τε του θειου δια ταυτης εποιουντο, και των αγαθων ανδρων επαινους*: *nondum enim theatrum ullum apud eos homines aedificatum erat, ſed Muſica adhuc in templis verſabatur, in quibus ea ad Deorum honorem, & ad bonorum laudes concinendas utebantur*. Hinc patet, cur ad ea Noſter, vel potius eius *ανταγωνιστης* gradum fecerit. Ceterum Diogenis tractatum digeſtum eſſe patet ſecundum eam partitionem, quam *περι μελικης ποιησεως* indicat Proclus in ſua *Chreſtomathia* inſtitutam vulgo fuiſſe; ſic enim ſcribit apud Photium in *Biblioth. pag.* 983: *περι δε μελικης ποιησεως φασιν, ὡς πολυμερεστατη τε, και δια ψοφους* (haec vox nihili heic eſt, propterea nullo negotio reſtitue *σκοπους*) *εχει τομας· ἁ μεν γαρ αυτης μεμερισθαι θεοις, ἁ δε ανθρωποις, ἁ δε εις τας προσπιπτουσας περιστασεις. Και ὡς θεους μεν αναφερεσθαι ὑμνους, προσωδιον, παιανα, διθυραμβον, νομον, αδωνιδα, ιοβακχον, ὑπορχηματα· εις δε ανθρωπους εγκωμια, επινικιοι, σκολια, ερωτικα, επιθαλαμια, ὑμεναιους, σιλλους, θρηνους, επικηδεια· εις θεους δε, και ανθρωπους παρθενια, δαφνηφορικα, οσχοφορικα, ευκτικα· ταυτα γαρ εις θεους γραφωμενα, και ανθρωπων περιειληφεν επαινους· τα δε εις προσπιπτουσας περιστασεις ουκ εστι μεν ειδη της μελικης, ὑπ' αυτων δε των ποιητων επικεχειρηται· τουτων δ' εστι πραγματικα, εμπορικα, αποστολικα, γνωμολογικα, γεωργικα, επισταλτικα*, quae ſic interpretamur: *Melicam poëſim aiunt multiformem, & ſecundum varia obiecta dividi. Partem enim eius ad Deos ſpectare, partem aliam ad homines; partem denique ad varios vitae humanae caſus. Et quidem Diis referuntur hymni, proſodium, paean, dithyrambus, nomus, adonis, iobacchus, hyporchemata: hominibus vero encomia, epinicii, ſcolia, erotica, epithalamia,*

mia, *hymenaei*, *ſilli*, *threni*, *epicedia*: *Diis autem ſimul & hominibus parthenia*, *daphnephorica*, *oſchophorica*, *euctica*; *haec enim*, *etſi in Deorum laudem ſcribantur*, *hominum etiam laudes complectuntur*. *Quae vero ad hominum caſus pertinent*, *non ſunt re vera melicae poëſis ſpecies*, *iidem tamen poëtae ipſis operam dedere*: *ex horum numero ſunt pragmatica*, *emporica*, *apoſtolica*, *gnomologica*, *georgica*, *epiſtaltica*. Et quidem Pindarum in omnibus fere ſpeciebus, quae ad μελικην ποιησιν proprie pertinerent, ſe exercuiſſe ſcribit Suidas. Ille enim praeter Olympia, Pythia, Nemea, Iſthmia, quae hodie exſtant, cecinit προσῳδια, παρθενια, ενθρονισμους, βακχικα, δαφνηφορικα, παιανας, ὑπορχηματα, ὑμνȣς, διθυραμβους, σκολια, εγκωμια, θρηνους.

V. 25. εις δε τȣς γαμȣς) Cum de εγκωμιοις verba fecerit, ad ὑμεναιȣς, & επιθαλαμια, mox ad ερωτικα, & θρηνȣς pertranſit; propterea quod haec ſub eodem genere cenſerentur, h. e. inter ea, quae *ad homines* pertinerent, ſecundum adlatam Procli diviſionem: εις δε ανθρωπȣς εγκωμια, επινικιοι, σκολια, ερωτικα, επιθαλαμια, ὑμεναιȣς, σιλλȣς, θρηνȣς, επικηδεια. Ariſtides autem generi των ερωτικων tum εγκωμια, tum επιθαλαμια adſignat *lib. I pag.* 30: ερωτικοι τε καλȣνται τινες (τροποι), ὡν ιδιοι επιθαλαμιοι, και κωμικοι, και εγκωμιαϛικοι: *amatorii quidam modi vocantur*, *ad quos pertinent Nuptiales*, *Comici*, *& Encomiaſtici*.

V. 26. μαγειροι) Profecto Coqui una cum Muſicis magnam in nuptialibus ſolemnitatibus partem habebant. Plaut. *Aul. Act.* 2 *Sc.* 6: *hos ut adcipias Coquos*, *Tibicinamque*, *obſoniumque in nuptias*. Ne tamen ſuſpiceris unius inriſionis gratia Noſtrum dixiſſe, aeque ac Muſicos, Coquos ad nuptias vocari, vide quae Athenaeus habet de Coquorum apud veteres dignitate *lib. XIV*, inter quae: ουδεν ȣν παραδοξον, ει και θυτικης ησαν εμπειροι οἱ παλαιτεροι μαγειροι· προϊϛαντο γȣν και γαμων, και θυσιων: *itaque nihil abſonum & ſacrificiorum olim peritos fuiſſe Coquos*, *qui & nuptiis praeficerentur*, *& ſacris*.

Ibid. δημιȣργοι) Quamvis hoc nomine γενικως quilibet opifices, qui publice artem profiterentur, venerint, & Plato etiam inſtrumentorum, modorumque Muſicorum artifices δημιȣργȣς dixerit; heic tamen peculiari adceptione ea vox ſumenda eſt, ut opportune docet Heſychius: λεγεται και γυνη δημιȣργος, ἡ εν τοις γαμοις πεμματα πεσσει: *dicitur mulier*, *quae in nuptiarum ſolemnibus bellaria*, *& placentas adparat*. Fuiſſe autem re vera antiquitus δημιȣργȣς, quibus id oneris incumberet, docuerat iam pridem Athen. *lib. IV*, niſi quod viros, non mulieres, uti nunc legitur, habet: τȣς δε τα πεμματα, προσετι τε τας πλακȣντας ποιȣντας οἱ προτερον δημιȣργȣς εκαλȣν: *eos*, *qui bellaria & placentas conficiunt*, *maiores* δημιȣργȣς *adpellarunt*. Sed mendum huc inrepſiſſe Caſaub. agnovit, quare legendum τας ποιȣσας iure pronunciat; veterum enim Poëtarum loca, quae ibidem Athen. citat, omnia femininum articulum δημιȣργῳ adponunt. Sic Maenander: ἡ δημιȣργος δ' αντιπαρατεταγμενη: *quae dicitur* δημιȣργος (*Coquo*) *in officio reſpondens*; & Antiphanes: δημιȣργοι μελιτος αιτȣσαι σκαφας: *quae ſibi dari mellis ſcaphas petunt*. Cum igitur heic de nuptiarum adparatu verba faciat Noſter, planum eſt, cum hanc vocem non de quolibet artifice adcepiſſe, ſed de iis, qui ad nuptiale convivium adhiberentur ſimul cum Coquis; quandoquidem horum, non ſecus ac apud nos, bellaria conficiendi munus non erat: ὁτι (ait ibidem Athen.) εκεχωριϛο τα της ὑπȣργιας, πεμματων μεν προνοȣσων των δημιȣργων, ὀψαρτυτικης δε των μαγειρων: *quoniam diſcreta fuerant munera*, *& quidem* δημιȣργοι *bellaria procurabant*, *coqui autem obſoniorum praeparationem*.

V. 31. ὑμεναιοις) Quid Hymenaei ab Epithalamiis, quae infra *v.* 39 nominat, differant, docet Dionyſius Halicarnaſſeus in libro, quem inſcripſit τεχνη, in quo diſtincte tradit prius *Methodum* των γαμηλιων, *Orationum Nuptialium*, deinde των επιθαλαμιων, *Epithalamiorum*. Sub nomine autem γαμηλιων intellexit ὑμεναιους, ut ipſemet explicat *in Methodo Epithalamiorum*, eorumque ab his differentiam ſic deſignat: Προ δε του περι της γενεσεως λογȣ ... ὁ επι τῳ θαλαμῳ λεγομενος λογος ἑπομενος δε τοι μαλιϛα και ακολȣθος ειη, τοις αμικτοις των λογων σχεδον, εἱς και ὁ αυτος ων τῳ γαμικῳ, πλην τῳ χρονῳ διαφερων, επι τετελεσμενοις τοις γαμοις λεγομενος ȣτος· ὁς μην τοις γε αλλοις απᾳδων τȣ προειρημενȣ, και ὡσπερ αντι ὑμεναιων επᾳδομενος τοις γαμοις εϛιν: *Ante ſermonem de Genethliacis conſequens maxime erat*, *ut ſermonem inſtituerem de oratione*, *quae apud thalamum recitatur*, *cum non eſſent hi ſermones ſeparandi*; *unum enim idemque eſt epithalamium cum oratione nuptiali*, *excepto quod tempore differt*; *quippe recitatur hoc perfectis nuptiis*, *in reliquis vero praedictae orationi reſpondere videtur*, *& poſt nuptias veluti hymenaeorum loco canitur*. Eadem fere Proclus in *Chreſtom.* apud Phot. *p.* 987, ubi ſic habet: Επιθαλαμια τοις αρτι θαλαμευομενοις ἁμα οἱ ηϊθεοι και αἱ παρθενοι επι των θαλαμων ᾐδον. Ὑμεναιον δε εν γαμοις ᾳδεσθαι φασι κατα ποθον και ζητησιν Ὑμεναιȣ τȣ Τερψιχορας, ὁν φασι γημαντα αφανη γενεσθαι· οἱ δε κατα τιμην τȣ Αττικȣ Ὑμεναιȣ· τȣτον γαρ φασι διωξαντα αφελεσθαι κουρας Αττικας ληϛων. Εγω δε οιμαι βιȣ τινος ευτυχȣς προαναφωνησιν ὑπαρχειν και συνευχεσθαι τοις συνȣσι προς γαμȣ κοινωνιαν μετα φιλοϛοργιας αιολικῃ παραπλεκοντα την ευχην


διαλεκτῳ, οἱον ὑμεναιειν, και ὁμονοειν τουτοις αει ὁμοσε μενοντας. *Epithalamia novis nuptis thalamum iam ingreſſis iuvenes ſimul & virgines thoro adſtantes adcinebant. Hymenaeum vero in nuptialibus celebritatibus decantari aiunt propter deſiderium inveſtigationemque Hymenaei Terpſicorae filii, quem ducta uxore evanuiſſe aiunt; alii vero in honorem Attici Hymenaei, quem latrones perſequutum raptas virgines Atticas liberaſſe memorant. Ego vero felicis vitae adclamationem eſſe puto, praeſentibuſque fidam matrimonii ſocietatem cum mutuo amore comprecari, Aeolica votum dialecto attexendo, quaſi* ὑμεναιειν, *&* ὁμονοειν, i. e. *una habitare, & eadem concorditer viventes ſentire.* Huiuſmodi autem felicitatis concordiaeque adprecationem diſerte inculcat Dionyſius in cit. *Meth. Epithal.*: επι δε τοις επαινοις, και τοις εγκωμιοις και προτροπη τις εστω τοις γαμουσι προς το σπουδαζειν περι αλληλους, και ὁμονοειν ὁτι μαλιστα: *poſt laudes vero & encomia cohortatio quaedam nubentibus fiat, ut mutuo ſe invicem ſtudio proſequantur, & concordi in primis ſint animo.* Atque haec fortaſſe erat horum carminum utilitas, quam Stoicus praedicaverat, & quam non inepte Noſter Poëſi potius, quam Muſicae tribuendam reſpondet. Ceterum fere nunquam in honeſtioribus nuptiis Muſicam & Hymenaeum defuiſſe a veteribus diſcimus. Sic apud Ter. *Adelph. Act. V, Sc.* 7: AESCH. *Verum hoc mihi morae eſt Tibicina, & Hymenaeum qui cantent.* Cui reſpondet DEMEA: *Miſſa haec face Hymenaeum, turbas, lampadas, tibicinas.* Procul dubio Plutarchi aevo Hymenaei adhuc in uſu erant. Is enim inter *Rom. Quaeſt.* eam quoque inſtituit: Δια τι ὁ πολυθρυλλητος αδεται Ταλασσιος εν τοις γαμοις; *cur in nuptiis canitur omnium ſermone notus Talaſſius?* Et poſt multum concludit hunc apud Romanos cantari conſueviſſe, ὡσπερ Ελληνες τον ὑμεναιον, ut *Graeci hymenaeum.* Conſule Barth. *cap. XII de Tibia in Nuptiis.* Non ita tamen frequens eſt mentio de Epithalamiis, profecto quia, ut Noſter inferius ait, abolita iam fuerant; nempe quod fortaſſe moleſtum erat nuptis pueros puellaſque ad thalamum uſque canentes introducere. Quod verum eſſe, etiam ex adlato Procli teſtimonio confici poteſt. Satis enim is aperte de Epithalamiis, utpote antiquatis loquitur, cum ait ηδον, *canebant*; contra de Hymenaeis loquens praeſenti tempore utitur. Quod cum Scottum Photii interpretem lateret, is idem Hymenaeorum, & Epithalamiorum fatum putans, credidit Proclo gratificatum iri, ſi ᾳδεσθαι φασι etiam praeterito tempore efferret, ut ſuperiori ηδον reſponderet, & propterea vertit *decantatum ferunt*, quaſi Procli aevo etiam hymenaei eſſent aboliti; quod contra Scriptoris mentem eſt.

V. 32. απαρχη του γενους) In mendo fortaſſe hic textus cubat, & vocula inter ſcribendum excidit. Legendum ergo ſuſpicamur: απ' αρχης του γενους αινος, αινεσις, vel tale quid, h. e. *brevis ab initio generis laudatio fuit*; aut επ' αρχῃ, *in initio* ſcilicet hymenaeorum. Diſcimus enim a Dion. in *Meth. Nuptial.*, huiuſmodi laudationes fieri ſolitas εν αρχῃ, *in initio*, cum nubentes eſſent nobiles & glorioſi, contra vero cum minus geneгoſi eſſent, *in fine*: δει ... και τουτων επαινους λεγειν· ποτε μεν ουν εν αρχῃ χρηστεον τῳ τυπῳ τουτῳ, ποτε δε και επι τελει· εαν μεν νυν πανυ εν δοξᾳ ῃ, εν αρχῃ, εαν δε ἡττονα, ὑποβαλλοντα και ὑπο πασι λεγοντα. Ο δε επαινος ἁπερ εν τοις εγκωμιοις ἑξει, και τοποι οἱ αυτοι, ὁ απο της πατριδος, ὁ απο του γενους, ὁ απο της φυσεως κ. τ. λ: *opus eſt etiam ipſorum laudes texere. Aliquando igitur hac dicendi forma in principio, aliquando in fine utendum eſt. Si enim perſonae fuerint gloria admodum celebres, in principio; ſin minus inſignes, haec erunt ſubdenda, & ultimo loco recenſenda. Laus autem talis erit, qualem in encomiis diximus, & loci iidem, h. e. a patria, a genere, a natura &c.* Si tamen mavis lectionem retinere, ab hac ſententia ſane non multum abludet. Tantumdem enim valet: *breve generis exordium fuit*, ac *brevis genealogia texebatur.*

V. 35, 36. ει δη και γαμος) Hoc ut plane intelligas, meminiſſe oportet Epicuri dogma, quod eſt apud Laërtium *lib. X cap.* 119: *ſapienti non eſſe nubendum, nec filiis dandam operam*, μηδε γαμησειν, μηδε τεκνοποιησειν, ut optime legit Iſaacus Caſaubonus: quam lectionem utroque pollice probat Menagius in hunc locum, atque confirmat auctoritate Epicteti apud Arrianum *lib. III, cap.* 7, & *I*, 23; tum Theodoreti *ſerm. XII*; & Clementis Alexandrini *lib. II Stromaton*, qui omnes Epicureis hanc doctrinam nuptiis iniurioſam exprobrant. Nulli igitur dubium, quin Epicurus nuptias abſolute bonas negaverit, & propterea ſapienti abſtinendum illis eſſe pronunciaverit. Hinc plane intelligis, quid ſibi velint Epicurei noſtri verba: ει δη και γαμος απλως αγαθον αν λεγοιτο, h. e. *etiamſi dici poſſet nuptias per ſe & ſimpliciter bonum eſſe, quod utique non eſt concedendum, tamen Muſica minime extollenda, quod nuptiis in concinendis epithalamiis olim inſervierit, ſiquidem ea nunc ſunt omnino antiquata.*

V. 38, 39. καταλελυμενων των επιθαλαμιων) De cauſa, cur deſerta eſſent epithalamia, vide, quae adnotavimus ad *v.* 31. Antiquatis tamen iis, nomen exoletum non eſt, quin imo omnia γαμηλια carmina, Epithalamia vocari vulgo coeperunt. Hinc Catulli *carmen nuptiale*, quod proprie *hymenaeus* eſt, *epithalamium* fuit vocitatum, de quo conqueritur Muretus.

V. 43.) ουκ αφοσιον) Quo haec ſpectent, vide adnotata ad *Col. XII, v.* 10.



G. B. Malesci del. *Bart. Oratij inc.*

COLUMNA VI.

και δη και ὑπο τουτου ταραχωδες ὑπαρχειν. Ουθ' ἁ γινεσθαι φησι, δια μουσικης συντελειτ', αλλ' ὑπο των ποιηματων, ουτε βοηθειται δια μουσικης, και ποητικης ερως, αλλ' ὑπο των πλειστων, και τοις πλειστοις εκκαιεται· και τα γινεσθαι δ' εν τοις ερωτικοις ὑπο τουτου λεγομενα, παριστησιν ἑκατερον, εφισταμενȣ δε δη θεου, και πανταπασι. Και τους θρηνους μεν τοι ποιηματ' ειναι συμβεβηκε, και τοις ὁλοις ουδεν ιατρευειν της λυπης, αλλ' ενιοτε και επισχειν, τα πολλα δε επιτεινειν, και δη προς τουτο των γραφοντων αμιλλωμενων· ευταξιαν δε, και ευσχημοσυνην εκ τουτων μη παρακολουθειν, αλλα τουναντιον εις ὑπερπαθειαν εκκαλουμενων, μουσικης δε ουδ' επιδεχομενης. Αλλα μην ἱκανα και περι της προς τους πολεμους συνεργιας προγεγραπται, ταχα δε και λαληθησεται προς αλλους φιλοσοφους. Το δε των αθληματων γενος ουθ' ὑπο παντων επαινειται (κοινην δ' ἡμεις επιζητουμεν ευχρηστιαν, ου καθ' ἑκαστον), ουτ' αγαθον εχει τι τοις ὁλοις, ουδε συνεργειται προς τους αλλους· κ' ουδεν ηγουμαι την ανελευθερων εμπειριαν, και πανυ ταπεινων, και αναισχυντων, ὡστ' ενεκα μεν τȣτων . . . .
. . . .

quin imo propterea turbulentum eſſe. Neque quos dicit Muſicae effectus, ab ea perficiuntur, ſed potius a poëmatis: neque Muſica ſimul, & Poëſi adiuvatur amor, ſed pluribus rebus, & multimode adcenditur: & ea, quae in re venerea hic vocat effectus, cauſa ſunt utriuſque, *nempe Muſices & Poëſeos*, interveniente quidem Deo, ſed ut in omnibus reliquis rebus. Enimvero epicedia poëmata eſſe conſtat, atque ea nihil omnino mederi triſtitiae, ſed quandoque eam cohibere, ut plurimum autem intendere (& quidem ad id certatim contendentibus ſcriptoribus); modeſtiam vero animique decentiam ex illis non ſequi, cum ea contra in paſſionis exceſſum *animos* evocent, nullam in eo partem ſuſcipiente Muſica. Jam vero de eo, quod Muſica bellicam virtutem adiuvet, ſatis multa ſuperius dicta ſunt, & fortaſſe infra dicentur adverſus alios Philoſophos.

CAP. IV. De Muſica, quae ludicris certaminibus inſerviret, quid ſentiendum.

¶ Cantionum vero genus, quod ad certamina pertinet, neque ab omnibus commendatur (nos vero communem non ſingulorum bonitatem inquirimus); neque bonum aliquod hominum univerſitati adfert, nec ceteris, *qui illud recipiunt*, ſuffragatur. Ego vero nihili duco illiberalium hominum, & admodum abiectorum, & effrontium artem, ut iſtorum gratia . . . . ,

V. 1. και δη και) pro δε reſtituendum δη Grammatici non abnuent.

V. 6. ποητικης) Sic retinendam huiuſce vocis ſcriptionem, ut in ms. viſitur, cenſemus; nec enim errore το ι excidiſſe remur, ut propterea corrigendum ſit ποιητικης. Cum enim ſaepe recurrat ποητης, ποημα, ποησειν, & vix ſemel *Col.XIX v.*30 emendationis gratia ſuperius adpictum ι intueamur; dicendum eſt illud potuiſſe pro lubitu omitti, vel retineri. Sic etiam ſub aenea προτομη, quae in eodem Regio Herculanenſi Muſeo aſſervatur, legimus epigraphen: ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ ΑΡΧΙΟΥ ΑΘΗΝΑΙΟΣ ΕΠΟΗΣΕ. Et quidem non aliunde fieri potuit, ut Latini reiecta diphthongo ſcriberent *Poëta*, *Poëſis*, *Poëma*, contra quam factum conſtanter cernimus in aliis vocibus, ubi οι in *oe* tranſtulerunt.

V. 10. ὑπο τουτου λεγομενα) Quae a ſuo Antagoniſta in more evenire dicta fuerint, quis noverit? Sed procul dubio ea reſpicere debebant illum των παθων tumultum, quem animis amor ingerit, non ſecus ac de eo diſſerit Plutarchus *lib. I Convival. quaeſt.* 5: ει βουλοιο καθοραν ὑπ' αυγας διαπτυξας τον Ερωτα, και καταμανθανειν, ουκ αν αλλο παθος ευροις ουτε λυπας δριμυτερας εχον, ουτε σφοδροτερας περιχαρειας, ουτε μειζονας εκστασεις, και παραφροσυνας: *ſi explicatum in aperto amorem intueri velis, ac pernoſcere, invenies nullam aliam animi perturbationem vel dolores adferre acriores, vel gaudia vehementiora, vel maiores furores, mentiſque abalienationes.*

Ibid. εφισταμενου δε δη θεου) Scripſerat fortaſſe Diogenes amorem Muſica, & Poëſi adiuvari, ſed non ſine Dei praeſidis adflatu, non ſecus, ac Plutarchus *in Amatorio*: ουτε αθειαστος ὁ των ερωντων ενθουσιασμος εστι, ουτε αλλον εχει θεον επιστατην και ἡνιοχον, η τουτον, ᾧ νυν ἑορταζομεν και θυομεν: *enthuſiaſmus amantium, neque divino adflatu caret, neque alium habet Deum praeſidem & aurigam, quam eum, cui nunc rem ſacram facimus, diemque feſtum celebramus.* Contra Muſicam potius, & Poëſin amore excitari praeſumit Philodemus. Divinam autem opem negare non audet, ſed eam hac in re, ut in omnibus reliquis rebus agnoſcit: verbo certe tenus, ut ſollemne fuit Epicureis, teſte Plutarcho *in Colotem*. Amorem enim θεοπεμπτον, *divinitus immiſſum* eſſe negaverat Epicurus apud Laërt. *lib. X ſect.* 118. Sed de hoc conſule, quae infra adnotabimus ad *Col. XIII v.* 10., ubi fuſius hanc de Amore per Muſicam adiuvando quaeſtionem pertractat Noſter.

V. 11. παριστησιν ἑκατερον) Quod heic opinatur Noſter, ſcilicet non amorem Muſica adiuvari, ſed potius ea, quae in amore concurrunt Muſicam & Poëſim excitare, non novum eſt. Siquidem vulgatum erat apud veteres: μουσικην δ' αρα Ερως διδασκει, καν αμουσος η το πριν: *Muſicam quidem Amor docet, licet fueris rudis.* In cuius dicterii interpretatione verſatur tota *Qu. V Plutarchi lib. I Convival.* atque illud tandem concluditur, exinde id evenire, vel quia τῳ μεθυειν το εραν ὁμοιον εστι· ποιει γαρ θερμους και ἱλαρους και διακεχυμενους· γινομενοι δε τοιουτοι προς τας επῳδους, και συμμετρους μαλιστα φωνας εκφερονται: *ebrietati ſimilis eſt Amor; facit enim calidos, & hilares, & diſſolutos: & qui tales ſunt redditi ad cantillandum, & ad voces menſura contentas maxime efferuntur*; vel quia περιεχων ὁ Ερως εν αυτῳ και συνειληφως λυπην, ἡδονην, ενθουσιασμον, τα τε αλλα φιλοπονος εστι και λαλος, εις τε ποιησιν μελων και μετρων, ὡς ουδεν αλλο παθος, επιφορος, και καταντης: *cum in ſe Amor omnia Muſicae principia, dolorem videlicet, voluptatem, & enthuſiaſmum, complectatur, tum alias induſtrius, & garrulus eſt etiam ad condendas cantilenas, & verſus prae ullo alio animi motu impellens, & proclivis.*

V. 13. θρηνους) Threni pro quovis lugubri cantu ſumuntur, *nullo tempore circumſcripti*: horum autem ſpecies erant επικηδεια, h. e. ea carmina, *quae iacente adhuc cadavere pro funere recitabantur*, uti Proclus *in Chreſtom. apud Photium*: Διαφερει του επικηδειου ὁ θρηνος, ὁτι το μεν επικηδειον παρ' αυτο το κηδος ετι του σωματος κειμενου λεγεται, ὁ δε θρηνος ου περιγραφεται χρονῳ. Ceterum quantus Muſicae in funeribus fuerit apud veteres nationes (ne exceptis quidem Hebraeis, ut ex *Matth. c.* 9) uſus, innumera teſtantur cum Graecorum, tum Latinorum loca, quae collecta habes apud *Barthol. de Tibiis Veterum lib. II. cap.* 15.

V. 18. επιτεινειν) Non negabant adverſarii huiuſmodi cantus lugubres principio animum plus aequo commovere, ſed paullatim poſtea dolorem lenire putabant. Sic Plutarchus *lib. III. Convival. quaeſt.* 8: ὡσπερ ἡ θρηνῳδια και επικηδειος αυλος εν αρχῃ παθος κινει, και δακρυον εκβαλλει, προαγον δε την ψυχην εις οικτον, ουτω κατα μικρον εξαιρει, και αναλισκει το λυπητικον: *ſicut lugubris cantilena, & tibia funebris initio animum commovet, lacrymaſque extrudit, animo autem ad miſerationem inducto, paullatim deinde abolet dolorem.*

V. 20. αμιλλωμενων) Ni ſic reſtituas, minime conſtabit ſententia. Scriptores enim re vera

vera id ſibi proponunt in hiſce poëmatiis elucubrandis, ut dolorem, & miſericordiam magis excitent, in eoque ingenii quiſque ſui gloriam locat. Quomodo autem ita adflictos animos mulcere valeant, loco nuper citato indicat Plutarchus.

V. 26. Αλλα μην) Eccur de Muſica in bellis ei diſputandum fuiſſe dicit hoc loco, niſi iam de ea diſſeruiſſet, & mox iterum retractanda foret ea quaeſtio? Nempe quia adverſarius ſecundum Procli partitionem de ea hoc ipſo loco diſputaverat. Secundum Procli, inquam, partitionem; quia bellicae profecto cantiones in ea recenſendae ſunt claſſe, quae *ad homines modo* pertinet. Quod ſi Proclus de iis ſilet, id in cauſa eſt, quod is de μελικη poëſi verba facit, non de nuda Muſica; in bellis autem ut plurimum uſurpabantur, non ſecus ac hodie, αλογα μελη, h. e. cantus tibiarum, aliorumque inſtrumentorum ſine carminibus.

V. 28. προς τȣς πολεμȣς συνεργειας) Quantam vim Muſicae veteres tribuerent ad inflammandos militum animos, quis ignorat? Ariſtides *lib. II*: πολεμοι, και ὁδων πορειαι δια μȣσικης εγειρονται τε, και καθιςανται: *bella & profectiones per Muſicam excitantur, & conficiuntur*. Huiuſmodi harmonia dicebatur πολεμικη, vel ενοπλιος, de qua vide Platonem diſſerentem *lib. III de Republ.* Vide etiam apud Bartholinum *lib. II cap. 5 de Tibia in Bello*, quam vulgaris antiquitus eſſet Muſicae uſus in bellis.


V. 31. προς αλλȣς φιλοσοφȣς) Hinc diſcimus non in unum Stoicum Diogenem ſtylum acuiſſe Philodemum, ſed in omnes Muſicae fautores, cuiuſcumque forent ſectae: cumque id toto hoc volumine non praeſtet, alia adhuc ad operis complementum reliqua fuiſſe patet.

V. 31. 32. Το δε των αθληματων) Secundum toties citatam Procli partitionem de επινικιοις verba fieri heic locus quoque erat, quae conſtat poëmata fuiſſe in eorum, qui in agone viciſſent, laudem decantata.

V. 33. ουθ' ὑπο παντων επαινειται) Non aeque omnibus veteribus, etſi Graecis, probata fuiſſe αθληματα teſtis eſt Athenaeus, qui *lib. X cap.* 2 plures veterum auctoritates profert, qui huiuſmodi ſpectacula improbabant; inter quas plures Xenophanis elegos recitat, atque ſic concludit, ut legit Caſaubonus: πολλα δε και αλλα ὁ Ξενοφανης κατα την ἑαυτȣ ποιησιν τῃ σοφιᾳ επαγωνιζεται, διαβαλλων ὡς αχρηςον, και αλυσιτελες το της αθλησεως ειδος: *alia quoque multa Xenophanes in ſuis poëmatis ad ſapientiae defenſionem diſceptat, publicorum ludorum genus, ut vanum & inutile traducens*; & paullo ante plures Euripidis verſus in eamdem ſententiam recitaverat, qui ſic incipiunt:

Κακων γε οντων μυριων παρ' Ελλαδα,
Ουδε κακιον εςιν Αθλητων γενους.
Cum innumeris abundet malis Graecia,
Athletarum genere nihil improbius.

Haec ſufficere poſſunt, ut totam Philodemi argumentationem adſequaris; & noſtra ſupplementa minus ſuſpecta habeas.



COL. VII

G. B. Malesci del. *Bart. Oratij inc.*

COLUMNA VII.

. . . τοις περι των αθληματων · καν ἡμας ὑπ' αυτης ὁμολογω τερπεσθαι . Και διοτι περιερρηγμενης ορχησεως εκ των δραματων ουδεν εχομεν ελαττον · επειδηπερ ουδεν ην εν ουδεμια προς το καλον και γενναιον συνεργημα. Ταις δε θηλειαις, ει και τα ποηματα κατα το συνεχον εποηθη , τοσουτον απεχω του χρησιμον τι νομιζειν περιγινεσθαι δια μουσικης προς γενναιοτητα , και σωφροσυνην , και ευταξιαν , ὥςε και λιαν επισφαλες πειθομαι , και ὑποπτον το διδαγμα , μη ποτε πολλην αφορμην διδῳ προς ακολασιαν , και αταξιαν βακχευουσαν , ὧν ὑπομνησω που προβαινων . Νυν δε μεταβας λεγω , διονυσιων συνηγμενων ὑπο Διονυσου , το ανωθεν εκεινο μελος εχειν τι κινητικον , και παραστατικον προς τας πραξεις . ει μεν ὑπο της επιπνοιας εισηχθαι φησι , τουτου χαριν ουκετι καμου μεν εξεταζειν · ει δ' ὡς το πυρ φυσει καυστικον τῳ φυσιν εχειν καυστικην προσαγορευομεν , οὑτω και το μελος αξιουται , μα τον Δια μεγα ψευδεται . Το μεν γαρ παριστασθαι προς τας πραξεις ὁρμαν εστιν , και προαιρεισθαι · το δε μελος ου παρακαλουν , ὥσπερ λογος , ουδε νοειται προαιρετικον , κ' εμποιουν , ἁμα δε τους ολιγωρους διεγειρειν δια κρουματων , και τῳ εκλυειν την ραθυμιαν πα-

ρα-

... iis, quae ad agones ſpectant; quantumvis illa nos *arte* oblectari fatear. Et proinde abſciſſa ſaltatione ex dramatis, nihilo inferiores ſumus; quoniam in neutra earum erat, quod ad honeſtatem, & nobilitatem conduceret. Femineis vero *ſaltationibus*, licet poëmata ſine interruptione fiant, tantum abeſt, ut inde aliquid putem ope Muſicae ad nobilitatem, caſtitatem, & modeſtiam comparandam conferre poſſe, ut etiam valde lubricam, & ſuſpectam reputem eam ſcholam, ne unquam plura incitamenta det ad intemperantiam, & licentiam hodie debacchantem: de quibus alibi aliquando progreſſus verba faciam. ¶ Nunc autem progrediens lego, in dionyſiacis ſacris, quae Dionyſio auctore celebrantur, vetuſtum illud melos habere neſcio quid commovens, & excitans animos ad agendum. At, *inquam*, ſi divino illud adflatu inductum fuiſſe dicit, de hoc non laborabimus amplius inquirere; ſin vero, ut ignem dicimus naturaliter uſtorium, quod comburendi vim a natura habeat, ſic etiam melos iſtud exiſtimandum putat, mehercle valde fallitur. Addere enim animum ad agendum nihil aliud eſt, quam proprio impetu ciere, & prius operi manum admovere; melos vero neque hortatorium eſt, quemadmodum ſermo, neque concipitur ſuopte ingenio ad agendum ferri, & intus aliquid inferere, ſimul vero negligentes excitare poſſe pulſationum ope, & ſolvendo ſocordiam

CAP. V. An Muſica ſuapte natura vi movendi polleat?

prae-

V. 2. κἀν ἡμας) Hoc ſane referendum ad illud, quod in Praefatione *pag.* 14 animadvertimus, Epicurum ſcilicet, teſte Plutarcho ibidem citato, etſi Muſicam parvi penderet, ſpectaculis tamen fuiſſe oblectatum; qua in re eius diſcipulos imitatores habuiſſe non eſt ambigendum. Ait propterea Philodemus: *etſi nos* Epicureos *illa* arte athletica *oblectari fatear*.

V. 4. περιερρηγμενης) Omni procul dubio in ms. exaratum fuerat περιερρεμενης, licet elementa ρι & ρρ male ſint adfecta, & delineatoris obtutui non fuerint plane conſpicua. Ea tamen vox nihili eſt, & commodus inde ſenſus extundi nequit. Quare eam amanuenſis vitio una litterula γ decurtatam fuiſſe ſuſpicamur, & legendum περιερρηγμενης, quantumvis ſuperſcriptum το γ a Conrectore non adpareat. Sed mirum id videri non debet, cui iam & Librarii, & Conrectoris ſatis ſpectata ſit oſcitantia; atque adeo magis hac ipſa columna ſpectabitur, Vide *v.* 11, 15, 16, 17, 18. Quod ſi quis legere malit περιερξημενης, & ει pro η inrepſiſſe adfirmet, non interdicimus; eodem enim redibit ſenſus, ut vertendum ſit *abſciſſa a dramatis* ſaltatione, quod nempe reſpondet ei, quod infra *v.* 10 inculcat, h. e. *poëmata ſine chori interruptione* acta ſuo aevo fuiſſe.

V. 10. ποημαατα κατα το συνεχον) Reſpicit hoc in primis novam Comoediam, unde ſublatus fuit chorus; quare Plautus in *Pſeudolo*, Actum primum ſic claudit:

Tibicen vos interea hic delectaverit.

uti obſervavit Scaliger *de Tragoedia, & Comoedia*, aliique viri docti. Sed a Tragoedia etiam ſaltantes choros, qui eam olim, quaſi ſuo iure interſecabant, eius aevo excidiſſe dicendum eſt; ſiquidem indiſcriminatim ait ποηματα. Eoque ſane reſpicit Ariſtides Quintilianus, cum de choris, tamquam de re ſuo aevo antiquata loquitur *lib. II*: δηλα δε ταυτα κακ των παλαιων χορων ορχησεως, ἡς διδασκαλος ἡ ρυθμικη: *manifeſta autem haec fiunt ex veterum chororum ſaltatione, cuius magiſtra erat rhythmica*. Cave tamen putes, ſublatis e comoedia choris, ſaltationem ipſam abolitam fuiſſe. Mirum enim, quanta mox incrementa adceperit, cum Pylades & Bathyllus *pantomimorum* ſaltationem invenere, quae *ſaltatio italica* adpellata fuit teſte Athenaeo *lib. I cap.* 17; id quod Auguſto evenit imperante, uti ex Luciano *Dial. de Saltatione*, & ex Zoſimo diſcimus, non autem ipſo Auguſto inventore, ut male Suidas. Conſule Iſaacum Caſaub. in citatum Athenaei locum. Quare Plutarchus *Conv. Quaeſt. lib. IX quaeſt. ult.* de ſaltatione ſui aevi ſic conqueritur: αλλ᾽ ουδεν ουτως το νυν απολελαυκε της κακομουσιας, ὡς ἡ ορχησις . . . και γαρ αὑτη και πανδημονα τινα ποιητικην προσεταιρισαμενη, της δε ουρανιας εκπεσουσα εκεινης των μεν εμπληκτικων και ανοητων κρατει θεατρων, ὡσπερ τυραννος ὑπηκοον ἑαυτῃ πεποιημενη μουσικην ολιγην τινα: *enim vero nil hodie magis depravavit Muſicam, quam ſaltatio . . . Etenim ea ſibi in ſodalitium adſcita vulgari quadam poëſi, ſocietate caeleſtis illius poëſeos amiſſa in ſtultis & attonitis theatris obtinet, tanquam tyrannus ſubiugata ſibi quadam exili Muſica.* In theatris igitur ut plurimum eiuſmodi ſaltationes (uti etiam Lucianus docet *l. c.*) peragebantur quidem, eaſque infra reſpicit Noſter; ſed Comoediae, vel Tragoediae partem, uti antiquitus, non conſtituebant, quando Comoediae ſaltatio, dicta ὁ Κορδαξ, Tragoediae vero ἡ Εμμελεια propria erat.

V. 16. λιαν) Mendoſum eſſe λειαν, quod ms. habet, quiſque novit; nec tamen a Conrectore ſupervaneum ι obelo confixum adparet. Sic *v.* 17 pro διδαγμα habes δυδαγμα, & *v.* 19 pro ακολασιαν, αχολασιαν, quae omnia bonus Conrector fidenti oculo eſt praetergreſſus. Nonne autem hinc horum elementorum valde adfinem ſonum apud veteres arguere licet?

V. 18. μη ποτε πολλην αφορμην διδῳ κ. τ. λ.) De horum verborum lectione vide adnotationem ſequentem. Huiuſmodi autem Philodemi noſtri ſenſa, & quae infra prodit *Col. XIV*, abunde teſtantur, ſe nec adeo depravato animo fuiſſe, neque e ſuae philoſophiae principiis tam perditum voluptatis fautorem, ut intemperantiam, & libidinem vulgo probaret. Vide quod in praefatione *§. X pag.* 11 de eo protulimus Tullii teſtimonium. Quod autem publicae & praeſertim iuvenum honeſtati a theatris, eorumque Muſica merito eſſet timendum, docet Fabius Quintilianus *Inſtitut. Orat. lib. I cap.* 10, qui cum laudibus Muſicam mactaſſet, tamen ſubdit: *Quamvis autem ſatis iam ex ipſis, quibus ſum modo uſus, exemplis, credam eſſe manifeſtum, quae mihi, & quatenus Muſice placeat; apertius tamen profitendum puto, non hanc a me praecipi, quae nunc in ſcenis effeminata, & impudicis modis fracta, non ex parte minima, ſi quid in nobis virilis roboris manebat, excidit.*

V. 19. διδῳ) Huic voci ι ſubſcripſimus, licet librarius, qui toties iota poſt ω, ubi locus non erat, (uti in hac ipſa Col. *v.* 11 in απεχω) liberaliſſime adpinxerat, heic vicem rependens ſubripuerit. Putamus enim eſſe tertiam coniunctivi perſonam, quae τῳ δι-

διδαγμα

δαγμα referatur. Ceterum retineri poſſet διδω ſine ι in prima eiuſdem modi, ſi retineatur etiam in antecedenti verſu μηʹτε ποʹτε, atque dicamus male expunctam eſſe a correctore particulam τε. Tunc enim ſenſus foret: *nec ego unquam plura incitamenta dederim cet.* Atque inde magis magiſque ſuſpecta nobis erit huiuſce Correctoris auctoritas.

V. 21. ὡν υπομνησω που προβαινων) Hinc manifeſto arguimus alios περι μουσικης libros hunc fuiſſe conſequutos. Nec enim in toto hoc reliquo amplius, quod pollicetur, exſequitur.


V. 23. Διονυσιων συνηγμενων) Vox συνηγμενων, de qua dubitare non licet, ſatis ſuperque indicabat illud διο initium eſſe vocis διονυσιων; ſed quae ſequuntur de vi κινητικη και παραστατικη *illius cantus*, nos intime perſuaſos reddiderunt de Bacchanalium choris heic ſermonem inſtitui: qui quanto Muſicorum inſtrumentorum ſtrepitu, & concitatione pleni eſſent, nemo ignorat.

V. 24. υπο Διονυσου) Nihil melius nobis ſuccurrit, quo aliam mancam vocem, cui pariter initium foret δι, reſtitueremus. Nec enim novum videri debet Bacchum ipſum Bacchanaliorum inſtitutorem dici; ſiquidem a Diodoro Siculo adcepimus *lib. IV* Bacchum θεατρα καταδειξαι, και μουσικων ακροαματων συστημα ποιησαι, *theatra exhibuiſſe, & Muſicorum acroamatum ſcholas inſtituiſſe*: quin etiam docuiſſe πανταχȣ πανηγυρεις αγειν, και μουσικους αγωνας συντελειν, *ubique coetus agere, & Muſica certamina celebrare*. Quis neget igitur ab eo τα διονυσια συνηγμενα?

Ibid. το ανωθεν) Capite curtatam vocem ſic reficiendam non ambiget, qui noverit duplicia fuiſſe διονυσια, ſcilicet αρχαιοτατα, και νεωτερα h. e. *antiquiſſima, & recentiora*. Vide Thucydidis, Demoſthenis, aliorumque veterum Scriptorum loca, quae recenſet Petrus Caſtellanus in ſuo εορτολογιω, & Meurſius in *Graecia Feriata*. Antiquiſſimis igitur Bacchanalibus (quae ſua ſimplicitate Plutarcho περι Φιλοπλουσιας commendantur), eorumque Muſicae concedit utique Noſter, neſcio quam commovendi, & excitandi vim; dummodo neget eam ab ipſius Muſicae natura profectam.

V. 28. επιπνοιας) Sic fortaſſe reſtituendam hanc vocem concedet, qui meminerit, quae ad *Col. IV v.* 12, ubi Noſter οσιας θεοληψεις poſuit, adnotavimus, Divino ſcilicet adflatui ſacram Muſicam veteres ut plurimum adſcripſiſſe; propterea quod, ut ait Ariſtides, δια τας εν εορταις επιπνοιας εις το αδειν εξαγονται, *ob adflatus in feſtis ad canendum (ſenes) excitantur.*

V. 32. τω φυσιν εχειν) Stoicus profecto in ea ſententia fuerat, qua Ariſtides Quintilianus *lib. I*, ubi ait: εωρων (οι παλαιοι) την τε του πραγματος ισχυν, και την ενεργειαν την κατα φυσιν: *viderunt (veteres) ipſius rei vim, & efficaciam naturalem*; quapropter ita ſuam mentem explicaverat, Muſicam nempe vi κινητικη praeditam eſſe κατα φυσιν, non ſecus ac ignis vi urendi pollet. Id autem eſt, quod prorſus negat Philodemus toto hoc capite.



ΡΑ ΚΕΤΑ Ε ΙΛΕ ΤΑΣΧ
ΚΑΙΓΑΡ ΔΙΟΡΙ ΑΣΤΡ ΒΕΛΟΣΕ
ΦΗΚΙΝΗΤΙΚΟ ΕΙΝΑ ΦΥΣΕΙ
ΠΡΟΣΔΟΥΝ ΤΗΝΥΠΟ ΙΑΝ
ΤΗΝΟΥΤΩΚΩΦΗ Ν ΟΙΚΕΝΣ
ΠΕΣΠΑΣΘΑΙΤΟΙΣΕΛΑ ΝΟΥΣΙΝ
ΕΝΤΑΙΣΝΑΥΣΙΝΚ Α ΤΟΙΣΘΕΡΙ
ΖΟΥΣΙΝΠΑΛΑΙΚΑΙΤΟΝΟΙΝΟΝ
ΕΡΓΑΖΟΜΕΝΟΙΣΚΑΙΠΟΛΛΟΙΣ
ΑΛΛΟΙΣΤΩΝΕΠΙΠΟΛ ΑΣΥΝΤ
ΛΟΥΝ ΩΝΕΡΓΑΤΩ Ν ΟΡΓΑ
ΚΩΝΤΙΝΑΠΑΡΑ Υ ΝΤ
ΕΙΝΟΚΑΙΠΤΟΛΕΜΑΙΟ ΜΟΥ Ο
ΓΡΑΦΕΙΠΕΠΟΙΗΚΕΝ ΑΙΤΟ ΚΑ
ΘΕΛΚΟΥΣΙΝΑΛΛΟΥΧΟΤΙΚΕΙ
ΝΕΙΚΑΙΠΑΡΙΣΤΑΤΑΙΤΑΜΕ
ΛΗΠΡΟΣΤΕΣΠΡΑΞΕΙΣ ΦΙ
ΣΤΑΝΟΙΣΙΝΣΙΠΑΙ ΧΟ ΕΣ
ΤΗΝΜΟΥΣΙΚΗΝΣΥΤΕΤ ΤΕΣΥΝ
ΤΕΛΟΥΣΙΝΟΙΠΡΑΤΤΟΝΤ ΣΑ
ΝΕΥΔΕΜΟΥΣΙΚΗΣΗΙ ΤΟΝ
ΝΑΝΤΑΙΤΩΙΑΝΕΙ Ν
ΕΠΙΤΟΝΠΟΝΟΝΟΤΙ ΝΕΣΘΑΙ ΚΑΙ
ΚΟΥΦΟΤΕΡΟΝΤΟ Ν ΤΗΙ
ΡΑΜΕΙΞΕΤΙΣΗΑ ΗΣ Α
ΤΟΝΟΡΦΕ Α Η
ΧΗΝΤΗ ΣΩ ΕΛ ΑΚ
ΩΝΕΝΜ ΣΑ ΥΘ ΥΣΕ ΚΑ
ΤΟΥ ΙΘ ΥΣΚΑΙ ΡΑΘ
ΘΕΙΝ ΩΣΚΑΙΝ ΕΙ
ΩΘΑΜΕΝΥΠΕ ΒΣ ΕΣ ΑΕΧ
ΤΕΙΝΜ ΑΤΟΙΣΤΡΙΗΡΑ ΑΙΣ
ΩΣΠΕΡΟΣΤΩΙΚΟΚΑΝΑ ΩΣ
ΣΤΩΙΤΑΠΟΙΩΜΕΝ ΚΟ
ΔΟΜΟΙΣΔΙΑΤΑΥΤΑΦΗΣΟΜΕΝ
ΑΤΑΤΟΥΤΟΥ ΗΡΗ ΤΑ
ΧΑΡΙΕΝΑ ΤΩΜΗΜΟΝ ΦΑ
ΝΑΙ ΑΣΨΥΧΑΣΔΙΑΤΣΣ ΑΙ
ΠΩΣΤΟΜΕΛΟΣΚΑΙΤ Κ ΙΤΑ
ΣΩΜΑΤΑΚΑΘΑΠΕΡΠΡ Ε
ΠΙΤΕΝΟΝΤΑΑ ΩΕ
ΤΑΤΡΟΣΣΩΜΑΙΤ Ρ
Ε ΛΙΣΘΗΣΙΝΚ ΗΝ
ΔΙΟΚΑΙ ΕΧ
ΤΟΣΩ ΑΔΙ ΜΕ

COL. VIII

G. B. Malesci del. *Bart. Oratij inc.*

COLUMNA VIII.

ρασκευαζειν μελλοντας. Και γαρ διορισας το μελος εφη, κινητικον ειναι φυσει. Προς δ' ουν την ὑπονοιαν, την ουτω κωφην εοικεν επεσπασθαι το, τοις ελαυνουσιν εν ταις ναυσιν, και τοις θεριζουσιν παλαι, και τον οινον εργαζομενοις, και πολλοις αλλοις των επιπονα συντελουντων εργα των οργανων τινα παραζευγνυειν· ὁ και Πτολεμαιον ουτος γραφει πεποιηκεναι τοις καθελκουσιν. Αλλ' ουχ ὁτι κινει και παρισταται τα μελη προς τας πραξεις, ουτ' εφιστανουσιν οἱ παρεχοντες την μουσικην, ουτε τοτε συντελουσιν οἱ πραττοντες· ανευ δε μουσικης ἡττον δυνανται τῳ ανειμενους επι τον πονον γινεσθαι, και κουφοτερον πονον τῃ παραμειξει της ἡδονης. Καν τον Ορφεα μεν δια την εξοχην της εμμελειας δι' ακουωμεν μεμυθευσθαι και τους λιθους, και τα δενδρα θελγειν, ὡς και νυν ἡμεις ειωθαμεν ὑπερβολικως λεγειν, αλλα τοις τριηραυλαις, ὡσπερ ὁ Στωικος, αναμενως εφεστωτα ποιωμεν οικοδομοις; δια ταυτα φησομεν, ου δια τα τουτου ληρηματα. Χαριεν δε το, μη μονον φαναι τας ψυχας διατιθεσθαι πως το μελος, και το και τα σωματα, καθαπερ προσεπιτεινοντα· Αλλ' ουκ εννοειται προς σωματα, καθαπερ προς αισθησιν, και ακοην εχειν· διο καν . . . . φαινομενον

praeparare cunctantes. Etenim definiens melos ait, eſſe quid ſuapte natura commovens. Tradita igitur definitione tam abſurda, conſequens ei videtur, inde deductum eſſe morem adiungendi aliquod Muſicum inſtrumentum agentibus remos in navibus, & olim meſſoribus, & vinitoribus, & aliis compluribus laborioſa opera conficientibus; quod & Ptolemaeum iſte feciſſe ſcribit iis, qui naves ſubducerent. Sed non modo non excitant, & commovent ad laborandum cantus, ut neque operi intendant, qui Muſicam praebent, neque interea, dum canitur, opus perficiant operarii: ſine Muſica vero ideo minus valent, quia languidi in opus incumbunt; levior autem evadit labor voluptatis admixtione. Quod ſi audimus fabulis traditum eſſe Orpheum ſuae modulationis excellentia cum lapides, tum arbores pellexiſſe (quod nos etiam hyperbolice dicere ſolemus), num propterea ſimul cum tibicinibus conſtituemus, qui perpetuo, ut iſte Stoicus *iubet*, aedificatoribus praeſit? Aio equidem propter ea, *quae dixi*, non propter huius deliramenta. Lepidum vero illud eſt, quod ait cantum non modo animos quodammodo diſponere, ſed inſuper etiam corpora, tanquam ſi hoc pacto argumenti vim adaugeret. At non intelligit ad corpora cantum pertinere, veluti ad ſenſum, & auditum: propterea etiamſi . . . . phaenomenon

V. 6. τοις ελαυνουσιν) Pervulgata quidem apud veteres erat opinio , Muſica remiges , alioſque manu laborantes adiuvari; proinde minime parcebant tibias, aliaque Muſica inſtrumenta laborantibus adiungere. Hinc Ariſtides *lib. II* inter alios Muſicae effectus illum enumerat, quod ναυτιλιας και ειρεσιας , και τα χαλεπωτατα (ſic utique pro eo , quod extat apud Meibomium χαλεποτητα, legendum) των χειρονακτικων εργων ανεπαχθη ποιει των πονων γινομενη παραμυθιον, *navigationes, & remigia, difficillimaque manu laborantium opera levia reddit, laborum facta ſolatium.* Et Fabius Quintilianus *Inſtit. Orat. lib. I*: *eam natura ipſa videtur ad tolerandos facilius labores velut muneri nobis dediſſe: ſiquidem & remiges cantus hortatur; nec ſolum in iis operibus , in quibus plurimum conatus praeeunte aliqua iucunda voce conſpirat, ſed etiam ſingulorum fatigatio qualibet ſe rudi modulatione ſolatur* . Atque id profecto locum fecit Ariſtotelis problemati *Sect. XIX quaeſt. 29*: δια τι οἱ πονουντες, και οἱ απολαυοντες αυλουνται; *cur tam laborantes, quam fruentes ſolatio tibiæ cantu utuntur?* Iam vero cantus nauticus τριηρικον fuiſſe adpellatum , diſcimus ex Athenaeo *lib. XII*: idemque *lib. XIV c.* 2 multarum cantionum , quae a laborantibus canebantur, uſum, & nomina deſcribit (inter quas ιμαιον, ſive επιμυλιον, quae a molitoribus in piſtrino; ελινον, quae a terentibus; ιουλον, quae a lanificis; & λιτυερσην, quae a meſſoribus caneretur), deinde ſubdit: και των μισθωτων δε τις ην ωδη των ες τους αγρους φοιτωντων . . . . και βαλανειων αλλη . . . . και των πτισσουσων αλλη τις . . . ην δε και τοις ηγουμενοις των βοσκηματων ὁ βουκολιασμος καλουμενος: *fuit & mercenariorum in agros ad opus commeantium certa cantio . . . . & balneatorum alia . . . . alia etiam eorum , qui fruges pinſebant . . . . & eorum qui pecudes ad pabula ducebant , cantio dicta Bucoliaſmus* . At enim , inquies , huiuſmodi cantilenas τας ωδας adpellat Athenaeus , h. e. *voce pronunciatas* , atque ab aliis diſtinguit tibialibus cantionibus, quas ibidem recenſet, & cum ſaltatione fuiſſe peractas tradit : Noſter vero loqui videtur tantum de inſtrumentorum Muſica ; quandoquidem ait hiſce laborioſa opera perficientibus των οργανων τινα παραζευγνυειν. Verum quid vetat huiuſmodi ωδαις vel tibiae, vel alius inſtrumenti ſonum adiungere? Noſter vero , ſive potius eius adverſarius idcirco praeteritis carminibus , quae ab ipſis laborantibus concinebantur, των οργανων de induſtria meminerat, ut probaret, veteres ſervis, ſive mercenariis laborantibus inſtrumentorum pulſatores addidiſſe, nempe ut laborantes adiuvarent, neve quis putaret ea carmina unice ad laborem fallendum ex operarum ingenio cantari conſueviſſe . Et quidem inferius *v.* 16, argumentum hoc ubi declinat, huiuſmodi Muſicam adpellat τα μελη h.e. *carmina*. Quamvis minime nos fugiat aliquando το μελος pro αυλησει adcipi , ut obſervavit Caſaubonus in Athen. *lib. XIV cap.* 2.

V. 8. τοις οινον εργαζομενοις) Vinitorum quidem carmen dictum fuiſſe μελος επιληνιον , *ad torcular* habemus apud Pollucem *lib. IV cap.* 8 : επιληνιον αυλημα επι βοτρυων θλιβομενων : *cantus tibiae ad torcular , cum racemi premuntur:* & apud Athenaeum *lib. V*: επατουν δε ἑξηκοντα σατυροι προς αυλου αδοντες μελος επιληνιον: *calcabant vero ſexaginta Satyri ad tibiam canentes cantum torculari aptum* . Commemorant illud etiam *Longus* ποιμενικων *lib. II , & IV*, Philoſtratus *in Iconibus*, & Max. Tyrius *Diſſ. XIV*, quorum loca conlecta habes a Meurſio *De Saltationibus Veterum*. Atque idem ab Agathia *Anthol. lib. II num.* 29 βακχευτης ῥυθμος adpellatur .

V. 13. Πτολεμαιον) Quiſnam iſte fuerit Ptolemaeus, pro certo ſtatuere non poſſumus . De Philadelpho quidem ſuſpicari quis iure poſſet; ſiquidem ex Athenaeo, Appiano, aliiſque Scriptoribus didicimus , quanta prae ceteris eius in adparandis navibus fuerit μεγαλουργια, *ita ut earum multitudine omnes ſuperaverit* , ὡστε και πλοιων πληθει παντας ὑπερεβαλλεν , ut ſcribit *Athen. lib. V cap.* 9 ; ubi ingentem earum numerum ad multa millia excedentem recenſet . Sed nos de Philopatore potius heic mentionem fieri arbitramur ab eodem Athenaeo *loc. cit.* edocti . Is enim, cum ex Calliſthenis teſtimonio ingentis operis navim ordinum ſcilicet quadraginta , & ducentos octoginta cubitus longam a Philopatore aedificatam per partes deſcripſiſſet , denique quo pacto ea in mare deducta fuerit ſic narrat: καθειλκυσθη την μεν αρχην απο εσχαριου τινος , ὁ φασι παγηναι πεντηκοντα πλοιων πεντηρικων ξυλεια. ὑπο δε οχλου μετα βοης και σαλπιγγων κατηγετο : *ſubducta eſt initio cuiuſdam eſcharii ope , quod ex contignatione quinquaginta quinqueremium compactum aiunt* (quid ſic εσχαριον vide Caſaubonum, & Euſtathium ab eo relatum) ; *a populo mox cum clamoribus & tubarum ſonitu deducta fuit*. En igitur καθελκοντας Muſica excitatos Ptolemaei Philopatoris aſtu.

V. 14. 15. καθελκουσιν) Exempla quidem huiuſce verbi καθελκω ſic ελλειπτικως ſine

ullo

ullo caſus regimine poſiti non ſuppetunt. Sed cum ſolemne ſit Graecis dicere καθελκειν τας ναυς pro eo, quod Itali hodie dicunt *varare le navi*, & Latini *deducere* (uti etiam videre eſt in nuper adlato Athenaei teſtimonio), putavimus heic κατ' ελλειψιν tacitum fuiſſe adcuſandi caſum τας ναυς.

V. 24. κουφοτερον πονον) Profecto non male opinaſſe Philodemum, qui Muſicam idcirco laborantes adiuvare arguit, quia eos oblectans taedium laboris, & languorem repellat, ipſa ſuperius adlata Ariſtidis verba palam faciunt: quod ſcilicet Muſica τα χαλεπωτατα των χειρονακτικων εργων ανεπαχθη ποιει των πονων γινομενη παραμυθιον, *difficillima manu laborantium opera levia reddit, laborum facta ſolatium*. Atque Ariſtoteles adlati problematis: δια τι οἱ πονουντες, και οἱ απολαυοντες αυλουνται; *cur tam laborantes, quam ſolatio fruentes tibia utuntur?* ſolutionem quaerens, ait: η ἱνα οἱ μεν ἡττον λυπωνται, οἱ δε μαλλον χαιρωσι: *an ut laborantes minus angantur, fruentes ſolatio magis oblectentur?* Recte igitur hinc argui poſſe Muſicam τι κινητικον ειναι φυσει, *eſſe quid ſuapte natura commovens* negat Noſter.

V. 26, 27. την εξοχην της εμμελειας) Sic ſanari poſſe hunc textum putavimus, non tantum, quia ſenſus hoc ferebat, ſed etiam, Diodoro Siculo edocti, qui de Orpheo ſermonem inſtituens *Bibl. lib. IV* ſcribit: ποιημα συνεταξε το θαυμαζομενον, και κατα την ωδην εμμελεια διαφερον: *poëma mirificum & excellens modorum concinnitate compoſuit*. Idem porro ſenſus erit, ſi legas, ut alii, ευμελειας.

V. 29. τα δενδρα θελγειν) Si conferas Diodorum loco in ſuperiori adnotatione citato, non modo ita legendum eſſe concedes, verum etiam huiuſce Scriptoris verba ſub oculis Diogenis Stoici, dum ſcriberet, fuiſſe ſuſpicaberis, ait enim Siculus: επι τοσουτω δε προεβη τη δοξη, ωστε δοκειν τη μελωδια θελγειν τατε θηρια, και τα δενδρα: *uſque adeo eius gloria excrevit, ut modulatiſſimis carminum ſonis feras, & arbores delinire putaretur*. Quod ſi quaeras cur λιθους, *lapides* potius, quam θηρια, *feras* deliniviſſe Orpheum Diogenes meminerit; reponemus, quia maius erat miraculum prae feris lapides ſenſu omnino carentes mulcere. Ceterum & feras, & lapides, & arbores pellexiſſe fabula erat: ita Fabius Quintilianus *lib. I: Orpheum . . . . quod rudes quoque & agreſtes animos admiratione mulceret, non feras modo, ſed ſaxa etiam, ſylvaſque duxiſſe poſteritatis memoriae traditum eſt*. Pro θελγειν mendoſe ſcripſerat librarius θελθειν, ſed poſtea ipſemet emendavit. Illa enim nota, quae a circumflexo parum diſtat, eſt Γ inclinatum; quia in brevi interſtitio rectum iacere non poterat.


V. 32. αλλα τοις τριηραυλαις) In autographo quidem ita fuiſſe exaratum adparet: quae lectio ſi retineri velit, το αλλα interrogative explicandum, & intelligenda praepoſitio συν Attica ellipſi praeterita ante τοις, quo ſententia conſtet. Sed fortaſſe Auctoris manu profectum erat ἁμα, vel potius η ἁμα τοις τριηραυλαις; *numquid ſimul cum tibicinibus cet.?* Etſi autem τριηραυλης proprie dictus fuerit, qui tibia in triremibus caneret, ut vox ipſa notat, & apud Athenaeum *lib. XII*, & Pollucem *lib. I cap. 9* videre eſt; heic tamen γενικως pro quovis tibicine adcipiendum eſſe nemo inficias iverit.

V. 33. ωσπερ ὁ Στωικος) Hinc clariſſime evincitur Philodemus in Stoicum diſputare. Quis enim alius foret hic *Stoicus*, niſi ille ipſe, qui Orphei fabulam protulerat, ut Muſicae vim motricem ineſſe probaret? Propterea ſubdit *v.* 36: ου δια τα τουτου (ſcilicet του Στωικου) ληρηματα.

Ibid. αναμενως) Ita reficiendam vocem & litterarum veſtigia indicant, & ſenſus concedit. Analogice autem ex αναμενω, *ſubſtineo* fieri poteſt αναμενως, vel αναμονως, *conſtanter, permanenter, patienter*, uti ex εμμενω fit εμμενως, ex επιμενω επιμονως. Quod ſi pro reliquo illo ως legas οις, tum forte melius ſuppleas ανειμενοις; atque ſenſus erit: *num propterea remiſſis operariis praefectum cum tibicinibus conſtituemus?*

V. 36. δια ταυτα φησομεν) Propter ea ſcilicet, quae paullo ſuperius conceſſerat, h. e. laborem voluptatis admixtione leviorem fieri. Sed obſcure quidem, & ineleganter dictum.

V. 40. προσεπιτεινοντα) Ita legendum eſſe opinamur, etſi a lexicis abſit huiuſmodi decompoſitum προσεπιτεινειν: analogum enim eſt, non ſecus ac προσεντεινειν, συνεπιτεινειν, aliaque. Ea vero auctoris mens eſt, ut adverſarium ſugillet in ſuo argumento adornando rhetorice peccantem. Dum enim is κατ' επιτασιν amplificare ſuum argumentum vellet, potius minuit. Aiebat enim: *Muſica non ſolum animos, ſed etiam corpora adficit*, quaſi maius eſſet corpora, quam animos adfici re ſenſibili. Quod ſane Philodemus ridet.



G. B. Malesci del. Bart. Oratij inc.

COLUMNA IX.

νον ἐπιδειξαντα το παραχδοξοτερον ἐπιφερειν , ου μονον δε το σωμα λεγοντ' , ἀλλα και την ψυχην πως διατιθησιν . Ου μην ἀλλα θαυματος ἀξιον , πως ἐξ οὗ λεγει , δεικνυται το , και τα σωματα . Το γαρ προσωπον το σχηματισθεν , ὡς το των ᾀδοντων , ἐκινησε , και παρεστησε προς την ἐνεργειαν της ᾠδης , ουτε μελος ἐκινησεν το σωμα , και διεθηκε πως , ει μη μελος ἐστιν ὁ σχηματισμος . Το δε τον ζωγραφον ἐπιτυχειν της ὁμοιοτητος , ὅτ' ᾖσεν ὁ κιθαρωδος , ὑπο μεν του μελους την ἐπιτυχιαν θελει ποιειν · ἀλλα της ψυχης αυτης τι μαλλον , ἤπερ ἡ των καθελκοντων · ἰσχυν γαρ ἐμφαινει προς εἰληφοτας , ὅπερ ἐστιν σωματικον · ὥστ' ἐχρην ἐνηλλαχεναι , και δια μεν του ζωγραφου το την ψυχην κινεισθαι , ἢ προσβιβαζειν , δια δε των καθελκοντων το , και τα σωματα . Ἀλλ' ὡς δ' ἐπεζητησεν ἀν τις ὑπερηδεως , τι της ᾠδης συμβαλλομενης ὁμοιον , ἐγραψεν ἀδυνατων προτερον · ου γαρ δη ; και τεχνικωτερους γε ποιειν το μελος ἐνομισεν · ἡ μακαριος ἠν της συνεσεως . Ο δ' ἐπαγει τοις θαυμασιν τουτοις ἀλλα τερατα · κινητικον λεγει μαλλον εἶναι της λογιστικης διανοιας . . . .

. . . .

. . . .

non oſtendentem , quod magis praeter opinionem eſſet , ſuperſtruere , dicentem : non ſolum corpus, ſed etiam animum quodammodo adficit. Verumtamen admiratione dignum eſt, quomodo ex eo , quod ait , probet illud , etiam corpora. Perſona enim conformata in canentium morem commovit & excitavit ad cantus energiam , nequaquam melos movit corpus , & quodammodo adfecit , niſi velis melos eſſe habitum. Quod vero Pictor adſequutus ſit ſimilitudinem , dum caneret citharoedus , a cantu id factum eſſe vult ; ſed animae ipſius commotionem hoc potius probat , quam exemplum naves trahentium ; robur enim oſtendit adverſus capientes , quod eſt corporeum. Itaque ei permutandum erat, & per pictoris exemplum oſtendere animum moveri, & excitari, per trahentium vero illud, quod ait, etiam corpora. At cum lepidiſſime certus quidam requireret , quid in cantu conferat ad ſimilitudinem capiendam , ſcripſit abſurdorum maximum. Quidni enim? etiam peritiores reddere artifices melos reputavit : felix ſane homo cerebri erat . Hiſce vero ſuperaddit miraculis alia quoque monſtra : commovens ait eſſe melos magis, quam rationabilem ſententiam .

. . . .

V. ϛ. Ου μην αλλα) Cum oſtendiſſet ſuum adverſarium rethorice in argumentis digerendis κατ' αυξησιν peccaſſe, eumdem mox dialectica laborantem oſtendere ſatagit, utpote qui, dum probare vellet corpora Muſica percelli, vel iis argumentis uſus erat, quae ad rem nihil facerent, vel iis, quae potius demonſtrarent animos fuiſſe adfectos; contra vero cum de animorum impulſu loquutus eſſet, ea argumenta adtulerat, quae potius corpora impulſa indicarent.

V. 8. Το γαρ προσωπον) Locus profecto obſcuriſſimus, qui diu multumque nos torſit. Patet enim Philodemum in uſum eorum, qui Diogenis opus ſub oculis haberent, huiuſmodi σχεδιασμα ſcriptitaſſe. Nos autem, qui illius argumenta penitus ignoramus, quomodo huius mentem probe adſequemur? Id tamen certo certius eſt, eum, ne quid intentatum in adverſarium relinqueret, heic παρ' εργον non eius de Muſica opinionem, ſed inductiones inſectatur; propterea quia ex adlegatis ab eo exemplis, id quod intenderet, minime evinceretur, ſed potius quidvis aliud. Adlegata autem ab illo bina fuiſſe exempla adparet, quorum alterum reſpicit hoc primo commate: το γαρ προσωπον; alterum vero ſecundo commate: το δε τον ζωγραφον. Quando igitur nobis binas huiuſmodi hiſtoriolas invidit Philodemus, quod ad primam nihil aliud licuit expiſcari, niſi quod Stoicus retulerit, neſcio quem ab adſpectu fortaſſe comicae perſonae, cuius os in canentium morem comparatum fuerit, ad canendum fuiſſe excitatum, ut inde colligeret Muſicae ad corpora impellenda ενεργειαν. Cui non male reſpondet Philodemus: *ſi habitus canentis hominem ad cantum excitavit, non utique* μελος *quid valet ad corpus impellendum, niſi velis dicere* μελος *idem eſſe, ac* σχηματισμον, i. e. *habitum*. Verba igitur το προσωπον το σχηματισθεν, ως τε των αδοντων εκινησε, και παρεστησε προς την ενεργειαν της ωδης ſunt ipſa fortaſſe Stoici verba; quae autem ſequuntur ουτε μελος, κ. τ. λ. Epicurei reſponſionem continent. Quod vero ad alteram hiſtoriolam a Diogene relatam, ea profecto fuit cuiuſdam Pictoris, qui dicebatur ad vivum rem expreſſiſſe canentis citharaedi ope; cui Noſter adpoſite reponit, hoc exemplum ad oſtendendum potius Muſicae vim in animos, quam in corpora valere: contra vero exemplum ante ab eo adlatum των καθελκοντων, qui Muſicis inſtrumentis adiuvarentur, valere magis ad oſtendendum, quam vim Muſica in corpora exſereret; *etenim*, recte ait, *quod corporeum eſt, vim ſuam exſerit adverſum capientes*, h. e. *cum quis manu prehendit*; *atque idcirco permutandum illi fuiſſe*, & *pictoris exemplo utendum ad demonſtrandam animae commotionem* (ſiquidem in pictura vis ingenii, non corporis requiritur), *trahentium vero, ut oſtenderet corpora a Muſica impelli*.

V. 12. ου τε μελος) Melius profecto ου το μελος. Sed nitidum eſt in ms. το ε e librarii fortaſſe feſtinatione profectum.

V. 16. ζωγραφον) Quinam fuerit iſte pictor, prout eius hiſtoria heic indigitatur, a nullo veterum Scriptorum diſcere potuimus. Verum non levis orta eſt ſuſpicio, eum ipſum Theonem eſſe, de quo aliter narratio inſtituitur ab Aeliano *Var. Hiſt. lib. II cap.* 44. Principio enim ſic eius praeſtantiſſimam tabulam, quae adhuc ſuo aevo ſpectabatur, deſcribit: οπλιτης εστιν εκβοητων αφνω των πολεμιων εισβαλλοντων και δηουντων αμα, και κειροντων την γην· εναργως δε και πανυ εκθυμως ο νεανιας εοικεν ορμωντι εις την μαχην, και ειπες αν αυτον ενθουσιαν, ωσπερ εξ Αρεος μανεντα: γοργον μεν αυτω βλεπουσιν οι οφθαλμοι· τα δε οπλα αρπασας εοικεν, η ποδων εχει, επι τους πολεμιους αττειν· προβαλλεται δε εντευθεν ηδη την ασπιδα, και γυμνον επισειει το ξιφος, φονωντι εοικως, και σφαττειν βλεπων, και απειλων δι' ολου του σχηματος, οτι μηδενος φεισεται: *Vir eſt armatus, qui ad ferendum auxilium properat, quum hoſtes repentinam impreſſionem feciſſent, & agrum totum vaſtarent ac popularentur. Manifeſto autem, & prorſus animoſe adoleſcens videtur ad pugnam feſtinare: equidem diceres eum inſanire, quaſi Martis furore conreptum: torvum vident oculi: armis ſumtis videtur, quantum pedibus conniti poteſt, in hoſtes impetum facere: inde ſcutum protendit, & ſtrictum vibrat gladium, cladem cupienti ſimilis, oculis ad necem intentis, atque toto habitu minitabundus ſe nemini parſurum*. Poſt pauca deinde ſubdit: ου προτερον γε μην ο τεχνιτης εξεκαλυψε την γραφην, ουδε εδειξε τοις επι θεαν συνειλεγμενοις, πριν η σαλπιγκτην παρεστησατο, και προσεταξεν αυτω το παρορμητικον εμπνευσαι μελος διατορον τε, και γεγωνον οτι μαλιστα, και οιον εις την μαχην εγερτηριον. αμα τε ουν το μελος ηκουετο τραχυ, και φοβερον, και οιον εις οπλιτων εξοδον ταχεως εκβοηθουντων μελωδουση σαλπιγγι, και εδεικνυτο η γραφη, και ο στρατιωτης εβλεπετο, του μελους εναργεστεραν την φαντασιαν του εκβοηθουντος ετι και μαλλον παραστησαντος: *verum artifex non prius exhibuit picturam, neque congregatis ad ſpectandum propoſuit, quam tubicinem juxta conlocaſſet, quem iuſſit*

iuſſit carmen incitativum canere penetrans, & clamoſum, quam fieri poſſet maxime, & quod ad praelium incenderet. Simul ac igitur auditum eſt carmen aſperum & horrendum, atque tuba quaſi armatorum eruptionem canente, picturam oſtendit, & miles conſpectus eſt, quum efficaciorem cogitationem excurrentis militis in animis hominum cantus excitaret. Iſta quidem narratio longe abeſt ab ea, quam Noſter indigitavit. Non modo enim (quod levius foret) ubi hic σαλπιγκτην, ille κιθαρῳδον canentem facit, ſed (quod caput eſt) ille pictorem vult Muſica uſum, quo felicius in pingendo ſimilitudinem adſequeretur; hic vero, quo animos ſpectatorum, excitata pugnae φαντασια, incenderet. Nobis tamen ea ſedit opinio unam eamdemque eſſe hiſtoriam, ſed ab Aeliano conruptam, fortaſſe quia ſuo aevo ſic vulgo ferebatur. Etenim ſi adoleſcens in pugnam erumpens tam vivis coloribus a Theone fuerat expreſſus, uti αυτοπτης deſcribit Aelianus, id quidem & arguit viviſſima pictorem Φαντασια, dum pingeret, elatum, & minime eo ſtrategemate indiguiſſe, ut ſuam deinde tabulam ſpectatoribus probaret; quin ita ſibi, ſuaeque picturae minus conſuluiſſet. Quanto enim vividior pugnae Φαντασια ſpectatorum mentes praeoccupaſſet, tanto minus muta effigies percellere poterat. Veroſimilior ergo hiſtoria ea videtur, quae pictoris Φαντασιαν Muſica inflammatam tradat. Et re quidem vera *concipiendis viſionibus, quas φαντασιας vocant, Theonem Samium* excelluiſſe auctor eſt Quintilianus *Inſtit. Orat. lib. XII cap.* 10.

V. 20. αλλα της ψυχης αυτης) Poſt haec verba aliquid deeſſe videtur; ſententia enim manca & obſcura eſt. Quare integrum ςοιχον excidiſſe feſtinanti librario remur. Supple igitur κινησιν επιδεικνυται, vel tale quid.

V. 22. ισχυν γαρ εμφαινει κ. τ. λ.) Haec profecto verba Epicureorum ſententiam reſpiciunt, qui praecipuam corporum proprietatem *in tactu*, εν ἁφῃ, ſive εν αντιτυπιᾳ, *in reſiſtentia* conſtituebant. Statuebant enim referente Ariſtotele *Phyſic. IV*: σωμα ἁπαν ειναι ἁπτον: *omne corpus eſſe tangibile*. Quare Epicureus Lucretius *lib. I* cecinit:

Tangere enim, & tangi ſine corpore nulla poteſt res.

& mox:


Tactus corporibus cunctis, intactus inani.

Conſule, ſi lubet Gaſſendum *de Philoſophia Epicuri*. Secundum hanc igitur doctrinam Philodemus contendit Stoicum inepte protuliſſe Pictoris exemplum, qui militis ſimilitudinem ope Muſicae eſſet adſequutus, ut probaret *etiam corpora* vi Muſices percelli. Corporeum enim illud pingendi opus non erat; ſiquidem figura coloribus expreſſa, quatenus figura eſt, corpus non eſt, ſed corporis qualitas. Omne enim, quod tactui non reſiſtit, corporeum dici nequit. At mirum non eſt, ſi Stoicus ſecundum ſua placita figuram corpus eſſe adfirmaverit. Siquidem, Plutarcho teſte *in Stoicos*, Chryſippus *diem, noctem, diluculum, Kalendas, nonas*, & his ſimilia corpora eſſe docuerat. Quare Chaeronenſes concludit: ταυτα παρα τας κοινας βιαζονται προληψεις *adverſus communes opiniones iſta obtrudunt*.

V. 30, 31. αλλ' ὡς δ' επεζητησεν αν τις) Quiſnam iſte fuerit, qui huiuſmodi expoſtulationem Diogeni obiecerat, plane ignorare cogimur. Sed procul dubio ab ipſomet Stoico in ſuo libro relata fuerat, ut eidem aliquo pacto ſatisfaceret: ideo, quod maxime αδυνατον erat, ex Philodemi mente, is ſcripſerat, h.e. cantum eius eſſe naturae, ut artifices quoſque peritiores redderet; atque adeo non mirum, ſi pictorem in ſimilitudine capienda adiuverit.

V. 37. η μακαριος ην της συνεσεως) *O te Bollane cerebri felicem* aiebat Flaccus *Sat. 9 lib. I*, quia Bollanus eo eſſet ingenio, ut quamlibet moleſtiam facile ferre poſſet: Noſter vero μακαριον της συνεσεως dicit hunc Stoicum, qui quidvis facile perſuaderetur.

V. 41. μαλλον της λογιςικης διανοιας) Ab huiuſmodi opinione, quae adeo abſurda viſa eſt Philodemo, non abhorruit Ariſtides Quintilianus, qui *lib. II pag.* 63 Muſicam ipſa Poëſi efficaciorem putavit, his verbis: και ποιησις μεν ακοῃ μονῃ δια ψιλων χρηται λεξεων· αλλα ουτε παθος αει κινει δια (lege cum Meibomio ανευ) μελῳδιας, ουτε ανευ ρυθμων οικειοι τοις ὑποκειμενοις. Σημειον δε· και γαρ ει ποτε δεοι κινειν κατα την ἑρμηνειαν παθος, ουκ ανευ του παρεγκλινειν πως την Φωνην επι την μελῳδιαν το τοιουτο περιγινεται: μονη δε μουσικη και λογων και πραξεων εικοσι παιδευει: *& Poëſis quidem auditu ſolo per nuda verba utitur: ſed nec adfectum ſemper movet ſine modulatione, nec ſine rhythmis illum ſubiectis verbis adcommodat. Signum huius rei hoc eſt, quod, ſi quando in interpretatione adfectum movere oporteat, hoc ſine aliqua vocis ad modulationem inclinatione non conficiatur: at ſola Muſica cum orationum, tum actionum imaginibus erudit.*



COL. X

G. B. Malesci del. *Bart. Orazj inc.*

COLUMNA X.

ὑποδειγμα και το μονον, ὁτι ποτε το του Κρεξου ποημα, καιπερ ουκ ον αναρμοστον, πολυ σεμνοτερον φαινεται του μελους προστιθεντος· και τους ὑμνους τους εν Εφεσῳ, και τους ὑπο των εν Λακεδαιμονι χορων αδομενους μηδεν ποιησειν παραπλησιον αφαιρεθεντος, αποχρην ενομισεν προς αποδειξιν του μαλλον κινειν, ουθεν δε λογισαμενος, ὁτι ρᾳδιως, προς αὐτον· ὁ μεν ερει μηδεεν προς σεμνοτητα, και λογιστικην εμφασιν ποιειν το μελος διατορωτερον, αλλα τερψιν ακοης προστιθεν αι μονον· ὁ δε δια την προσυπολαμβανομενην τιμην των Θεων, και των ανδρων, ου δια το μελος εμφαινεσθαι την καταλλαγην· ὁ δε ταχ᾽ αν τουτο μεν γινεσθαι, την δε διανοιαν του ποηματος αδομενου και προσακουασθαι. Διο δ᾽ ὑπο των αρχαιων τετιμησθαι την μουσικην ιδιωτῃ μεν, καπαιδευτῳ τεκμηριον κεισθαι της ευχρηστιας συγγενως, τῳ πεπαιδευμενῳ δε, και μαλλον ετι φιλοσοφῳ μεγ᾽ αν ονειδος επιφερεσθαι. Και μην τι δ᾽ ὑπο των Στωικων αξιουμεν, ὁτι μην εστι μυρια αλλα των μηδεν αγαθον παρασκευαζοντων, ενια δε και παμπονηρα προενηγμενα κατα την σοφιαν μη τιμωμενα; . . . . . .

. . . .

hoc uno uſus argumento, quod Crexi poëma, quamquam per ſe non inconcinnum, multo auguſtius videtur addito cantu; & hymni, qui Epheſi, & Lacedaemone a Choris canuntur, haud tantumdem efficiant in auditorum animis, ſi cantum auferas, ſatis ſuperque id putavit eſſe ad probandum, quod adſumſerat, h. e. magis, muſicam movere, *quam verborum ſententiam*: nihil ſecum reputans, quod facile ipſi fuiſſet, videlicet: Eſt qui dicat nihil efficacius adferre melos ad gravitatem conciliandam, & ad ſententias exprimendas, ſed auribus tantum praebere oblectamentum: alii vero propter praeſumtum Deorum, atque hominum honorem, non propter ipſum cantum eam adparere differentiam *putant*: alii denique id fortaſſe ita ſe habere, & ſenſum poëmatis, quod canitur, penetrantiorem evadere opinantur.

CAP. VI. Generali argumento, quod in honore apud veteres fuerit Muſica, obviam itur.

¶ Quapropter quod apud antiquos in honore fuerit Muſica, id quidem rudi, & inliterato viro argumentum eſſe utilitatis ipſa veluti cognatione propoſitum, inſtructo autem, & praeſertim philoſopho magnum dedecus *id argumentationis genus* inducere *autumo*. Et ſane numquid per Stoicos *Muſicam* aeſtimabimus, quia innumera quidem ſunt alia, quae nihil boni praebeant, *quorum aliqua ſunt reiecta*, aliqua vero, & omnino mala producta ſunt, ſecundum Sapientiam nullo honore habenda? . . . .

V.2. Κρεξȣ) Huiſce Crexi Poëtae, ac Muſici mentionem facit Plutarchus in *De Muſica*, & inter primos Muſicae veteris novatores numerat: Κρεξος δε και Τιμοθεος, και Φιλοξενος, και οἱ κατ' αυτην την ἡλικιαν γεγονοτες ποιηται φορτικωτεροι και φιλοκαινοι γεγονασι, τον φιλανθρωπον, και θεματικον νυν ονομαζομενον διωξαντες: *Crexus autem*, *Timotheus*, *atque Philoxenus*, *aliique circa eam aetatem poëtae aliquanto importuniores*, *& novitatis fuere ſtudioſi*, *eum adfectantes modum*, *qui nunc humanus & thematicus adpellatur :* & infra : ετι δε των ιαμβειων τα μεν λεγεσθαι παρα την κρουσιν, τα δε ᾳδεσθαι Αρχιλοχον φασι καταδειξαι, ειθ' οὑτω χρησασθαι τους τραγικȣς ποιητας· Κρεξον δε λαβοντα εις διθυραμβον χρησασθαι αγαγειν. Οιονται δε και την κρουσιν την ὑπο την ᾠδην τȣτον πρωτον ευρειν: *adhuc autem iambicos verſus partim recitari ad inſtrumentorum pulſationem*, *partim cantari ab Archilocho monſtratum dicunt*, *deinde a tragicis poëtis uſurpatum*; *idque Crexum adcepiſſe*, *& ad dithyrambum traduxiſſe*. *Putant etiam pulſationem*, *quae ſub cantilenam fit*, *ab eo primum inventam*.

V. 5. προςιθεντος) Sic procul dubio haec vox eſt retinenda, non vero, ut imperitus Conrector refinxit, προςειθεντος adpicto ε ſupra ι.

V.8. εν Εφεσῳ) Quinam fuerint Epheſii iſti hymni, expiſcari apud veteres non licuit: fortaſſis fuere iidem, qui in Dianae honorem canebantur, dicti ουπιγγοι. De quibus conſule Pollucem, & veteres Lexicographos; nec non Spanhemium in *Callimachum pag.* 3 & 331.

V. 9. εν Λακεδαιμονι) De choris Lacedaemonum ſic Plutarchus in *Laconicis Inſtitutis :* Τριων νυν χορων οντων κατα τας τρεις ἡλικιας, και συνισταμενων εν ταις ἑορταις. Ὁ μεν των γεροντων αρχομενος ᾐδεν. Αμες ποθ' ημες αλκιμοι νεανιαι· ειτα ὁ των ακμαζοντων ανδρων αμειβομενος· Αμες δε γ' εσμεν, αι θελης, αυγασδεο· ὁ δε τριτος ὁ των παιδων· Αμες δε γ' εσσομεσθα πολλῳ καρρονες. Και οἱ εμβατηριοι δε ρυθμοι παρορμητικοι προς ανδρειαν, και θαρραλεοτητα, και ὑπερφρονησιν θανατȣ, οἷς εχρωντο εν τε χοροις, κᾳν προς αυλον επαγοντες τοις πολεμιοις: *Tres enim chori erant in feſtivitatibus pro triplicis ratione aetatis*, *quorum princeps ſenum ſic canebat :* Olim iuventutem nos ſtrenuam egimus; *cui reſpondebat alter virorum aetate vi entium chorus*: Fortes ſumus nos: fac, ſi vis, periculum; *tertius puerorum canebat* : Nos erimus his praeſtantiores plurimo. *Embaterii quoque moduli ad fortitudinem*, *audaciam*, *mortiſque contemtum animabant*, *quibus utebantur & in choris*, *& ad tibiam incurrentes in hoſtes*. Procul dubio triplicis iſtius chori poëſis, ea non erat, ut ſine Muſica animos admodum percelleret.

V.12. τȣ μαλλον κινειν) Id procul dubio reſpicit, quod ſuperius *Col. antecedenti v.* 40, 41 ſcripſerat : κινητικον λεγει μαλλον ειναι της λογιστικης διανοιας. Idcirco laxiori verſione uſi ſumus.

V. 13. ουθεν δε λογισαμενος) MS. legentibus quidem obiicit (ut in ſchemate) ολγαγισαμενος, vel ολιγαγισαμενος, ſed utraque vox inaudita, & nihili eſt. Etſi enim dicas ex ολιγος fieri poſſe ολιγαγιζω, unde ολιγαγισαμενος; nullum tamen inde ſenſum expiſcabere. Nam quid aliud ſignificare poſſet ολιγαγιζειν, quam *imminuere*, vel *parvi facere:* quae quidem ſignificationes textui minime ſuffragantur. Legi fortaſſe poſſet quam minima mutatione δε λογαρισαμενος (alterum enim Γ pro detrito inferius Ρ adcipi poteſt) quaſi aoriſtum primum deſcendens a λογαριζομαι, quod verbum idem eſſe, ac λογαριαζω, *ratiocinor* dicendum foret απο τȣ λογαριȣ derivatum. Sed quia Lexicographis, & Grammaticis ignotum eſt huiuſmodi derivatum, nec penitus την αναλογιαν ſervat, ne nos in tricas ſponte coniiceremus, ſatius duximus reſtituere δε λογισαμενος : ni mavis λογαριασαμενος; ſenſus enim idem eſt, & textui quadrat.

V. 15. ὁ μεν ερει) Haec ipſa eſt ſententia Epicuri, quam tuetur Noſter, h. e. ſuapte natura nihil aliud Muſicam praeſtare poſſe, quam aurium oblectationem, quam proinde ut eius ſcopum conſiderat: contra quam Muſicae laudatores, qui ut eam nobilitarent, hoc perfracte negabant: atque eam Muſicam, quae ad voluptatem excitandam unice intenderet, repudiabant. Hinc Ariſtides *lib. II*: ἡδονην επιφερουσαν την ᾠδην φευγτεον· ουτε γαρ ἅπασα τερψις μεμπτεον, ȣτε της μȣσικης αὑτη τελος· αλλ' ἡ μεν ψυχαγωγια κατα το συμβεβηκος, σκοπος δε ὁ προκειμενος ἡ προς αρετην ωφελεια: *cantus*, *qui voluptatem adfert*, *eſt fugiendus*. *Nec enim omnis delectatio eſt reprehendenda*, *nec Muſicae ipſa eſt finis*. *Sed illa quidem animi recreatio eſt per adcidens*, *ſcopus vero propoſitus eſt ad virtutem capeſſendam utilitas*. Plutarchus etiam *Convival. lib. VII quaeſt.* 5 id pertractat: Οτι δει μαλιστα τας δια της κακομουσιας ἡδονας φυλαττεσθαι, και πως φυλακτεον: *maxime cavendum eſſe a voluptatibus*, *quas depravata praebet Muſica*, *& quomodo cavendum*.

V. 17,

V. 17, 18. διατορωτερον) Sic legendum rati ſumus, ab Aeliano edocti bene dici μελος διατορον: ita enim *lib. II cap.* 44 ſcribit: παρορμητικον εμπνευσαι μελος, διατορον τε: *incitativum tibia canere melos, & penetrans.* Intellige autem heic διατορωτερον της ποιησεως, *poëſi penetrantius.*

V. 20. ὁ δε) Cui potiſſimum adſcribenda ſit haec altera opinio, uti etiam tertia, (cuius meminit infra *v.* 24. *& ſeq.*) plane neſcimus: ſed profecto iis philoſophis, qui Muſicae non admodum ſtuderent, utraque tribuenda.

V. 24. την) Illud prorſus novum elementum, quod alterum in hoc verſu exhibetur, non e librarii manu, ſed corrugata papyro e duobus ſimul adglutinatis H & N proceſſit.

Ibid. καταλλαγην) Haec vox reſpicit, quod ſuperius dixerat *v.* 11, 12 μηδεν ποησειν παραπλησιον αφαιρεθεντος, differentiam ſcilicet, quae in eodem poëmate adpareret, ſi modo nuda voce, modo cum cantu recitaretur.

V. 28. δια δε) Ex adlata opinionum varietate protinus anſam ſumit convellendi aliud Diogenis argumentum, quod ex veterum commendatione deſumebatur, hoc pacto differens:
„ Si tam variae ſunt veterum hac in re opiniones, ecquis non videt eſſe viri idiotae &
„ minime inſtructi eo argumento abuti, in honore ſcilicet apud veteres Muſicam fuiſſe,
„ quaſi una eademque fuerit omnium mens antiquorum? Eadem enim res variis de cauſis
„ probari, & commendari poteſt. Sic profecto Muſicam (ut ait infra *Col. XI v.* 16 *&*
„ *ſeq.*) multa adiuncta conſpicuam fecere, & oblectationis gratia paſſim recepta fuit.
„ Falſum ergo eſt eam συγγενως eſſe ευχρηστον.

V. 29. αρχαιων) *Nam quis ignorat* (ait Fab. Quintilianus *Inſtit. Orat. lib. I cap.* 10) *tantum iam illis antiquis temporibus non ſtudii modo, verum etiam venerationis habuiſſe, ut iidem Muſici, & vates, & ſapientes iudicarentur?*

V. 32. της ευχρηστιας) Ut huius ſupplementi ratio, totiuſque loci ſatis adfecti ſenſus conſtet, operae praetium eſt celeberrimam Stoicorum doctrinam de προηγμενοις, & αποπροηγμενοις in memoriam revocare. Zeno enim id unum ſuapte natura *bonum* dixit, quod eſſet *honeſtum*, αγαθον μονον το καλον, idemque eſſe αἱρετον, *eligendum*, atque ωφελες, *utile*, reliqua omnia αδιαφορα, *indifferentia* adpellavit, inter quae ſcilicet forent, Plutarcho ridente, ληπτα και ουκ αἱρετα, οικεια και ουκ αγαθα, και ανωφελη μεν ευχρηστα δε, *ſumenda, & non expetenda; apta naturae, non bona; inutilia, ſed tamen commoda. Indifferentium enim* (ait Cato apud Tullium *De Senectute*) *alia aeſtimabilia eſſe, alia contra, alia neutrum. Quae aeſtimanda, eorum in aliis ſatis eſſe cauſae, quamobrem quibuſdam anteponerentur, ut in valetudine, integritate ſenſuum, vacuitate doloris, divitiis, gloria; alia autem non eſſe huiuſmodi: itemque eorum, quae nulla aeſtimatione digna eſſent, partim ſatis habere cauſae, quamobrem reiicerentur, ut dolorem, morbum, ſenſuum amiſſionem, partim non. Atque hinc exortum eſſe illud, quod Zeno* προηγμενον, *contraque quod* αποπροηγμενον *nominavit.* Et *III De Fin.* ea nomina explicans ait: *ut nemo dicit in regia Regem ipſum quaſi productum eſſe ad dignitatem* (*id eſt enim* προηγμενον), *ſed eos, qui in aliquo honore ſint, quorum ordo proxime adcedit ad Regium principatum; ſic in vita, non ea, quae primario loco ſunt, ſed quae ſecundo* προηγμενα *nominentur.* Ad ſummam quaecumque non per ſe bona forent, ſed communi gauderent aeſtimatione, ea dici vetuit αγαθα, *bona*, ſed adpellari iuſſit αδιαφορα προηγμενα, *indifferentia producta.* Hinc Seneca *Ep.* 74. *Bona illa ſunt vera, quae ratio dat: cetera opinione bona ſunt. Itaque commoda vocentur, &, ut noſtra lingua loquar, producta.* Et paucis Laërtius *in Zenone:* προηγμενα τα αξιαν εχοντα, *aeſtimationem habentia.* Ea idcirco, etſi *expetenda* eſſe negabant, *ſumenda* certe concedebant, utpote quae, licet ωφελοτητα, *utilitatem* non haberent, gauderent tamen ευχρηστια, *commoditate.* Haec ipſa fuſius tractata invenies a Lipſio in ſua *Manuduct. ad Stoic. Philoſ. lib. II Diſſert.* 23. Jam vero his probe intellectis facili negotio Philodemi mentem adſequeris. Quoniam Stoicus Diogenes ſuae ſectae placitis inſiſtens, inter τα αγαθα recenſere Muſicam non poſſet, inter προηγμενα numeraverat, eo quod publica aeſtimatione praeſertim apud veteres uſque floruiſſet, idque τεκμηριον κεισθαι της ευχρηστιας, *ſignum*, ſi non utilitatis, certe *commoditatis* adſeruerat; idcirco Noſter reponit huiuſmodi vulgaribus τεκμηριοις uti eſſe proprium idiotae, & inliterati viri, philoſopho vero, & inſtructo valde probroſum. Proinde ſubdit: „ Numquid ſecundum Stoicos opinabimur innumerabilia alia fore,
„ quae nullum per ſe bonum pariunt, quorum tamen aliqua ſunt reiecta, alia vero, & quidem omnino mala *producta* ſunt? " Sic enim ſequentem contextum reſtituendum duximus, uti mox dicemus. Huc etiam reſpicit *Col. ſeq. v.* 15, & *Col. XXXIV v.* 16. Veruntamen Stoicos ſecum ipſos pugnare docet Plutarchus *lib. De Stoic. Repug.* in ipſis προηγμενοις de-

finiendis: de Cryſippo enim ait: ȣτω δε το προηγμενον τω αγαθω συναγαγων εγγυς ενταυθα και συμμιξας, εν ετεροις παλιν ȣδεν ειναι φησι τȣτων καθολȣ προς ἡμας αλλ᾽ αποσπαν τον λογον ἡμας και αποστρεφειν απαντων των τοιȣτων: *ita cum admodum propinquum bono conſtituiſſet productum, & quaſi miſcuiſſet, alio rurſum loco dicit, nihil eorum ad nos adtinere, iubetque mentem ab his omnibus avertere*. Non mirum igitur ſi Diogenes inter προηγμενα Muſicam cenſens tantopere commendet.

Ibid. συγγενως) Sic legimus conruptam hanc vocem: etſi in fine verſus poſt συ non adpareat γ: vel enim detritum eſt, vel amanuenſis vitio omiſſum, vel in verſum alterum male translatum.

V. 35. μεγ᾽ αν ὀνειδος) Sic reſtituimus, apta ducentes ea verba oſtendendo, quantum Philoſophos vulgi argumentis uti dedeceat. Plutarchus *De Stoic. Repugn.* ſic Chryſippum adloquitur: τȣς ὡν καταγελας, και καλεις ονειδη των ερωτωντων: *ſermones, quos inrides, & probra interrogantium vocas*.


V. 36. επιφερεσθαι) Nulla dictio potior ſuccurrit, quae ſenſui ſimul, & συνταξει praecedenti congrueret, & litteras in exemplari reſiduas επ retineret.

Ibid. μην) In αυτογραφω apertiſſime legitur μαν, quod tamen pro μην, non quidem ſcriptore noſtro δωριζοντι, ſed librario feſtinante, poſitum duximus.

V. 40. ενια δε) Heic integrum comma deſiderari res ipſa clamat. Particula enim δε praecedenti μην, & προηγμενα, quae ſequuntur, τοις αποπροηγμενοις reſpondere debent. Pro certo igitur habeas in αυτογραφω ſcriptum fuiſſe ενια μεν αποπροηγμενα, tum ſequenti verſu ενια δε. Sed amanuenſis cum tranſcripſiſſet primum το ενια, retortis iterum ad exemplar oculis, παρωρων in alterum το ενια incidit, quod ei fraudi fuit, atque exinde ſuperioribus omiſſis tranſcriptionem eſt proſequutus. Supple igitur confidentiſſime: ενια μεν αποπροηγμενα, ενια δε και παμπονηρα προηγμενα. Sic enim, ut diximus, Stoici τα αδιαφορα, *indifferentia* (ea nempe ſunt τα μηδεν αγαθον παρασκευαζοντα, *nullum per ſe bonum adferentia*) partiebantur.

V. 41. προενηγμενα) Ex iis, quae huc uſque adnotavimus, liquido inferes binas litteras εν perperam a librario in hanc vocem inſertas expungendas eſſe. Confidentiſſime igitur lege προηγμενα.

CO-



COL. XI

G. B. Malesci del. *Bart. Oratij inc.*

COLUMNA XI.

. . . ουδενος αξιουμενα ὑπο των σπουδαιοτερων; η τουναντιον, ἑως πλειστη ἡ μουσικη μεχρι των συμποσιων προβαινουσα; Τω δε και μαινομενους αει τους πολλους νομιζοντι, και παντελως ουκ εξεστι επι τας κρισεις καταφευγειν αυτων· τοις δε καταφευγουσιν ουδεν ἡττον αυτην αποδοκιμαστεον την μουσικην δια την των ὑστερον αμελειαν. Ου μην αλλα δη ποιητικον εστιν προηγμενον· κ' αυτην μουσικην τα συμπλακεντα περιβλεπτον εποιησεν, και δια την τερψιν ὁμως, και την ψυχαγωγιαν, αλλ' ου δια τα προς τουτων μυθολογουμεν' απεδεχθη παλαι, κ' ουδ' αλλως ἡ κατασκευη του κεφαλαιου, ταχα δε και προτερον αλλων χρηστοτερα. Το γαρ λελεχθ' απο μουσων μουσικην, οἱς και πασαν παιδειαν, και τεχνας ὁσας αναφερουσιν, και καταρχας πανταχη αρχεσθαι το αγριον ποτε, ουδε και πασιν αναγκαιον ειναι λαβειν, ουδε τον Θεμιστοκλεα μη γινωσκειν, καιπερ οντα και φρονιμωτατον, και στρατηγικωτατον ακηκοως ειδηκαμεν . . . . . .

. . . .

quæ nihili a cordationibus viris reputantur? an contra, interea dum univerſa fere Muſica ad convivia pervenit? Huic vero noſtro, qui homines pleroſque inſanire putat, non licet ad eorum iudicia confugere; iis autem qui ad ea confugiunt, nihilo minus improbanda eſt Muſica, propterea quod recentiores eam omnino negligunt. Verum enim vero Poëtica eſt producta, Muſicam autem, quae eidem cohaerebant, conſpicuam effecere; ac propter oblectamentum, & animi diſtractionem, non propter fabulas ab iſtis enarratas olim recepta fuit: neque aliter initia comparavit, fortaſſe etiam primitus prae aliis rebus utilior. Novimus enim a Muſis factum fuiſſe Muſicae nomen, quibus univerſam inſtitutionem, & artes quaſcumque adceptas referunt, & ab initio feritatem fuiſſe ubique dominatam; minime vero novimus univerſis neceſſe fuiſſe *Muſicam ſtricte ſumtam* adripere; neque ſane Themiſtoclem eam cognoſſe, licet peritiſſimus, & ſummus audiret Imperator . . .

V. 5. συμποσιων) De Muſica in conviviis vide, quae mox adnotabimus ad *Col. XVI*, & *XVII*, ubi de ea pluribus diſputat Noſter.

V. 6. τω δε και μαινομενȣς) Heic apertiſſime ſuum adverſarium Philodemus Stoicorum dogmatum arguit. Reſpicit enim celebre Porticus παραδοξον, quod Tullius enunciat: ὁτι παντες οἱ αφρονες μαινονται, *omnes ſtultos inſanire*. Propterea addit v. 8, και παντελως. Scitum enim eſt, Stoicis, ut virtutum, ita peccatorum aequalitatem fuiſſe perſuaſam: itaque ſtultos ex eorum ſententia non plus minuſve, ſed ex aequo omnes omnino, ac totaliter inſaniſſe. Hinc Laërtius *in Zenone*: παντας τε τȣς αφρονας μαινεσθαι, ȣ γαρ φρονιμȣς ειναι, αλλα κατα την ισην τη αφροσυνη μανιαν παντα πραττειν: *omnes ſtultos inſanire, neque enim prudentes eſſe, ſed per aequalem ſtultitiae inſaniam omnia facere*. Et elegantiſſime Flaccus *II Sat.* 3:

> *Quem mala ſtultitia, & quaecumque inſcitia veri*
> *Coecum agit, INSANUM Chryſippi porticus & grex*
> *Autumat. Haec populos, haec magnos formula reges*
> *Excepto ſapiente tenet. Nunc accipe, quare*
> *Deſipiant OMNES aeque, ac tu, qui tibi nomen*
> *Inſano poſuere* . . . . . .

Philodemi igitur argumentatio ſic procedit. „ Ex communi veterum ſuffragio infert Dioge- „ nes, Muſicam eſſe inter τα προηγμενα, atque proinde ευχρηστον: atqui huiuſmodi ratiocinio „ ſibimet repugnat is, qui multitudinem omnem inſanientem putat. Si multitudo enim e „ ſtultis conficitur, ſtulti omnes omnino inſaniunt; quomodo ergo Muſicam utilem dice- „ mus ob id, quod multitudini fuerit probata? Huic igitur, ſi ſibimet conſtare cupiat, „ ad multitudinis iudicium provocare non licet „. Enimvero Stoici non ſatis ubique ſuis principiis conſonos Plutarchus arguit in libro, quem *De Stoicorum Repugnantiis* adornavit.

V. 10. τοις δε καταφευγȣσιν) Melius τοις αλλοις δε, h. e. „ *aliis non Stoicis*, qui ad „ multitudinis iudicium iure confugiunt, nec inde argumentum ſumere licet; quia multitu- „ do ipſa recentiorum Muſicam neglexit „. Legentibus enim: τω ȣκ εξεστι επι τας κρισεις των πολλων καταφευγειν, τοις δε καταφευγȣσιν κ. τ. λ. *huic non licet ad multitudinis iudicium confugere, iis vero, qui confugiunt* &c. videri poſſet *illum* ad vulgi iudicium non provocaſſe, quod contra eſſe ex antecedentibus, & conſequentibus diſcimus. Non male igitur ſuſpicamur voculam αλλοις ab exſcriptore omiſſam.

V. 13. τον ὑστερον αμελειαν) Poſteriores Muſicam & conrupiſſe, & neglexiſſe querela eſt Plutarchi, Ariſtidis, aliorumque, qui vel obiter, vel ex profeſſo de Muſica ſcripſerunt. In pluribus etiam Scriptoris Noſtri aevo Muſicae uſum deſiiſſe & ipſemet variis in locis inſinuat, & aliunde etiam novimus. Sic vidimus *Col. IV* a ſacris fuiſſe deturbatam: & *Col. V* in nuptiis epithalamiorum cantum exoleviſſe; a puerorum autem ſcholis, & a conviviis etiam exulaſſe videbimus *Col. XII*, & *XVII*. Eius igitur argumenti vis eſt. „ Si „ multitudinis iudicio ſtandum eſt, non minus hodie αποδοκιμαστεον την Μȣσικην, *improbanda* „ *eſt Muſica* propter vulgarem recentiorum incuriam, quam olim fuerit probanda propter „ veterum ſuffragia.

V. 14. ου μην αλλα δη) Cum primo obiter reſpondiſſet, vulgare veterum iudicium Muſicae ſuffragari non debere, utpote quod vel ſecundum ipſa Stoicorum dogmata eſſet flocci-faciendum, vel recentiorum opinione redargueretur; propius ad Stoicum confutandum adcedit hoc pacto. „ Verum enim vero, ſi τα προηγμενα quidquam valere debent, utique „ προηγμενον εστι ποιητικον, quod dignitatem habet, non Muſica; hanc autem plura ſimul ad- „ gregata conſpicuam reddidere, nec alia ſane de cauſa olim recepta fuit, niſi propter ob- „ lectamentum, animique diſtractionem.

V. 21. μυθολογȣμενα) Hanc vocem, vel κενολογȣμενα, vel quid huiuſmodi contextus requirere videtur.

V. 25. χρηστοτερα) Utiliorem ab initio prae aliis artibus fatetur fuiſſe Muſicam, quod oblectamenti ope primorum hominum feritatem demulcere quiverit, ut ex iis, quae ſequuntur adparet.

V. 27. οἱον πασαν παιδειαν κ. τ. λ.) Quod univerſam inſtitutionem Muſis adceptam veteres retulerint, teſtis eſt Suidas: Μȣσα ἡ γνωσις απο τȣ μω, το ζητω, επειδη απασης παιδειας αυτη τυγχανει αιτια. εικοτως ȣν οἱ αρχαιοι μȣσαν αυτην εκαλεσαν: *Muſa*, cognitio *a verbo* μω, *quod eſt* inquiro; *quoniam univerſae inſtitutionis ipſa eſt cauſa: merito igitur veteres Muſam ipſam adpel-*

adpellaverunt. In poſtremo autem hoc commate pro μουσαν legendum eſſe μουσικην quovis pignore contendimus. Si enim *Muſa univerſae inſtitutionis eſt cauſa*, merito *univerſam inſtitutionem* veteres *Muſicam* dixerunt: ſecus inepta eſt Suidae ταυτολογια. Atque hoc quidem ſenſu ſaepe veteres *Muſicam* adcipiebant, ut univerſam bonarum artium inſtitutionem denotarent. Sic apud Ariſtophanem in *Equitibus Act. I ſc. 2.* fatur Agoracritus:

Αλλ' ω' γαθ' ουδε μουσικην επισταμαι,
Πλην γραμματων, και ταυτα μεντοι κακα κακως.
At ego, vir bone, nullam artem didici Muſicam,
Praeterquam litteras, & male quidem has malas.

Ubi opportune adnotat Scholiaſtes: ὁτι μουσικην την εγκυκλιον παιδειαν Φησι: *quippe Muſicam adpellat univerſam inſtitutionem*. Atque hinc latiſſima *Muſicorum* adpellatio, ut *iidem*, teſte Fabio Quintiliano, *Muſici, & Vates, & Sapientes iudicarentur*. Vide quae adnotabimus ad *Col. XXVI*, & *XXIX*. Idem porro της μουσης etymon απο του μωσθαι tradiderat Plato in Cratylo, & poſt eum Phornutus in *De Natura Deorum*: καλουνται δε μουσαι απο της μωσεως: *Muſae dicuntur ab inquiſitione*. Alias etymologias videſis apud Lil. Greg. Gyraldum in *Syntagmate de Muſis*. Confer, quae Noſter habet *Col. XV, & XXXIV*.


V. 30. αρχεσθαι) An αρκεισθαι? Ita fortaſſe melius, ut indicaret ab initio feritatem ope Muſicae abactam fuiſſe. Sed in αυτογραφῳ viſitur εσθαι. Feritatem autem ubique fuiſſe olim dominatam, Muſicoſque adpellatos fuiſſe eos, qui abegerunt, teſtatiſſimum eſt apud veteres: atque huc non inepte plerique Lini, Orphei & Amphionis fabulas referebant. Ita Macrobius *in Somn. Scip. lib. II c. 3: Et ita delinimentis canticis occupatur; ut nullum ſit tam immite, tam aſperum pectus, quod non oblectamentorum talium teneatur adfectu. Hinc exiſtimo & Orphei, vel Amphionis fabulam, quorum alter animalia ratione carentia, alter ſaxa quoque trahere cantibus referebantur, ſumſiſſe principium: quia primi forte gentes vel ſine rationis cultu barbaras, vel ſaxi inſtar nullo adfectu mobiles ad ſenſum voluptatis canendo traxerunt.*

Ibid. το αγριον) Sic Ariſtides *lib. II pag. 67*: τους μεν γαρ ουτ' εν μελεσιν αυλοις, ουτ' εν ψιλῃ ποιησει μετεσχηκοτας αγροικωδεις παντάπασι, και ηλιθιους εωρων: *illos enim, qui nec in ipſis cantibus, nec in nuda poëſi exercitati eſſent, agreſtes omnino ac ſtolidos videbant.*

V. 31. ουδε και πασιν) E generali Muſices adceptione, qua omnem ſcientiarum inſtitutionem complecteretur, male concludi adfirmat, Muſicam ſtricte ſumtam, h. e. cantum, & inſtrumentorum pulſationem, omnibus eſſe neceſſario addiſcendam: quod Themistoclis exemplo confirmat.

V. 33. τον Θεμιστοκλεα) De Themistocle heic verba fieri nemo fortaſſe in dubium revocabit, qui, ut ſcribit Quintil. *Orat. Inſtit. lib. I, cum (lyrae) ſe imperitum confeſſus eſſet, ut verbis Ciceronis utar* (Tuſc. 1) *habitus eſt indoctior*. Rem autem ſic narrat Plutarchus in eius vita: επει και των παιδευσεων τας μεν ηθοποιους, η προς ἡδονην τινα, η χαριν ελευθεριαν σπουδαζομενας οκνηρως και απροθυμως εξεμανθανε . . . . . ὁθεν ὑστερον εν ταις ελευθεραις και αστειαις λεγομεναις διατριβαις ὑπο πεπαιδευσθαι δοκουντων χλευαζομενος, ηναγκαζετο Φορτικωτερον αμυνασθαι λεγων, ὁτι λυραν μεν ἁρμοσασθαι, και μεταχειρισασθαι ψαλτηριον ουκ επισταται, πολιν δε μικραν, και αδοξον, ενδοξον και μεγαλην απεργασασθαι: *ſiquidem etiam diſciplinas morales, vel ad voluptatem, vel urbanitatem exquiſitas ſegniter & lente adripiebat ..... unde poſtmodum, cum derideretur ab iis, qui videbantur liberalibus & urbanis exculti exercitiis, compulſus eſt adrogantiore reſponſo ſe tueri: lyrae ſe aptandae, tractandive pſalterii eſſe rudem; ſed noſſe, quomodo urbem, quam parvam adcepiſſet & obſcuram, claram & magnam redderet.*

V. 36. ακηκοως) Ita legendum adparet, licet ſyntaxis non bene admodum conſtet. Sed hoc σχεδιασμα eſſe feſtinationis plenum iampridem animadvertimus.



COL. XII

Malesci del. *G. Aloja inc.*

COLUMNA XII.

των τι βαρβιτισαι θυμον αμαλδυνοντα, και φωνην εν οινῳ, και γλυκυ τρωγαλιον αυτην ειναι λεγοντων παρα τα δειπνα· τουτο μεν φωνειν, ὡς επεγειροντων τινων μελων, και την διανοιαν εντεινοντων προς την ὁμειλιαν, και την αρμοττουσαν αναστροφην. Το τοινυν ὑπο των αρχαιων και προς αγωγην παραλαμβανεσθαι παιδων εις ὑποτυπωσιν αρετης τετευχε λογου (πλην ισως της ευσεβειας, προς ἡν ἡδεως αν ηκουσαμεν αυτου αρτι, και ὑποληψεις συμβαλλομεν), ἡ κατα γε το μουσικον ειδος ὑποτυποι, τῳδε και προς την των ανδρων· ὡστε και τοτε ενεργειν πως οικοδομιαν μαρτυρουσιν περι Ζητῳ· το γαρ μεμουσωσθαι μονον επαινουσιν, το δε μη, λοιδορουσιν, και των χειροτονιων απειργουσιν. Ὡν το μεν γε γενηται, το δε μηδαμως παιδων ὑπαρχοντων, και νεων δυναται λεγεσθαι, και εχειν ουτως· εις γαρ δη τοις ανδρασιν εσομενην αρετην προετυπουντο. Τι γαρ δει λεγειν ὑπερ τουτον φιλοσοφον, ᾧ αξιοπιστον εφαν' ἑαυτου τας φασεις των βωμολοχωτατων αποδειξεις νομιζειν; . . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

jubentium aliquid ad barbitum ludere hominem, qui animum ſimul, & vocem vino conruperit, & aientium dulce quoddam bellarium ipſam eſſe poſt convivia: hoc quidem dicere, quaſi quidam cantus excitent, & intendant mentem ad conloquia, & ad concinnam converſationem. Iam vero de eo, quod a veteribus etiam adſumta ſit Muſica ad puerorum inſtitutionem, ut ad virtutem informarentur, iam diſputatum eſt (exceptis modo iis, quae de pietate dixit, de qua iucunde eum diſputantem nuper audivimus, & iam congerimus reſponſiones), quae virtus ſecundum Muſicae ſpeciem animos informet, nec non ad virorum *inſtitutionem:* itaque, *ait*, teſtantur ipſi facto Zeti, quandoque etiam aedificandi ſtudium Muſica excitari. Etenim *ii* Muſica *pueros* erudiri unice laudant, & qui eruditi non ſint, vituperant, & a comitiis prohibent. Quarum rerum prima reapſe evenit, altera vero de pueris & adoleſcentibus neque dici, neque eſſe ita poteſt; ii enim ad eam virtutem, quae in viris mox futura erit, praeformantur. Quid enim dicendum eſt adverſus philoſophum, qui ſibimet dignum putet ſummorum ſcurrarum verba pro demonſtrationibus adcipere? . . . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

V. I. *&* *ſeq.* τι βαρβιλισαι κ. τ. λ.) Heic procul dubio loquitur de veterum ſententia, qui Muſicam in Conviviis idcirco adhibendam cenſebant, quia ipſa animis, corporibuſque vino conruptis mederetur, ſic Plutarchus *de Muſica*: εις ωφελειαν, και βοηθειαν την μεγιστην αυτοις καιροις παρελαβε μουσικην, λεγω δε εις τα δειπνα και τας συνουσιας των αρχαιων· συνεβαινε γαρ εισαγεσθαι μουσικην, ὡς ἱκανην αντισπᾶν, και πραϋνειν την του οινου ὑποθερμον δυναμιν· καθαπερ που φησι και ὁ ἡμετερος Αριστοξενος· εκεινος γαρ ελεγεν εισαγεσθαι μουσικην παρ' ὁσον ὁ μεν οινος σφαλλειν πεφυκε των αδην αυτω χρησαμενων τα τε σωματα, και τας διανοιας, ἡ δε μουσικη τη περι αυτην ταξει τε και συμμετρια εις την εναντιαν καταστασιν αγει τε, και πραϋνει: *adſcivit (Homerus) utilitatem, & auxilium Muſices opportuniſſimo loco, in coenas inquam, & in convivia veterum. Ideo quippe eam his adhiberi receptum fuit, quod in oppoſitum retrahere, & vim caloris vini mitigare valeret, quemadmodum alicubi ait etiam noſter Ariſtoxenus. Dixit enim ille Muſicam introductam in coenas eſſe, quod, ſicut vinum nimis ipſo utentium & corpora, & mentes labefactet; ita Muſica ſuo ordine & concinnitate in contrarium ſtatum abducit, atque ſedat.*

V. 9. προς την ὁμειλιαν, και την ἁρμοττουσαν αναστροφην) Idem fere Plutarchus *Convivalium lib. VII. quæſt.* 8. ſub Diogeniani perſona de Muſica praedicat: εν δε τω πινειν ου θαυμασαιμ' αν ει το τερπνον αυτων και γλαφυρον ἁμα και πλασιν τινα, και κατακοσμησιν επιφερει συνεξομοιουσαν τα ηθη τοις επιεικεσι, και φιλανθρωποις: *inter bibendum autem non miror ſi iucunditas eorum (carminum) & elegantia quamdam ſimul conformationem & compoſitionem inducat, quae mores ad manſuetorum & benevolorum hominum imitationem in converſando effingat.*

V. II. το τοινυν) De Muſica παιδευτικη ſatis initio diſputantem audivimus: cur ad idem nunc redit argumentum? Quia nempe ſuum adverſarium κατα ποδα perſequi ſibi propoſuit. Proinde ait: τετευχε λογου. Nam initio θεωρητικως quaeſtionem tractaverat, ut iam pridem animadvertimus: num ſcilicet Muſica informandis animis ſuapte natura valeret? heic vero argumento facti occurrere ſtudet, veterum ſcilicet auctoritati, qui ea uſi ad huiuſmodi opus dicebantur.

V. 12. των αρχαιων) Plutarchus item de hoc inſtituto, tanquam antiquato loquitur, in *de Muſica*: Φανερον ουν εκ τουτων, ὁτι τοις παλαιοις των ἑλληνων εικοτως μαλιστα παντων εμελησε πεπαιδευσαι μουσικην· των γαρ νεων τας ψυχας ῳοντο δειν δια μουσικης πλαττειν τε, και ρυθμιζειν επι το ευσχημον: *ex his autem planum fit priſcis Graecis haud iniuria id praecipue curae fuiſſe, ut adoleſcentes Muſica diſciplina imbuerent: horum enim animos exiſtimabant Muſicae opera fingi, atque concinnari ad decorum poſſe.* Proinde paullo poſt queritur: επι μεν τοι των καθ' ἡμας χρονων τοσουτον επιδεδωκε το της διαφορας ειδος, ὡστε του μεν παιδευτικου τροπου μηδεμιαν μνειαν, μηδε αντιληψιν ειναι, παντας δε της μουσικης ἁπτομενους προς την θεατρικην προσκεχωρηκεναι μουσαν: *iam vero noſtris temporibus tantum eſt receptum diſcriminis, ut eius Muſicae, quae ad diſciplinam puerorum facit, nulla memoria iam extet, nullaque cura ſit: omnes, qui animum ad Muſicam adpellunt, theatris ſervientem Muſam amplectuntur.* Conſule, ſi libet, *Ariſtid. Quintil. lib. II. p.* 68. de hac Muſica παιδευτικη, quam ad centum uſque dies veteres adhibebant, differentem. Ab Athenaeo autem *lib. XIV. cap.* 5. diſces, quomodo apud antiquos Arcadas pueri, imo iuvenes ad triceſimum annum Muſica educarentur. Philoſophicas porro huiuſce moris rationes invenies apud Platonem in *III. de Repub.* ubi de puerorum animis per Muſicam informandis pluribus differit. Hinc Tullius *II. de legibus*: *Adſentior Platoni nihil tam facile in animos teneros ac molles influere, quam varios canendi modos, quorum dici vix poteſt, quanta ſit vis in utramque partem.*

V. 14. παραλαμβανεσθαι) Facili negotio hanc vocem reſtituimus, ſiquidem hoc ſenſu apud Graecos ſcriptores eſt uſitatiſſima. Sic apud Ariſtidem l. c. την παιδευτικην και μεχρι των ἑκατον ἡμερων παρελαμβανον, *eruditivam ad centum uſque dies adhibuere*; & apud Athaeneum l. c. τους πρωτους Αρκαδας εις την ὁλην πολιτειαν την μουσικην παραλαβειν, *antiquos Arcadas in univerſam Reipublicae moderationem Muſicam adhibuiſſe.* Et Plutarchus *De Muſica pag.* 1140. ipſiſſima verborum conſtructione: ὁλην την επιστημην προς τε θεων τιμην, και την των νεων παιδευσιν παλαμβανεσθαι: *totam (Muſicae) diſciplinam Deorum venerationi, & puerorum inſtitutioni fuiſſe impenſam.*

V. 15. τετευχε λογου) Paullo ſuperius, quantis veteres laudibus Muſicam extulerint, mentio facta erat, praecipue, quia animis excolendis inſerviret: quod quo ſenſu adcipiendum foret, Noſter explicavit. Adrepta autem heic occaſione de Muſices uſu apud antiquos,

quos, ut pueros, atque viros ad virtutem manuducerent, verba facere Diogenes iterum occoeperat, atque e veſtigio Philodemus. Hinc reſtituimus τετευχε λογου; eadem enim mox utitur Φρασει in *Col. ſeq. v.* 8. επειδε λογου τετευχεν.

V. 16. πλην ἑσω]ης ευσεβειας, προς ἡν αν ηκουσαμεν) Muſicam ſacram, quae Deorum cultum reſpiceret, veluti της παιδευτικης partem fuiſſe habitam, iam adnotavimus *Col. IV. v.* 2. Hinc intelligere datur, cur de veteri puerorum inſtitutione per Muſicam dixiſſe teſtatus, de ευσεβεια excipiat, & de ea ſe iam dicturum polliceatur. Id autem praeſtat *Col. XX*; ubi *v.* 28 ſic incipit: ὡστ' εφ' ἁ γραφει περι της ευσεβειας μεταβαντες, λεγωμεν κ. τ. λ. & *Col. XXI.* Diogenem inridere pergit, quod ſibi perſuaſerit Deorum ſingulos diverſis cantibus flecti, & oblectari; quod prorſus reſpondet verbis, quae heic ſequuntur: ἡ κα]α γε το μουσικον ειδος ὑποτυποι.

V. 20. ειδος) ſic reſtituenda videtur haec vox ſecundum reſidua elementorum veſtigia. Poſſet tamen legi etiam ηθος ſine ullo ſententiae detrimento. Quid enim ſit ηθος μουσικον docuimus in *ſchol. ad Col. III v.* 14.

Ibid. ὑποτυποι) Hoc utique reſpondet ſuperioribus verbis: εις ὑποτυπωσιν αρετης.

V. 24. εν Ζητῳ) Zetum intellige geminum Amphionis fratrem, de quibus Homerus *Odyſſ.* λ:

Οἱ πρωτοι Θηβης ἑδος εκτισαν ἑπταπυλοιο,

Qui primi Thebarum ſedem condiderunt ſeptem portas habentium.

aliique paſſim; poſt quorum teſtimonia, quae proferre neceſſe non eſt, cur, inquies, Zetum potius, quam Amphionem teſtem producerent, cum de virtute Muſices in excitanda etiam οικοδομια veteres illi loquerentur? praeſertim cum norimus paſſim uni Amphioni eius aedificationis gloriam tribui: ut Horatius *lib. III Od.* 8.

Movit Amphion lapides canendo,

& de Arte Poët. v. 394.

Dictus & Amphion Thebanae conditor arcis
Saxa movere ſono teſtudinis.

At vero ſic rem compone. Amphion Muſicus excellens ferebatur a Jove ipſo cithara canere edoctus, ut Heraclides Ponticus apud *Plut. de Muſica*, vel a Mercurio, ut Epimenides Corcyraeus, Pauſanias in *Boeot.* & Horatius teſtantur; contra vero Zetus longe diſſimili aſperoque ingenio a Muſis abhorrens, uti diſcimus ab eodem Flacco *Epiſt.* 18. *lib. I.*

Gratia ſic fratrum geminorum Amphionis, atque
Zeti diſſoluit: donec ſuſpecta ſevero
Conticuit lyra.

nec non ab Athenaeo *lib. VIII cap.* 10, qui Stratonici αποφθεγμα refert in quemdam nomine *Zetum* de Muſica differentem, *minime*, aiebat, *te decet de Muſica diſſerere, qui nomen tibi elegeris a Muſis alieniſſimum, ſiquidem non Amphionem, ſed Zetum te adpellas.* Graece eſt: μονῳ δη ουκ εφη προσηκειν περι μουσικης λαλειν, ὁς γε το αμουσοτατον των ονοματων ἑιλου, ει σεαυτον αντ' Αμφιονος Ζη]ον καλεις. Cum tamen nihilominus Zetus operis ſocius fratrem in aedificandis Thebis adiuvaſſet, id profecto uni Muſices ενεργεια tribuebant, & inter innumera eius artis miracula cenſebant, quod inter reliqua ſaxa, etiam lapideum fratrem teſtudinis ope Amphion demulſiſſet. Ea enim eſt ſaxorum allegoria per Solinum *cap.* 13: *non quod lyra ſaxa duxerit, ſed quod ſuaviter adfatus homines rupium adcolas, & incultis moribus rudes ad obſequii civilis pellexerit diſciplinam.* Recte igitur Noſter: *aliquando Muſica homines ad aedificandum fuiſſe excitatos, in teſtimonium citant Zetum.*

Ζητον vero potius, quam Ζηθον (de quo adhuc controverſum fuerat) ſcribendum eſſe codex noſter eſt auctor.

V. 25. το γαρ μεμουσωσθαι μονον) Non aliter legi poſſe videtur, ſi detrita elementa illa, quae inter ω & μ comparent, retinere velis; quod ſi illa delenda duces, utpote punctis fortaſſe, quae nunc conſpicua non ſint, confixa, rectius leges: τον γαρ μεμουσωμενον επαινουσιν, τον δε μη κ. τ. λ. Haec autem verba uſque ad απειργουσιν Diogeni procul dubio ſunt referenda, atque a Philodemo adlata, ut ea brevi confutatione explodat.

V. 26. τον δε μη) Supple ex propinquo μεμουσωμενον. Interſtitium enim omnino requirit, ut]ον δε legamus.


V. 28. ὡν το μεν γεγεννηται) Fatetur utique Philodemus veteres laudibus mactaſſe τους παιδας μεμουσωμενους, *pueros Muſica excultos.* Explicuit enim ſuperius, quo ſenſu *Muſicam*

antiqui ſumſerint; ita ut *μεμουσωσθαι* idem ſit, ac *diſciplinis inſtitui*, ut plane apud Ariſtophanem in *Lyſiſtrata:*

Τους δ' εκ πατρος τε, και γεραιτερων λογους
Πολλους ακουσασ' ου μεμουσωμαι κακως.
Tum ſaepe dicta patris audiens mei,
Atque ſeniorum haud ſum inſtituta perperam.

negat vero alterum, h. e. a comitiis prohibitos fuiſſe pueros, qui Muſicam non norint; quippe pueri in comitiis locum habere non poterant. Leviuſcula ſane reſponſio: ſtricte enim de pueris intelligit, quae adverſarius procul dubio latius de viris ſcripſerat. Quam ſuae reſponſionis levitatem, cum ipſemet agnoſceret Philodemus, illis ſubiectis verbis ſe tuetur: τι γαρ δει λεγειν υπερ τουτον φιλοσοφον: *quid enim dicere oportet adverſus huiuſmodi philoſophum?* quaſi dicat, ſe ridiculis argumentis ridiculas reſponſiones conſulto obieciſſe.

CO-



ΚΡΙC ΑΙΠΟΝΗΡΟΥC ΕΓΟ
ΝΕΝ ΤΟΥCΤΟΤΕΦΙ CΟ
ΒΟΥ ΟΥCΑΛΛΟΥCΟΙCΟΥC
ΕΚΑ ΑΝ ΥΠΕΡΒΑΝΤΕCΧ
ΔΗ ΡΟΥΝΤΑΠΕ ΤΙ Ω
ΦΡΟ ΝΗCΕΙΡΗΜΕΝΑΚΑ
ΤΗC ΕΙΑCΕΠΕΙΔΙ ΛΟ
ΓΟΥ ΥΧΕΝΕΠΙΤΑΠ ΡΙ *
ΤΩΝΕ ΥΤΩΝΒΑΔΙΖ ΜΕΝ
ΠΡΟ ΜΕΝΔΗΤΟΚΑ ΚΟΥ
ΚΑΙ ΓΑΛΟΥΤΗCΕΡΩΤ ΚΗ
ΟΡΕΞ CΟCΗCΗΝΠΕ ΗΝΟ
ΟΥCΙ ΑΝΕΛΛΗΝΕCΑ ΡΕ
ΤΙΙΝ ΟΤΙΧΙΙΝΕΙΝΑΙ ΝΟ
ΜΙ Ν ΕΛΑCΤΩΝΟΥ
ΜΕΤ CΕΠΙΤΑΥΤΟΔΟΚΕΙΝ
ΜΕΝ ΝΕΡ ΕΙΝΠΡΟCΡΟΗ
ΑΝ ΤΡΦΗΝΕΤΩΤ ΤΩΝ
ΜΕΝ ΦΩΝΙΙC ΜΕΧ
ΝΩΝ ΠΟΙΟΤΗ ΙΜΟΝΟΝΤΟΥ
ΔΕΛΟ ΩΙΔΙΑ ΟΝ
ΤΙΤΟ ΛΙΟΝ Β ΒΕ
ΡΟΝΚ ΑΠ ΗΡ
ΤΙ ΟΜ ΟΥΚΑΙΠ Ο
ΜΕΝC Μ ΕΧ ΙΑΝC
Μ ΘΑΤΟΤΤΟ CΤΟ
CΦΟΙ ΤΕΡΑΙC
ΑΙΝΗ ΛΕΠΕΙΝC
ΚΕΝΑΦΟΡΜΗCΕΙC ΙΝ
ΚΑΙΑΚΟΛΑCΙΑΝ Ι
ΘΕΙΔΟΚ ΙCΗ Α Λ
ΗΜ CΙΚ ΚΑΤΑΨ
ΠΡΟCΔΕΤΟΥΤΟΙCΩC
ΔΗCΜΕ ΚΟΤΩCΕΙ
ΠΕΟCΝ ΩCΑΝ
ΕΝΕΤΩΕΗ ΝΟΜ
ΠΕΡΙΑΠΤΕΙ ΡΩΤΑ
ΒΟΥΛΕΤΑΙΚΑ ΤΙΜΟΘΕ
Ε ΚΑΤΩΝ ΟΙΜ
Λ ΥΗΜΑΤΑ Ρ
ΑΤΑΔΗ
ΑΙΤΩΝ ΙΛ
ΜΕΛΙ
Ω

G. B. Malesci del. *Gius. Aloja inc.*

COLUMNA XIII.

κρισθαι, και πονηρȣς γεγο-
νεναι τȣς τοτε φιλοσο-
φȣς, και τȣς αλλȣς οσȣς
εκακισεν. Υπερβαντες
δη τοιγαρȣν τα περι της σω-
φροσυνης ειρημενα, και
της ανδρειας, επειδη λο-
γȣ τετευχεν, επι τα περι
των ερωτων βαδιζωμεν.
Προορωμεν δε το, κακȣ
και μεγαλȣ της ερωτικης
ορεξεως ουσης, ἣν γε δη νο-
ουσιν οἱ πανελληνες, αρε-
την ερωτικην ειναι νο-
μιζειν καταγελαστον ȣ
μετριως, επι τ' αυτο δοκειν
μελη συνεργειν προς ορθην
αναστροφην ερωτος, των
μεν εν φωνης κειμε-
νων ποιοτητι μονον, τȣ
δε λογω τω διδασκον-
τι το ματαιον και βλαβε-
ρον και απληρωτȣ, κ' ορ-
γιζομενȣ, και συμβαλλο-
μενȣ, μεχρι αν εναντιω-
μεθα τȣτοις τοις φιλο-
σοφοις ἑτεραις ὑποληψεσι,
και μη βλεπειν, ὁσον εθη-
κεν αφορμης εις αταξιαν,
και ακολασιαν· επει τω η-
θει δοκει εναμιλλος
ἡ μȣσικη κατα φυσιν.
Προς δε τȣτοις, ὡς συν-
δησμεν' ει κοτως, ειναι
προσηκοντως ανδρων
ελευθερων ενομισε
περιαπτειν ερωτα·
βȣλεται και Τιμοθεου
ενεκα των ποιηματων δια-
νοηματα προΐστασθαι· ποι-
ηματα δε . . . .
. . . .
. . . .
. . . .

damnatos, *ait*, & improbos fuiſſe eius aevi philoſophos, & alios quoſcumque vituperat. ¶ Silentio itaque praetereuntes, quae de temperantia, & fortitudine *ab eo* dicta ſunt, quoniam de iis habitus eſt ſermo, ad ea, quae ad amores pertinent, gradum faciamus. Illud vero ante omnia operae pretium eſt animadvertere, quod, cum amoris adpetitus malum ſit, & quidem magnum, qualem Graeci omnes norunt, ridiculum valde eſt reputare, amatoriam exſiſtere virtutem, & inſuper opinari cantus ad rectum amoris uſum conferre; quandoquidem cantus in vocis ſolum adfectione verſetur; amor vero in cogitatione, quae ſcilicet ipſa vanitatem, & nocumentum docet eius, qui & inexplebilis eſt, & iracundus, & rixas ciens (donec aliis reſponſionibus hiſce philoſophis occurramus); & non videre, quantam licentiae & intemperantiae praebuerit occaſionem: ſiquidem bonis moribus videtur Muſica ſuapte natura contraria. Praeterea vero, tamquam iure connexa; conveniens putavit ingenuis viris amorem adiungere: & vult quoque Timothei ſententias poëmatum gratia excelluiſſe; poëmata vero . . .
. . . .
. . . .
. . . .

CAP. VII. An ad amorem Muſica quid conferat?

V. 1. κρισθαι ſupple ex antecedenti Columna κατακεκρισθαι.

V. 5. 6. τα περι της σωφροσυνης ειρημενα) Digitum procul dubio ad ea intendit, quae toto cap. I diſſeruit, Muſicam nempe animos informare non poſſe, neque in illis morales qualitates ſive bonas, ſive malas inſerere, vel excitare, contra quam Diogenes in Muſicis modulis inveniebat ανδρωδες και ανανδρον, κοσμιον και θρασυ, ut ait *Col. III v.* 31 32 33.

V. 8. επι τα περι των ερωτων) Pertranſit ad eam quaeſtionem, quam obiter tetigerat *Col. V*, & *VI*, cum de Muſica in nuptiis verba faceret, an ſcilicet Muſica amor & excitari, & rectificari queat? Utrumque autem negat.

V. 10. 11. κακου και μεγαλου) De amore quidem apud veteres alii alia ſentiebant. Quocirca Plutarchus *in Amatorio*: Οἱ μεν γαρ νουν τον ερωτα, οἱδ' επιθυμιαν, οἱ δε μανιαν, οἱ δε θειον τι κινημα της ψυχης και δαιμονιον· οἱ δε αντικρυς θεον αναγορευουσιν. Οθεν ορθως ενιοις εδοξε το μεν αρχομενον επιθυμιαν ειναι, το δ' ὑπερβαλλον μανιαν: *Nonnulli amorem praedicant eſſe mentem, alii cupiditatem, alii inſaniam, ſunt qui divinum quemdam, & auguſtum animae motum, quidam plane Deum faciunt. Quapropter recte aliquibus viſum eſt a principio cupiditatem ſolum eſſe; ſi vero excedat, furorem*. Quae autem unicuique Philoſophorum ſectae ſederit opinio, diſerte tradit Hermias Philoſophus in ſuo ὑπομνηματι εις τον Πλατωνος Φαιδρον, *Commentario in Phaedrum Platonis*, quod nos ms. habemus cum in Farneſiana, tum in Bibliotheca Auguſtinianorum S. Joannis ad Carbonariam. In illa enim Phaedri verba: Περι μεν των ἡμων πραγματων επιστασαι κ. τ. λ. ſic Hermias commentatur, prout legit codex Farneſianus emendatior: Ενταυθα καιρος παλιν της διαιρεσεως της περι του ερωτος· οἱ μεν γαρ ὑπελαβον απλως φαυλον το εραν, ὡς Επικουρος ὁρισαμενος αυτον, συντονον ορεξιν αφροδισιων μετα οιστρου και αδημονιας . . . οἱ δε απλως αστειον, ὡς Ηρακλειδης, φιλιας λεγων ειναι τον ερωτα, και ουκ αλλου τινος, κατα συμβεβηκος δε τινας εκπιπτειν εις αφροδισια· οἱ δε απο της στοας προτερον μεν ελεγοντο απλουν ἡγεισθαι το πραγμα, νυν δ' ηκουσα εκεινων, ὁτι διπλουν φασιν ειναι και αυτοι τον ερωτα, τον μεν αστειον, τον δε φαυλον, επιθυμιαν και οργησιν συνουσιας, κατα τον Παυσανιαν, και τον τραγωδον τον ειποντα· δισσα πνευματα πνεις ερως· Αριστοτελης δε ὁλης μεν της ψυχης φησι τον ερωτα παθος ειναι, καν μεν ὁ λογισμος κρατηση, φιλιας αυτον ειναι, εαν δε το παθος, συνουσιας. Περι δε της Πλατωνος γνωμης ειπομεν προτερον: *Heic rurſum opportunum eſt differere de diverſitate opinionum circa amorem. Aliqui enim opinati ſunt abſolute illum vitioſum eſſe, ut Epicurus, qui ipſum definivit acrem rei venereae appetitum non ſine oeſtro, & graviſſima ſollicitudine: alii vero ſimpliciter urbanum illum adpellarunt, ut Heraclides, qui dixit amorem eſſe ſolius amicitiae, non alius rei, per adcidens vero aliquod erumpere in venerea: at Stoici prius quidem dicebant ſimplex negocium ſe ducere amorem; nunc autem audivi illos ipſos dicentes duplicem eſſe urbanum, & vitioſum, cupiditatem ſcilicet, & impatientem libidinem coitus ſecundum Pauſaniam, & Tragicum, qui cecinit: duplicem ſpiritum ſpiras Amor: Ariſtoteles autem ait amoris paſſionem totum animum occupare, & donec ratio imperaverit, ipſum eſſe amicitiae, cum vero dominatur paſſio, eſſe veneris: De Platonis vero ſententia prius diximus*. Ex Platonis autem ſententia item duplex erat amor, ut videre eſt in eius *Convivio*, ubi Pauſanias duplicem amorem ex duplici Venere comminiſcitur, alterum πανδημον, *vulgarem*, ουρανιον, *caeleſtem* alterum: & in Phaedro, cum Lyſias vocaſſet amorem κακον επιτηδευμα, *pravum ſtudium*, Socrates diſerte negat. Quod igitur ad nos adtinet veteres Stoici, & Epicurei extrema tenebant: illi uſquequaque bonum, hi ſemper malum amorem pronunciantes. Hinc Tullius *Tuſcul. V*: *ad magiſtros virtutis philoſophos veniamus, qui amorem negant ſtupri eſſe, & in eo litigant cum Epicuro non multum, ut opinio mea fert, mentiente; quis eſt enim amor iſte amicitiae? Cum neque deformem quiſquam amet, neque formoſum ſenem*. Et Suidas qui in voce Ερως ipſiſſimam Epicuri de Amore definitionem nobis ſervavit, eiuſque hac de re ſententiam Stoicis directiſſime oppoſitam docuit: διαιρουμεν γαρ τον ερωτα εις τε συντονον ορεξιν αφροδισιων, ὡς Επικουρος λεγει, ὁν ουχ οἱον τε αστειον ειναι, και εις επιβολην φιλοποιιας (ut legit Menagius) δια καλλος εμφαινομενον, ὡς οἱ απο της Στοας: *dividimus enim amorem in acrem rei venereae adpetitum, ut Epicurus ait, qui quidem urbanus nequaquam poteſt eſſe, & in benevolentiae impetum, qui per pulchritudinem ſe prodit, ut Stoici*. In ſumma unus Epicurus, contradicentibus adprime Stoicis, amorem ſemper vitioſam rem exiſtimavit; quare, Laërtio teſte, Epicureorum dogma erat ſapienti amorem eſſe vitandum, ερασθησεσθαι τον σοφον ου δοκει αυτοις, ουδε θεοπεμπτον ειναι τον ερωτα (ut legunt Gaſſendus, Gatakerus, Menagius): *non captum iri amore Sapientem, ex ipſorum ſententia, neque vero eſſe amorem quidpiam divinitus immiſſum*. Vide etiam, quae Gaſſendus adfert in hunc

Laërtii

Laërtii locum. Ex his autem omnibus liquet, cur & ſuperius *Col. V* v. 42 43 legimus: τον ερωτικον παθος ουκ αφοσιον, αλλα παρανομον: *amoris paſſio minime ſancta, ſed legum violatrix*; & nunc iterum *malum, & quidem magnum eſſe amoris adpetitum pronunciet*, ut penitus Adverſarii opinionem explodat. Si enim vitioſa res eſt ſuapte natura amor, quo pacto eum Muſica bonum efficiet?

V. 13. 14. αρετην ερωτικην) *Amatoriam virtutem*, quam exſibilat heic Noſter, Stoicorum inventum eſſe mox docebimus ad *Col. XVI v. 5.*

V. 17. προς ορθην αναστροφην) Plato prae reliquis heic ſuggillatur, qui in *III de Rep.* auctor eſt, ορθον, *rectum* amorem cum Muſica copulari, inter alia inquiens: Ο δε ορθος ερως πεφυκε κοσμιου τε και καλου σωφρονως τε, και μουσικως εραν: *rectus amor is eſt, qui elegans & pulchrum ex temperantiae, & Muſicae legibus amare facit.* Et quidem Platonicus Hermias nuper citatus in illa Phaedri verba: ἡτε γαρ δη εν Δελφοις προφητις, αἱ τε εν Δοδωνη ἱερειαι μανεισαι μεν πολλα δη και καλα . . . ειργασαντο, docens, quomodo quatuor κατοχαι, *furores*, ſcilicet μουσικη, τελεστικη, μαντικη, και ερωτικη, *Muſicus, Myſticus, Divinitorius, & Amatorius* ſe invicem adiuvent, prae reliquis haec habet: περι γαρ της ερωτικης, και μουσικης τι δει λεγειν; σχεδον γαρ οἱ αυτοι την τε μουσικην, και την ερωτικην ησκησαν, ὡς ανευ αλληλων ειναι μη δυναμενων, ὡσπερ δη Σαπφω τε, και Ανακρεων, και οἱ ὁμοιοι: *de Amatoria enim, & Muſica quid dicere oportet? fere enim iidem, qui Muſicam, & Amatoriam exercuerunt, quaſi inter ſe dividi iſtae non poſſint, uti Sappho, Anacreon, aliique huiuſmodi.*

V. 22. το ματαιον, και βλαβερον κ. τ. λ.) Non uni Epicurei hiſce elogiis mactarunt amorem; paſſim enim & apud Poëtas eiuſmodi epitheta invenies. Homerus dixit αινον, *gravem*; Theognides βαρυν, λοιμηρον, *gravem, pernicioſum*; in Anthol. adpellatur nunc βροτολοιγος, *hominum pernicies*, nunc ατηρης, *noxius*, nunc ακορητος, *inſatiabilis*; & a Nonno in *Dionyſ.* εγρεκυδοιμος, *tumultus excitans*. Imo apud Plutarch. *Convival. lib. I qu. 5 ebrietati ſimilis amor dictus eſt*: ελεχθη δε και, ὁτι τῳ μεθυειν το εραν ὁμοιον εστι, & paullo infra: ουκ αν αλλο παθος ευροις ουτε λυπας δριμυτερας εχον, ουτε σφοδροτερας περιχαρειας, ουτε μειζονας εκστασεις, και παραφροσυνας: *nullam aliam invenies paſſionem vel dolores adferre acriores, vel gaudia vehementiora, vel maiores furores, mentiſque abalienationes.* Quare idem Philodemus ſibi conſtans in ſuo Epigrammate, quod in Anthol. *lib. VII num.* 94 legitur, cecinit: αλλ' εμανην· εκ τινος; ουχι θεου; *ſed inſanii: cuius opera? nonne Dei?* h. e. Amoris.


V. 29. αφορμης εις αταξιαν) Non alia ſane opportunior vox ſuccurrit, quae ſequenti ακολασιαν copulari queat, quam αταξια. Et quidem iam Philodemi aevo fractam & effeminatam theatrorum Muſicam ſaltationi unice inſervientem licentiae, & intemperantiae incitamentum dediſſe dubitari non poteſt poſt Platonis, Plutarchi, Ariſtidis, aliorumque veterum querimonias; inter quos ſic Plutarchus in *Convivalium lib. IX quaeſt.* 15: και γαρ αυτη (ορχησις) και πανδημον τινα ποιητικην προσεταιρισαμενη, της δε ουρανιας εκπεσουσα εκεινης, των μεν εκπληκτικων, και ανοητων κρατει θεατρων, ὡσπερ τυραννος ὑπηκοον ἑαυτῃ πεποιημενη μουσικην ολιγην τινα, πασι την δε παρα τοις νουν εχουσι, και θειοις ανδρασιν, ὡς αληθως, τιμην απολωλεκε: *etenim ipſa (ſaltatio) adſcita ad ſodalitium vulgari quadam poëſi, ſocietate illius caeleſtis poëſeos amiſſa, in ſtultis & attonitis theatris obtinet, tamquam tyrannus, ſubiugata ſibi quadam exili Muſica: omnem autem apud prudentes & divinos viros amiſit re vera honorem.* Id vero, quòd iſti paſſim a κακομουσιᾳ molli & effeminata *per adcidens* repetebant, de virili autem, & veteri Muſica negabant; hic ex ipſiuſmet Muſices natura ortum ducere adſerit, ut ſit bonis moribus adverſa.

V. 35. 36. προσηκοντως ανδρων ελευθερων κ.τ.λ.) Ab infami παιδεραστιᾳ ſeveriſſimos Stoicos non abhorruiſſe, contradicentibus Epicureis, mirum ſane eſt. Atqui non unus Philodemus hanc illis dicam impingit; & quidem ex nuper adlata Stoicorum de Amore doctrina, pronum huiuſmodi erat conſectarium. Sed abſurdiora etiam de ipſis teſtatur Plutarchus in eo libro, quem *adverſus Stoicos* adornavit; ſcribit enim: των δε περι ερωτος φιλοσοφουμενων εν τῃ στοᾳ παρα τας κοινας εννοιας της ατοπιας πασιν αυτοις μετεστιν. Αισχρους μεν γαρ ειναι τους νεους, φαυλους γε οντας, και ανοητους. καλους δε τους σοφους· εκεινων δε των καλων μηδενα μητε ερασθαι, μητε αξιεραστον ειναι· και ου τουτο πω δεινον, αλλα και τους ερασθεντας αισχρων πανεσθαι λεγουσι, καλων γενομενων: *quae de Amore in Stoa differuntur, communibus adverſa ſunt notitiis, & prorſus abſurda. Deformes aiunt eſſe adoleſcentes, qui vitioſi ſint & ſtulti: formoſos, qui ſapiant; horum autem nullum neque amatum eſſe, neque amari dignum: neque hoc graviſſimum eſt: addunt eos, qui turpes amaverint, finem amandi facere, ubi hi pulchri facti ſint.* Et paullo infra: θηρα γαρ τις, φασι, εστιν ὁ ερως ατελους μεν, ευφυους δε μειρακιου προς αρετην: *eſt*

enim amor quaedam, *ut aiunt*, *venatio imperfecti quidem adoleſcentis*, *ſed tamen ad virtutem bona indole propenſi*. Philodemus autem in ſequentibus eos omnigenas obſcoenitates non improbaſſe docet, ſiquidem Ibyco, & Anacreonti canentibus huiuſmodi amores fuiſſe conciliatos dedecori minime vertebat Stoicus Diogenes.

V. 38. Τιμοθεου) Procul dubio heic ſermo eſt de Timotheo Mileſio, tragico, ac lyrico Poëta, *ob ſtudium novitatis* in Muſica a veteribus *exſibilato*, *επι τῃ καινοτομιᾳ συριττομενῳ*, ut ait Plutarchus. *Is enim cum lyra ſeptem fidibus uſque ad Terpandrum Antiſſaeum contenta fuiſſet*, *in plures eam ſonos diſperſit*, ut idem Chaeronenſis in *De Muſica*: *οὑτος γαρ ἑπταφθογγου της λυρας ὑπαρχουσης ἑως εις Τερπανδρον τον Αντισσαιον, διερριψεν εις πλειονας φθογγους*. Accuſatus praeterea fuit iuvenes ſuo carmine conrupiſſe, cui titulum fecerat *Σεμελης ωδιν*, *Semelae partus*, indecora enim multa & obſcoena in eo cecinerat: quare a Spartiatis cum ob veterem Muſicam, tum ob iuvenes conruptos exſilio multatus eſt, ut in celebri eorum Senatuſconſulto legitur: *Επειδη Τιμοθεορ ὁ Μιλησιος ελθων ἁμετεραν πολιν ταν παλαιαν μολπαν ατιμασδε . . . . . παρακαλαθεις δε και ες τον αγωνα τας ελευσινιαρ Δαματρορ απρεπεα διεσκεδασατο ταν τω μυθω διδαχαν· ταν γαρ Σεμελαρ ωδινα ουκ εν δικᾳ τωρ νεωρ εδιδασκε· δεδοχθαι κ.τ.λ.* *Propterea quia Timotheus Mileſius in noſtram adveniens urbem veterem Muſicam labefactavit . . . . . advocatus praeterea in Eleuſiniae Cereris agonem indecoram fabulae doctrinam vulgavit*; *Semelae enim parturientis gemitus per nefas iuvenes edocuit*: *viſum eſt &c.* Integrum videſis decretum apud Caſaubonum in *Athen. lib. VIII cap. XI* (etſi Artemon apud Athenaeum *lib. XIV cap.* 9 eum dicit fuiſſe abſolutum, cum oſtendiſſet ſtantem Apollinis ſtatuam, in cuius lyra totidem eſſent numero fides). Id autem omne ſic profecto detorquebat Diogenes, ut doceret Timothei ſententias Muſicorum modorum ope iuvenum animos conrumpere ex Ephororum ſententia valuiſſe, non ſecus ac Ibyci, & Anacreontis cantus; atque inde Muſices in excitando amore efficaciam magis magiſque confirmabat; cui propterea, ut mox videbis, reſpondet Noſter, ſe perperam cum ſententiis, quae ſingillatim ab Ephoris, ut indecorae damnatae fuerant, cantum commiſcuiſſe.

CO-



G. B. Malesci del. *G. Aloja inc.*

COLUMNA XIV.

ευγενων πρεπωδη ταδ' εταιρων ȣκ εςιν φυσει, και μη κατα διαταξεις κενας, ουδ' ȣτος ὑποδειγματα παρεθηκε τοιȣτων, αλλα διανοηματων μεν εμφατικως συμπαρεσυρε και το μελος, ȣδε τȣς νεȣς τοις μελεσι διαφθειροντας παρεδειξεν τον Ιβυκον, και τον Ανακρεοντα, και τȣς ὁμοιȣς, αλλα τοις διανοημασι· και γαρ ἁ Περσαιος ονοματ' ελεγε, τȣτοις εθρυπτεν: ειπερ αρα μελος ακολȣθον εν ποιοτητι φωνης, φθαρτικον ου δυνατ' ειναι. Διοπερ ȣ δια μελων ὁμοιων, αλλ' ονοματων, και διανοηματων αρεσκεσθαι και τȣς ερωμενȣς, ει θελȣσιν, ὁμολογησομεν· τον δ' Αριστοφανην τȣς αρχαιȣς αποφασκειν εν κεκλιμενη χλοᾳ, ὡς οἱ παλαιοι, τη φωνη χρησθαι, και τοις οφθαλμοις προαγωγευειν εαυτους, ȣ τοις μελεσιν· ει δε τȣτοις ελεγε, κλαιειν αυτῳ προειπομεν. Ταυτα γαρ ȣτεις, ἁ φησιν, ὡσπερ αδιστασα, εκων εκκαλοιθ', ὁσον εφ αυτοις, ȣτε προς συνȣσιας ταυτας και ανδρας, και γυναικας, και νεȣς ὡραιȣς προς γυναικισμον. Ουτε γαρ ȣτος, ȣθ' οἱ κωμικοι παρεδειξαν τι των Αγαθωνος, και Δημοκριτȣ τοιουτο, αλλα μονον λεγȣσιν· ουτε Νικανδρος, ȣτε Κ. . . τουτο παρεςησε δια των μελων, αλλ' επλανη-

ingenuis decentia haec meretricia non ſunt, neque ſuapte natura, neque per vanas hominum conſtitútiones. Neque porro hic exempla propoſuit talium, ſed emphatice ſimul cum ſententiis perperam traxit etiam cantum; neque iuvenes cantibus conruptos fuiſſe demonſtravit ab Ibyco, & Anacreonte, aliiſque eiuſdem furfuris, ſed ſententiis. Etenim, quae Perſaeus vocabula conlegit, his conrupit; ſiquidem cantus, qui ſequax eſt, in vocis qualitate conſiſtens, conruptor eſſe non poteſt. Quapropter non huiuſmodi cantibus, ſed verbis & ſententiis ſe etiam amaſios inſinuare, ſi lubet, confitebimur: Ariſtophanem vero oſtendere antiquos in ſubſtrata herba (ut veteribus mos erat) voce fuiſſe abuſos, atque oculis ſe ipſos proſtituiſſe, non cantibus; ſin vero hiſce ait, vapulare ipſi iam praediximus. Iſta enim, quae tamquam indubitata refert, nemo unus lubens reduceret, quantum in ipſis eſt, neque ad huiuſmodi coitiones viros & mulieres evocaret, neque maturos adoleſcentes ad muliebria patienda. Nec enim is, neque Comici demonſtrarunt tale quid de Agathone, & Democrito, ſed ſolum adſerunt: neque Nicander, neque C. . . . id factum oſtendit cantionum opę, ſed decepit

V. 3. διαταξεις) Mendoſe ſcripſerat librarius δοξαταξεις, tum expuncto ο, ſupra primum ξ adpinxit ι, ut legeres διαταξεις. Sic igitur vocat Noſter Graecorum *inſtitutum* legibus permiſſum amandi pueros; de quo Athenaeus *lib. XII cap.* 8: παρα ταις αλλαις ταις ευνομουμεναις πολεσιν επι της ελλαδος σπουδασθηναι τοδε το εθος: *in aliis civitatibus Graeciae, quae recte legibus adminiſtrantur, vigere hanc conſuetudinem*. Sic etiam *conſuetudinem in gymnaſiis natam* dixit Tullius *Tuſcul. IV*: *mihi quidem haec in Graecorum gymnaſiis nata conſuetudo videtur, in quibus iſti liberi & conceſſi ſunt amores*: in eamdemque ſententiam differit Daphnaeus in *Plutarchi Amatorio*. Vide, ſi lubet, de hoc Graecorum inſtituto Samuelem Petitum in *Legibus Atticis lib. VII tit. 5*.

V. 10. 11. τον Ιβυκον, και τον Ανακρεοντα) Binos commemorat prae reliquis μαλακια, & turpiſſimo amore infames Poëtas, quorum carmina ſuaviſſima; quibus adcenſere poterat Alcaeum, praeter Pindarum, & Steſichorum, ſed contentus fuit dicere: και τους ὁμοιους. Sic Ariſtophanes in *Theſmophor*: σκεψαι δ' ὁτι Ιβυκος εκεινος, κ' Ανακρεων ὁ Τηιος, κ' Αλκαιος, οἱπερ ἁρμονιαν εχυμησαν, εμιτροφορουν τε, και διεκινουν Ιωνικως: *conſidera vero, quod Ibycus ille, & Anacreon Teius, & Alcaeus, qui circa harmoniam verſati ſunt, muliebres mitras geſtabant, & movebant ſe Ionice*. Sic & Tullius *Tuſcul. IV*: *fortis vir in ſua Republica cognitus quae de iuvenum amore ſcripſit Alcaeus? Nam Anacreontis quidem tota poëſis eſt amatoria: maxime vero omnium flagraſſe amore Rheginum Ibycum adparet ex ſcriptis*.

V. 14. Περσαιος) Perſaeus hic procul dubio Stoicus ille eſt, patria Heracleotes, de quo ſic Laërtius in Zenonis vita *lib. VII ſegm.* 36: Περσαιος Δημητριου Κιττιευς, ὁν οἱ μεν γνωριμον αυτου (Ζηνωνος), οἱ δε οικετην, ἑνα των εις βιβλιογραφιαν πεμπομενων παρα Αντιγονου: *Perſaeus Demetrii filius Cittieus, quem alii eius (Zenonis) neceſſarium, alii vero famulum, unumque ex illis, qui ab Antigono miſſi fuere ad libros ſcribendos*. Eadem ferme habet Suidas, quae a Laërtio deſumta videntur. Meminit etiam Gellius *lib. II c.* 18, Dio Chryſoſt. *Orat. in Hom.*, Aelianus in *Var. Hiſt.*, Pauſanias in *Corinth.*, Minutius Felix in *Octavio*; quorum loca conlecta habes apud Menagium in *Laërt. l. c.* Plures autem Perſaeum ſcripſiſſe libros conſtat, quorum indiculum recitat ibidem Laërtius, & *ſegm.* 1, ubi meminit eius ὑπομνηματων συμποτικων, *Commentariorum Convivalium*, quorum meminit etiam Athenaeus *lib. XIII cap.* 8, qui iidem ferme ſunt, ac συμποσιακοι διαλογοι, quos citaverat *lib. IV cap.* 17. Iam vero inter hoſce Perſaei libros unus eſt, cui titulus περι ερωτων, *de Amoribus*, quem Philodemum reſpexiſſe fit veriſimile. Stoicus enim de amatoriis rebus differens, & quaſque res ſuis nominibus pro Stoica libertate nullo pudore adpellans, mores ſane conrumpere magis etiam, quam Anacreon, & Ibycus poterat. Iure igitur Noſter pronunciavit: *quae Perſaeus vocabula uſurpavit, ipſis iuventutem conrupit*.

V. 15. 16. μελος ακολουθον) Recte quidem dicit μελος ακολουθον, h. e. *ſermonis ſequax*: quando ita etiam Plato in *III de Republ.*: και μην την γε ἁρμονιαν, και ρυθμον ακολουθειν δει τῳ λογῳ: *& quidem harmoniam & rhythmum ſequaces eſſe ſermonis oportet*; & paullo infra ρυθμος, και ἁρμονια λογῳ (επεται), αλλα μη λογος τουτοις. Αλλα μην, ηδ' ὁς, ταυτα γε λογῳ ακολουθητεον: *rhythmus & harmonia orationem, non contra hos oratio ſequitur. Atqui, inquit ille, haec orationem ſequi debent*.

V. 23. τον δ' ΑριστοΦανην) Dubium non eſt ΑριστοΦανην eſſe legendum; ſiquidem in *Nubibus Act. III ſc.* 3 extat locus, quo Noſter reſpicit. Ibi enim inducit Comicus *Iuſtum*, qui veterem puerorum inſtitutionem toto caelo ab ea, quae ſuorum erat temporum, diverſam, commendat, & inter reliqua haec habet:

> Ουδ' αν μαλακην Φυρασαμενος την Φωνην προς τον εραστην αν
> Αυτος ἑαυτον προαγωγευων τοις οφθαλμοις εβαδιζεν.
> *Neu quis (puer) mollicula & fracta voce ad amantem,*
> *Ipſe ſemet oculis nictando proſtituens, adcedebat.*

Huiuſmodi autem carmina in ſuo opere recitaſſe Diogenes credendus eſt, ut, quod adſumſerat, probaret, ſcilicet cantibus amorem apud veteres fuiſſe aliquando conciliatum. Philodemus contra ait Ariſtophanis dicta de cantibus non eſſe neceſſario adcipienda; ſiquidem, quod verum eſt, ipſe *vocis* tantummodo, & *oculorum* meminit, molli nimirum fractaque voce abutendo, oculiſque nictando pueros illos ſe proſtituiſſe indicans, non cantu. At Stoicus fortaſſe inde arguebat μαλακην Φωνην apud Comicum interpetrandum eſſe cantum, quia tota ea ſcena de puerorum Muſica inſtitutione apud veteres loquitur Comicus.

Pro-

Propterea ſubdit Noſter : *ſin vero Ariſtophanes de cantibus ſermonem habuit , ipſi iam pridem vapulandum eſſe praediximus :* ει δε τουτοις ελεγεν , κλαιειν αυτω προειπομεν.

V. 25. εν κεκλιμενη χλοα) In Ariſtophanis citato loco nuſquam leguntur haec verba : aſt undenam ea ſumſerit Philodemus ſatis adparet . Etenim inter alia , quae a pueris olim peracta ea in ſcena deſcribuntur , cum a Citharoedo inſtituerentur , narratur praeſertim , quomodo compoſiti in ludo ſederent, etſi nudi, ne quid turpe ſpectantibus commonſtrarent, deinde ſubditur:

Ειτ' αυ παλιν αυθις ανιςαμενους συμψησαι , και προνοησαι
Ειδωλον τοισιν εραςαις της ηβης μη καταλειπειν γε.
Deinde cum iterum e ludo ſurgerent, conradere ſolitos, & providere,
Ne impreſſum pubis ſimulacrum amantibus relinquerent.

Illud igitur συμψησαι , *conradere* imaginem nobis ſoli nequaquam duri , ſed mollis exhibet , ubi corporis veſtigium imprimi poſſet. Propterea viſum eſt Ariſtophanis Scholiaſtae ſolum fuiſſe molli arena conſperſum, ſic enim ipſe commentatur. Συμψησαι) αντι του συγχεαι την κονιν, ως μη σημειον , η τυπον απολειπεσθαι της καθεδρας · εν γαρ ψαμμω λεπτοτατη εγυμναζοντο · καλεψων δε τον τοπον οπου εκαθεζοντο , ινα μη σημειον της ηβης εαυτων καταλειψειαν τοις εραςαις · παρεγινοντο γαρ, ωςε γυμνους οραν τους ερωμενους . Quae latine ſic ſonant: Συμψησαι *idem eſt, ac confundere pulverem, ne ſignum, aut figura ſeſſionis impreſſa remaneret; in ſubtiliſſima enim arena exercebantur : conradebant autem locum , ubi ſederant , ne veſtigium ſuae pubis pueri amatoribus relinquerent : adcedebant enim iſti , ut nudos amaſios conſpicerent .* Verum ſi Philodemo potior fides eſt habenda , non in arena , ſed molli ſuper gramine conſidebant antiqui illi pueri , de quibus Comicus loquitur ; itaque το συμψησαι , interpetrabimur *compreſſum ſedendo gramen manu conradente ſublevare*, ne impreſſum corporis typum retineret.

V. 32. αδιςαςτα) A lexicis quidem abeſt vox αδιςαςτος, ſed tantummodo recenſent αδιςακτος . Sed cum thema διςαζω inflectatur in futuro διςαξω , & διςασω , analogice inde derivari poſſe cum διςακτος, tum διςαςτος vel tyronibus ſcitum eſt.

V. 36. νεους ωραιους) Iuvenes ſcilicet matura aetate ac forma , quos Athenaeus *lib. XII cap.* 3. vocat νεανισκους ακμαζοντας , & diſtinguit inter hos , & παιδας πανυ καλους . Hinc apud Plutarchum in *Amatorio:* δει δε τινος ευπρεπειας απτομενου καλων, και ωραιων , vertas : *neceſſe eſt aliqua decentia utatur, qui ad pulchros, & adultos adcedit:* non cum Xylandro: *opus eſt aliqua praeſcriptione honeſta, dum formoſos conſectatur.*


V. 39. 40. των Αγαθωνος, και Δημοκριτου) Quinam iſti , de quibus Stoicus Babylonius, & Comici ſibi amores ope Muſices conciliaſſe narrabant, ſed nullis , ut Philodemus habet, prolatis argumentis? *Agatho* quidem hic alius eſſe nequit, quam Tragicus, apud quem Plato ſuum finxit inſtructum eſſe convivium, quemque Euripidi, & Pauſaniae in deliciis fuiſſe teſtantur veteres . De eo meminit Ariſtophanes in *Ranis Act. I ſc.* 2 , & ut Euripidis amaſium eum inducit in *Cerealibus* , & επι μαλακια dire exagitat . Prae reliquis, quod noſtra intereſt, ſic de eius cantu molli & fracto Mneſilochum loquentem facit:

Ως ηδυ το μελος, ω ποτνιαι γενετυλλιδες,
Και θηλυδριωδες, και κατεγλωττισμενον,
Και μανδαλωτον, ωστ' εμου γ' ακροωμενου
Υπο την εδραν αυτην υπηλθε γαργαλος.
Quam ſuavis cantilena, o venerandae genitabiles,
Et effaeminata, & laſciva,
Et mollis, ut me quidem audientem
Sub ſedem ipſam ſubierit titillatio!

Inde veroſimillimum eſt Diogenem concluſiſſe, Agathonem Muſica uſum , ut ſuos amatores incenderet. Sed quiſnam porro *Democritus* ? Eum plane ignorare cogimur. Suſpicio tamen inceſſit eum ipſum eſſe , quem alterum a Mileſio Laërtius *lib. IX* recenſet , eumque *Chium & Muſicum* adpellat, de quo etiam Ariſtoteles *Rhetor.III*, 9, itemque Pollux IV , 9, & Suidas *in voce* χιαζειν meminerunt. Χιαζειν enim, vel σιφνιαζειν dixerunt veteres τοις περιεργοις μελεσι χρησθαι , ut habet Pollux, απο Δημοκριτου του Χιου, και Θεοξενιδου του σιφνιου: *nimis curioſis cantilenis uti, quales erant Democriti Chii, & Theoxenidis Siphnii.* Imo vero Suidas ab Ariſtophane de eo mentionem fuiſſe factam ſcribit: Πραξιδαμας Δημοκριτον τον Χιον, και Θεοξενιδην τον σιφνιον πρωτους επι χρωματος ταξαι την ιδιαν ποιησιν, ως Ισοκρατης εν τοις προς Ιδοθεαν , ως παρ' Αριστοφανει τεταγμενον: *Praxidamas narrat Democritum Chium, & Theoxenidem Siphnium primos Chromatico genere ſuam poëſim fuiſſe modulatos, ut Iſocrates ſcribit in libris ad Ido-*

Idotheam, utque poſitum eſt apud Ariſtophanem. Sed Ariſtophanis locus non amplius, quod ſciam, extat; ideo certum aliquid pronunciare non audeo.

V. 42. ουτε Νικανδρος, ουτε Κ. . .) Heic nobis aqua haeſit. Quis ſit iſte Nicander? quis illi ſit conſociandus, cuius nomen in αυτογραφω deperiit? quidve ambo praeſtiterint, cur heic nominentur? cum ignariſſimis ignoramus. Libenter Καλλιμακος legeremus, ſi caperet brevis lacuna.



COL. XV

G. B. Malesci del. *G. Aloja inc.*

COLUMNA XV.

σεν, ειπερ αρα. Και μην ουδε παραμυθεισθαι δυναται μουσικη τας εν ερωτι δυσπραξιας, λογου γαρ μονου το τοιουτον, αλλ' αν επιβλητους ποιει περισπωσα, καθαπερ αφροδεισια, και μεθη. Ποηματα δ' ει προαιρειται, διδοσθω· και Φιλοξενον, ει τουτ' ηνιττετο, μη τελεως ψευδεσθαι· καθαπερ ουδε Μενανδρον πονηροις ὑπεκκαυμα πολλοις αυτην λεγοντα τῳ διδοναι τινας αφορμας. Η μεν τοι γ' Ερατω, ζητω, πως το συμβαλεσθαι την ιδιως καλουμενην μουσικην προς την ερωτικην αρετην ερρηθη; δηλον μαλλον η την ποητικην, η βελτιον ετι την σοφιαν. απαντα γαρ δη ταις Μουσαις ανατεθηται· και τοδε ουκ αν ὑπο βαλλειν, αλλ' ὑπο διαμαχεσθαι προς το παθος. Σιωπω γαρ τοινυν (αρ' ὑμας ελανθανε τουτι;) πασαν ὁρμην, και επιθυμιαν ὑπο των παλαιων ερωτα καλεισθαι. Μωροτατον δε τουτο προς αναληψιν παιδειας νομιζεσθαι, και το μη πανυ παρθενοις πρεπειν τον ὑστερον μονον ερωτα προσαγορευομενον· ει δη προσηκε και απο των ονοματων εκκρεμασθαι, και τουτων, ἁ τις ερωτικος ισως εθετο, καθαπερ τ' αλλα, κατα τας ιδιας προσθεσεις πειθεσθαι τοιαυτας ειναι δαιμονιας, η παντως προσονομαζομενας. Αλ-

ſi tamen decipere valuit. Neque profecto conſolari valet Muſica in amore infortunia, ſolius enim orationis hoc munus eſt; ſed alia inſuper mala adiicere miſere animum diſtrahens, non ſecus ac venus, & ebrietas. Quod ſi poëmata potius ad id valere malit, ei concedatur: item & Philoxenum, ſi haec aenigmatis ſuis tradere voluit, non plane falli: ſicuti nec Menandrum, qui ait multis ſceleſtis incentivum illam eſſe, ex eo quod praebeat aliquas opportunitates. At vero dicet: quaero, quo pacto Erato dicta eſt ab antiquis conferre proprie dictam Muſicam ad amatoriam virtutem? Patet profecto, inquam, eos intellexiſſe potius vel poëſim, vel melius ſapientiam; omnia enim haec Muſis tributa ſunt: atque id fortaſſe, non quia paſſiones in animum immittant, ſed quia adverſus eas dimicent. Taceo enim nunc (numquid enim vos id lateret?) omnem animi adpetitum & cupiditatem a veteribus amorem fuiſſe nuncupatum. Stultiſſimum autem foret, ſi lege receptus eſſet ille, qui poſterioribus temporibus privo amoris nomine eſt adpellatus, veluti opportunus ad puerorum inſtitutionem, eumdemque virginibus non decere arbitrarentur: ſi quidem expedit etiam a nominibus pendere, atque ab hiſce, quae, ut alia, amator fortaſſe aliquis impoſuit, atque ita privatas nominum impoſitiones putare tales divinitus eſſe, vel ab omnibus receptas.

V. 2. 3. παραμυθεισθαι . . .]ας εν ερωʃι δυσπραξιας) Ita Muſica ſe Polyphemum ſolaſſe, cum parum in Galateae amore eſſet fortunatus, ſcripſerat Philoxenus *apud Plut. Convival. lib. I quaeſt.* 5 :]ον Κυκλωπα μουσαις ευφωνοις ιασθαι Φησι]ον ερωʃα Φιλοξενος: *Cyclopem canoris muſis amori remedium adtuliſſe ait Philoxenus.*

V. 9. Φιλοξενον) Deſignatur heic Philoxenus Cytherius, Eryxidis filius, Muſicus, & Poëta celebris, qui odas, dithyrambos, & tragoedias ſcripſit, guloſitate infamis, de quo lepida multa narrat Athenaeus *lib. I cap.* 9; quem Dionyſius Siciliae tyrannus amicum & convivam aliquando habuit, ſed poſtea in latomias coniecit, vel quia (ut ſcribit Plutarchus *Orat. II de Fort. Alex.*) ſcriptam a Tyranno tragoediam conrigere iuſſus totam deleverit; vel quia cum Galatea tyranni pellice rem habuerit (ut narrant *Athen. l. c.* & *Aelianus Var. Hiſt. lib. XII cap.* 44, & Scholiaſtes Ariſtophanis in illa *Pluti* τρεττανελο τον κυκλωπα) quare *Cyclopis* fabulam, ut Dionyſium ſub Cyclopis perſona carperet, adornaſſe fertur, ſive delatus Cytherum, cum a latomiis aufugiſſet, ut adnotat citatus Scholiaſtes, ſive in ipſis latomiis detentus, ut malunt Athenaeus, & Aelianus. In Muſica autem excelluit: ſed ab antiquis notatus, quod veterem Muſicam, non ſecus ac Timotheus, novitatis ſtudio conruperit, eamque (ut ait Ariſtophanes apud Plutarchum *de Muſica*) *exharmoniis*, *praviſque hyperbolaeis*, *& niglaris opplevit*, *poſtea quam in raphani morem flexilem reddiderit*; εξαρμονιους υπερβολαιους τε ανοσιους, και νιγλαρους, ὥσπερ τε τας ραφανους ὅλην καμπτων, με κατεμεστωσε. Philoxenum ergo agnovimus: at quid illud eſt, quod κνιττεʃο, quodque Noſter indigitat ab adverſario fuiſſe recitatum? Ni mirifice fallor, illud ipſum eſt κομμα, quod nuper ad v. 2 ex Plutarcho data opera adlegavimus; nempe: τον Κυκλωπα μουσαις ευφωνοις ιασθαι τον ερωτα: *Cyclopem canoris Muſis amori remedium adtuliſſe.* Cum enim diceret *canoris Muſis*, poëmata potuit intelligere. Adpoſite autem Noſter ait κνιττετο; tota enim ea fabula, ut modo diximus, aenigmatica erat.

V. 12. πονηροις ὑπεκκαυμα πολλοις) Menandri verſum forte fortuna nobis ſervavit Joannis Stoboei ſedulitas, qui in *Sermone LXI* ſic illum refert ex *Menandri Theſauro*:

Πολλοις ὑπεκκαυμ᾽ εστι ερωʃος μουσικη.
Multis incitamentum eſt amoris Muſica.

Ex quo deeſt πονηροις, quod in inſequentem verſum Poëta fortaſſe reiecerat. Hanc autem Menandri auctoritatem ab ipſo Philodemo fuiſſe adlegatam reor, ut probaret illud, quod adſumſerat, h. e. non modo Muſicam amori, infelicibuſque amatoribus non opitulari, quin potius *alia ipſis mala adiicere eorum animos miſere diſcerpendo*, *non ſecus ac venus & ebrietas*; quo ſenſu interpretabatur το Menandri ὑπεκκαυμα.

V. 15. ἡ μεντοι γ᾽ Ερατω) Nomen απο του ερωʃος, *ab amore* inveniſſe την Ερατω fere omnium antiquorum (ſi Phornutum excipias, qui απο ειρεσθαι, *ab interrogando* dictam mavult) opinio fuit: quare cecinit Ovidius *de Art. II*:

Nunc mihi, ſi quando, puer & Cytherea favete:
Nunc Erato: nam tu nomen amoris *habes.*

Hinc & amatoribus praeeſſe, & Muſica amores eam iuvare putabant. Sic Apollonius Εραʃω invocans *Arg. III* canit:

. . . . συ γαρ Κυπριδος αισαν
Εμμορες, αδμητας δε τεοις μελεδημασι θελγεις
Παρθενικας· τω και τοι επηραʃον ουνομ᾽ ανηπʃαι.
. . . . *Tu enim Veneris munus*
In ſortem adcepiſti, & innuptas tuis curis mulces
Virgines: proinde tibi amabile *nomen aptarunt.*

Idem teſtatur Plato in Phaedro, ubi Erato prae ceteris veneratos eſſe adſerit, *qui amore eſſent capti*, τη Εραʃοι τους εν τοις ερωʃικοις τεʃιμηκοʃας. Id igitur in rem ſuam adſumſerat Diogenes, ut probaret Muſica amores adiuvari: ſi enim Erato & amoribus praeeſt, & Muſicam tractat (quas partes Erato in Muſica haberet, vide in *II Pictarum Herculanenſium Imaginum* Volumine, ubi plura & ſcitu digna ad *Tab. VI* adnotavimus); profecto την ιδιως καλουμενην μουσικην προς την ερωʃικην αρεʃην συμβαλλεʃαι, *proprie dictam Muſicam ad amores confert.* Cui argumento ita reſpondet Philodemus, ut minime neget Erato ab amoribus iuvandis fuiſſe dictam, ſed eos non Muſica ſtricte dicta, ſed poëſi, ſive potius ſapientia adiuvare: & quidem non amoris paſſionem inſpirando, inflammandoque, ſed potius refroenando,

con-

conrigendoque. A qua opinione non multum abludit Plutarchi mens, qui *Convival. IX quaeſt.* 14 ſic ſcribit: ταις δε περι συνουσιαν σπονδαις ἡ Ερατω παρουσα μετα πειθους, ὡς λογον εχουσης και καιρον, εξαιρει και κατασβεννυσι το μαλακον της ἡδονης, και οιστρωδες εις φιλιαν και πιστιν, ουχ ὑβριν και ακολασιαν τελευτωσης: *foederibus autem connubialibus adſiſtens cum Suada Erato, quaſi rationem tempuſque ferens, tollit atque extinguit voluptatis mollitiem, & acres eius ſtimulos, facitque ut in amicitiam, & fidelitatem, non in contumeliam & laſciviam res evadat.* Quod nempe eſt Philodemi Noſtri διαμαχεσθαι προς το παθος, *adverſus paſſionem dimicare.* Eoque fere ſenſu dicta eſt Μουσα κατοχος, *refroenans* ab Aſpaſia, quae ſic Socratem puerorum amore ſaucium adloquitur in verſibus, quos ipſi Herodicus Cratettius adſcripſit, quoſque adlegat Athenaeus *lib. V cap.* 19:

Στελλου πλησαμενος θυμον μουσης κατοχοιο
Η τονδ' αιρησεις ωδων δεινοισι ποθοισιν·
Αμφοιν γαρ φιλιας ηδ' αρχη· τηδε καθεξεις
Αυτον προσβαλλων ακοαις οπτηρια θυμου.
Abi, atque animum reple Muſa cohibente;
Hac illum capies acri cantuum deſiderio inlectum:
Ambobus enim amicitiae erit initium: hoc pacto cohibebis
Illum, inſinuans per aures pulchram ſuimet imaginem.

De qua interpetratione vide Caſaubonum *l. c.* Hinc in Epigrammate Muſicii, ſive Platonis, quod legitur in Anth. *lib. I cap.* 7, Muſae Veneri minitanti ſic reſpondent:

Ημιν δ' ου πεταται τουτο το παιδαριον.
Ad nos minime advolat iſte tuus puellus.

Ceterum Diodorus *lib. IV c.* 7 hanc Muſam ab amore dictam, non quod amatores adiuvet, ſed potius quod amabiles homines reddat, putavit.

V. 23. 24. απαντα γαρ ταις μουσαις ανατεθηται) Eodem plane ſenſu heic *omnia Muſis referri* adfirmat, quo ſuperius *Col. XI* omnes diſciplinas ipſis tribui dixerat: quam vidimus opinionem non uni Epicureo eſſe adſcribendam. Nunc audiamus Plutarchum *Convival. lib. IX, quaeſt.* 14: ὑστερον κατα Ησιοδον ηδη μαλλον εκκαλυπτομενων των δυναμεων διαιρουντες εις μερη και ειδη, τρεις παλιν ἑκαστην εχουσαν εν αυτη διαφορας ἑωρων· εν μεν τω μαθηματικω τα περι την μουσικην εστι, και το περι αριθμητικην, και το περι γεωμετριαν· εν και τω φιλοσοφω το λογικον, και το ηθικον, και το φυσικον· εν και τω ρητορικω το εγκωμιαστικον πρωτον γεγονεναι λεγουσι, δευτερον το συμβουλευτικον, εσχατον δε το δικανικον· ὡν μηδεν αθεον, μηδε αμουσον ειναι, μηδε αμοιρον αρχης κρειττονος και ἡγεμονιας αξιουντες, εικοτως ισαριθμους τας μουσας ουκ εποιησαν, αλλα ουσας ανευρον: *poſtea ſub aetatem Heſiodi, cum ſe facultates iſtae latius ſe proferrent, cumque in partes, ſeu ſpecies dividerent, tres rurſus unamquamque continere differentias obſervarunt: ſcilicet in Mathematica ineſſe Muſicam, & Arithmeticam, & Geometriam: in Philoſophia Logicam, Ethicam, & Phyſicam; in Rhetorica primum Encomiaſticum genus, deinde Deliberativum, tum denique Iudiciale extitiſſe: quorum omnium, cum nihil ducerent poſſe Dei, & Muſae meliori principio atque praeſidio carere, iure totidem numero Muſas* (h. e. novem, cum ab initio tres eſſent) *non quidem crearunt, ſed iam exſiſtentes invenerunt.*

V. 28. 29. πασαν ὁρμην και επιθυμιαν) Dato, quod Ερατω *ab amore* dicta fuerit, explicavit Noſter, quid haec Muſa amori conciliando conferret: nunc per praeteritionem aliam reſponſionem indicat, h. e. *amorem* non unius rei venereae adpetitum ab antiquis fuiſſe vocitatum, ſed quamlibet animi cupiditatem; unde conſequens non fit, hanc Amoris praeſidem Muſam amorem ſtricte dictum, h. e. coitionis adpetitum ſuo interventu confovere; uti Stoicus adſumſerat. Et quidem Linocerius *Myth. Muſ. cap.* 7 aliorſum huiuſce amoris Praeſidis partes adcepit, ſcilicet quod ſcientiarum adpetitum inſpiraret. Ceterum nullus alius ſuppetit teſtis de vaga hac ερωτος adceptione apud veteres; imo, ſi Platonem audimus in *Phaedro*, ερως eſt της επιθυμιας ſpecies, quia amor eſt cupiditas, ſed non omnis cupiditas eſt amor: ὁτι μεν ουν δη επιθυμια τις ὁ ερως εστι απαντι δηλον· ὁτι δ' αν και μη ερωντες επιθυμουσι των καλων ισμεν: *quod igitur cupiditas quaedam ſit amor, omnibus eſt manifeſtum: quod etiam, qui non amant, pulchra cupiant, non ignoramus.* In quae verba ſic Hermias commentatur: ειτα ἱνα δειξη, ὁτι ὡς γενος ειληπται ἡ επιθυμια, φησιν, ὁτι ουκ αντιστρεφει· ου γαρ ὁ επιθυμων, και ερα· και γαρ επιθυμουσι πολλοι σιτιων, και ποτων, και ου λεγονται ὁμως εραν, ουδε ερασται: *tum, ut oſtendat adpetitum ſumi, ut genus, ait, non converti: non enim omnis qui adpetit, amat; namque adpetunt multi cibos & potus, neque tamen amare dicuntur, neque amatores vocantur.* Verumtamen & ερως pro quacumque *cupiditate*, & εραν pro *cupere*

 paſſim

paſſim apud Graecos ſcriptores invenies: quod ad Philodemi mentem facere poſſet.

V. 31. Μωροτατον δε τουτο) Huiuſce commatis, ceteroqui ſatis obſcuri, ſenſus, ni fallor, hic eſt: Cum iam dixiſſet τȣ ερωτος nomine non *amorem* ſtricte ſumtum, ſed omnem animi adfectum cupiditatemque antiquitus veniſſe, ſubdit: „ alioqui ſtultum fuiſſet, ſi ve- „ teres τον ερωτα ad puerorum inſtitutionem recepiſſent, eumdemque mox virginibus non „ decere arbitrarentur: ergo τȣ ερωτος nomine, non eumdem, qualem nos amorem, tunc „ intelligebant ". Veteres ergo cum puerorum amorem admiſerunt, non eum Veneris filium, ſed purum caſtumque intellexerunt. Et ſane eam fuiſſe Solonis mentem, qui ingenuis, ut pueros amarent, conceſſit, ſervis interdixit, docet Plutarchus in eius *Vita*, & in *Amatorio* ſub Hermogenis perſona; etſi Daphnaeus ibidem Solonem turpi amore aeque captum adcuſet; & in libro *de Liberis educandis* eam agitans quaeſtionem: num concedendum ſit liberis uti Amatorum conſuetudine? in dubio relinquit, motus praecipue Socratis, Platonis, Xenophontis, Aeſchinis, aliorumque auctoritate, qui iſtiuſmodi amores probaverant, recitatque Euripidis carmina:

Αλλ' εϛι δε τις αλλος εν βροτοις ερως
Ψυχης δικαιας, σωφρονος τε, καγαθης.
Sed eſt alter inter mortales amor
Iuſtique, caſtique animi, ac probi.

Ceterum legibus puerorum ſtupra fuiſſe interdicta vel ex ipſo Plutarchi loco evincitur, ubi Daphnaeus ait, quoſdam caſtitatem in hiſce amoribus ſimulare *legum metu*: και φιλοσοφειν φησι, και σωφρονειν εξω δια τον νομον, ειτα νυκτωρ και καθ' ἡσυχιαν γλυκει, οπωρα φυλακος εκλελοιποτος: *philoſophari ſe ait, & pudicitiam ſervare foris legis gratia; deinde vero noctu & per ocium dulce pomum remoto cuſtode carpit*. Plura etiam apud Athenaeum *lib. XIII*, & apud Lucianum *de Amoribus* invenies: quae omnia Philodemi argumento velificantur.

V. 35. ὑστερον μονον ερωτα προσαγορευομενον) h. e. Amorem a Venere minime ſeiunctum. In quam ſententiam ait Daphnaeus apud *Plut. in Amatorio*: πως ερως εστιν Αφροδιτης μη παρουσης; .... ειδ' εστι τις ερως χωρις Αφροδιτης, ὡσπερ μεθη χωρις οινου: *quomodo Amor eſt abſente Venere? ..... ſin eſt Amor ſine Venere, tamquam ebrietas ſine vino*. In hanc quidem ſententiam Plato *in Phaedro* ſic amorem definit: ἡ ανευ λογȣ δοξης επι το ορθον ὁρμωσης κρατησασα επιθυμια, προς ἡδονην αχθεισα καλλȣς ερρωμενως ρωσθεισα, νικησασα αγωγη απ' αυτης της ρωμης επωνυμιαν λαβȣσα ερως εκληθη: *cupiditas abſque ratione, quae ſuperat opinionem ad recta tendentem, rapitque ad voluptatem formae, & a cognatis cupiditatibus circa corporis formam vehementer conroborata pervincit & ſuperat, a robore & vehementia amor eſt adpellata*. Mox vero inferius dicit ερωτα dictum, quaſi πτερωτα *volatilem*.

V. 37. 38. απο των ονοματων εκκρεμασθαι) Ut horum, & ſequentium verborum ſententia probe intelligatur, operae praetium eſt noſſe, quae fuerit Epicuri opinio in illa valde celebri quaeſtione, φυσει τα ονοματα, η θησει; *natura ne nomina, an ex inſtituto* eſſent? Cum enim Philoſophorum alii *natura*, alii *inſtituto*, alii denique partim *natura*, partim *inſtituto* illa eſſe contenderent, ut ex Platonis *Cratylo* adparet: Epicurus omnia *ſecundum naturam* principio fuiſſe pronuntiavit, ſed modo plane ab aliis diverſo; in quantum ſcilicet, natura dictante, naturalique impetu primi homines impulſi in ſonos illos prorupere, qui eorum animi adfectum in contemplanda quaque re exprimerent: cum contra alii *ſecundum naturam* eſſe dicerent, quia rerum naturae exprimendae reſponderent, ideoque ex arte, & ſcientia inventa. En Epicuri verba, ut legit Gaſſendus apud *Laërtium lib. X*: Ὁθεν και τα ονοματα εξ αρχης μη θεσει γενεσθαι, αλλ' αυτας τας φυσεις των ανθρωπων καθ' ἑκαστα εθνη ιδια πασχουσας παθη, και ιδια φαντασματα, ιδιως τον αερα εκπεμπειν στελλομενον ὑφ' ἑκαστων των παθων και των φαντασματων, ὡς αν ποτε και ἡ παρα τȣς τοπȣς των εθνων διαφορα ειη· ὑστερον δε κοινως καθ' ἑκαστα εθνη τα ιδια τεθηναι προς το τας δηλωσεις ἡττον αμφιβολους γεινεσθαι αλληλαις, και τα πραγματα συντομωτερως δηλȣσθαι· τινας δε και ου συνορωμενα πραγματα εισφεροντας προς τȣς μη συνειδοτας παρεγγυησαι τινας φθογγȣς, και τȣς μεν αναγκασθεντας αναφωνησαι, τȣς δε τῳ λογισμῳ ἑλομενȣς κατα την πλειστην συνηθειαν ούτως ἑρμηνευσαι: *unde & (intelligitur) nomina ab initio non fuiſſe ex hominum inſtituto, ſed ipſas hominum naturas per ſingulas gentes ſpecialibus animi motibus adfectas, propriiſque viſionibus perculſas peculiari quadam ratione aërem ore emiſiſſe, ipſumque ſecundum ſingulos adfectus, & viſiones eliſiſſe, prout varia fuit locorum gentiumque differentia: poſtea vero apud unamquamque nationem propria nomina communi conſenſu fuiſſe impoſita, ut ſignificationes evaderent minus ambiguae, & res poſſent compendioſius explicari. Cum autem aliqui vellent inconſpectas res iis proponere, qui non cognoſcerent, ſonos aliquos ore emiſiſſe:*


atque

atque ita reliquos partim neceſſitate coactos eumdem ſonum iterum edidiſſe, partim ratiocinio ſignificationem adſequutos, ex multa adſuetudine ſic fuiſſe interpetratos. Quibus ſane verbis triplicem nominum originem adſtruit Epicurus: primam ſcilicet a natura; ſiquidem ipſa primum homines docuit linguam articulatim movere, varioſque pro variis animi adfectionibus ſonos edere; ut diſerte Lucretius explicat:

At varios linguae ſonitus natura ſubegit
Mittere, & utilitas expreſſit nomina rerum:
Non alia longe ratione, atque ipſa videtur
Protrahere ad geſtum pueros infantia linguae.

Cum autem hi ſonitus primitus cuiuſque arbitrio emiſſi varii, & incerti eſſent, opus fuit, ut ſingulae gentes inter ſe convenirent in uniuſcuiuſque rei adpellatione, & communi conſenſu ea vocabula eligerent, quibus magis uti liberet: atque en altera nominum origo, ſive potius publica eorum conſtitutio. Tertia denique eſt eorum nominum, quorum ideae non ab initio, ſed tractu temporis adinventae fuerunt. Cum enim quiſque primum privatam ſibi rei ideam efformavit, nomen ſtatim pro lubitu impoſuit; atque tum factum eſt, ut & reliqui homines, qui eamdem vellent novam rem exprimere, neceſſitate quadam eodem vocis ſonitu uterentur, & qui audirent uſu & ratiocinio eius ſignificationem addiſcerent. Atqui de tertia hac ipſa nominum ſpecie, quam Petri Gaſſendi diligentiam effugiſſe valde miror, nunc Philodemi ſermo eſt. Poſita enim hac Epicuri doctrina, conſequens eſt primaeva nomina, ſive ea conſideres natura ipſa dictata, ſive communi gentium arbitrio probata, aliquid in ſe veritatis primigeniis ideis reſpondentis continere: at quae poſtea privatorum arbitrio novis exprimendis ideis cuſae ſunt voces, non ita rerum naturae conveniunt, ut eas in argumentum adlegare queas. Qua de re Epicureus Noſter, cum argumento, quod ex nomine Ερατȣς adverſarii deſumebant, obviam iverit, denique ſubdit: *ſi modo expedit etiam a nominibus pendere, atque ab his, quae a privato quodam amatore fortaſſe impoſita ſunt, ſicut de aliis nominibus factum eſt, atque perſuaderi ea vel eſſe divinitus adcepta, vel univerſorum ſuffragio conſtituta*. Δαιμονιας enim dicit, quae Epicurus κατα αὐτην την Φυσιν, h. e. *ſecundum divinam naturae vim*; ſicuti παντως προσονομαζομενας ait, quae Epicurus dixit, κοινως καθ' ἑκαστα εθνη τιθεμενα. Quibus verbis profecto indicat nullum eſſe argumentum ab iis nominibus deſumendum, quae non ab initio, ſed longo poſt tempore privato arbitrio inducta ſunt, vel immutata; qualis erat nempe τȣ ερωτος nomen, quod ab initio diverſo ſenſu adcipiebatur, ut ſupra docuerat.

CO-



G. B. Malesci del. A. Lentari inc.

COLUMNA XVI.

Αλλα γαρ επει προς ερωτικην αρετην ου φαινεθ' ἡ μουσικη συνεργουσα, δηλον ὡς ουδε προς ἡν φησιν οικειαν αυτης ειναι, την συμποτικην, και τα συμποσια κοινως. Εγω δ' ουτ' ειναι την καλουμενην συμποτικην αρετην, αλλ' ουχι την ὑπο τουτων πλασθησομενην απο φρονησεως ἡγουμαι, ταχα δ' ουδε πιπτουσαν εις φρονιμους, ουδε συμποσιοις ερωτας εναρμοττειν, ὡς αν ταραχωδεις, και ατερπεις, και διαστατικους των συνοντων ὑπαρχοντας. Την μεν τοι μουσικην οικειαν μεν ειναι συμποσιων και τα παρ' Ομηρῳ δεοντως επισεσημανται· διο δους ετι δε και το δειν ανιεσθαι, και παιζειν εν αυτοις, ου δωσω το μηδεμιαν ειναι πρεπωδεστεραν ελευθεροις ανεσιν και παιδιαν, τουτον αυλησαι, τον δε κιθαρισαι, τον δε χορευσαι, και δι' ερανους τινας αμεινους ειναι· ναι κατα μουσικην την επ' ακουσματων, ου την αυτην. Ουχ ὁμολογησω δ' ουν εκκαλεισθαι τον οινον εξ αναγκης, και τους φρονιμους ἁπαντα ποιειν, ὁσα φησιν, αλλα προ-

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

CAP. VIII. Quid in conviviis praeſtiterit Muſica?

❡ At enim quoniam ad amatoriam virtutem nihil conferre Muſicam adparet, manifeſtum quoque fit neque ad illam, quam hic noſter eius adfinem dicit, hoc eſt convivalem, minime conducere, neque generatim ad convivia. Ego vero neque uſquam eſſe hanc, quam dicunt, convivalem virtutem; neque adeo ſecundum prudentiam ab iſtis confingendam eſſe duco, nec fortaſſe eam in ſapientes viros cadere; neque amores conviviis belle copulari exiſtimo, utpote qui turbas facile cient, & ab animis oblectandis alieni ſunt, & in diſſentiones convivas coniicere valent. Atqui Muſicam conviviorum familiarem eſſe vel ea, quae apud Homerum leguntur, ſatis quidem oſtendunt. Propterea ut ut dederim etiam oportere in ipſis animum relaxari, & ludere, non utique concedam nullam aliam decentiorem eſſe ingenuis viris relaxationem & luſum, quam ut alius canat, alius citharam pulſet, alius ſaltet; atque coenarum cauſa quoſdam meliores evadere. Profecto, inquam, meliores fiunt propter ea, quae muſicis modis canuntur, non propter ipſam Muſicam. Proinde nec confitebor eam a vino, quaſi ex neceſſitate advocari, & prudentes viros omnia facere, quotquot iſte ait

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

V.5. 7. συμποτικην) Huiuſce virtutis συμποτικης, *convivalis*, cuius non alibi, quod ſciam, occurrit mentio, quemadmodum & ερωτικης, *amatoriae*, inventio Stoicis procul dubio debebatur, praeſertim Chryſippeis. Chryſippus enim teſte Plutarcho *de Virt. Morali* auctor fuerat virtutes innumeras ſecundum varias qualitates, quas reſpicerent, eſſe conſtituendas: en Chaeronenſis verba: χρυσιππος δε κατα το ποιον αρετην ιδια ποιοτητι συνιστασθαι νομιζων, ελαθεν ἑαυτον, κατα τον Πλατωνα, σμηνος αρετων ε συνηθες, εδε γνωριμον αγειρας· ὡς γαρ παρα τον ανδρειον ανδρειαν, και παρα τον πραον πραοτητα, και δικαιοσυνην παρα τον δικαιον, ουτως παρα τον χαριεντα χαριεντοτητα, και παρα τον εσθλον εσθλοτητα, και παρα τον μεγαν μεγαλοτητα, και παρα τον καλον καλοτητα, ἑτερας τε τοιαυτας επιδεξιοτητας, ευαπαντεσιας, ευτραπελιας, αρετας τιθεμενος πολλων και ατοπων ονοματων εδεν δεομενην εμπεπληκε Φιλοσοφιαν: *Chryſippus autem, dum ſecundum varias qualitates peculiariter virtutem conſtitui debere putat, imprudens (ut eſt apud Platonem) magnum virtutum examen incognitum, atque inſolens congregavit. Sicuti enim a forti fortitudinem, a manſueto manſuetudinem, a iuſto iuſtitiam, ſic a gratioſo gratioſitatem, a bono bonitudinem, a magno magnitudinem, a pulchro pulchritudinem, aliaſque id generis dexteritates, comitates, urbanitates pro virtutibus conſtituens, multis & abſurdis nominibus minime indigentem philoſophiam replevit.* Quid mirum igitur, ſi virtutem *amatoriam*, & *convivalem* etiam induxerint? Philodemus vero huiuſmodi virtutem *convivalem* ſe minime agnoſcere iure dictitat.

V.6. και τα συμποσια κοινως) Uſitatiſſimam in veterum cum Graecorum, tum Romanorum conviviis Muſicam fuiſſe innumera docent ſcriptorum teſtimonia; quos inter Tullius *Tuſc. I: eſt in originibus ſolitos eſſe in epulis canere convivas ad tibicinem de clarorum hominum virtutibus.* Alia huc adferre ſupervacaneum duco, praeter unum Dicaearchi locum, quem adlegat Ariſtophanis Scholiaſtes *in Nub. act. 5. ſc.* 2. ut inſequentibus facem praebeat: οἱτε γαρ ᾳδοντες εν τοις συμποσιοις εκ παλαιας τινος παραδοσεως κλωνα δαφνης, η μυρσινης λαβοντες ᾳδεσιν: *canentes enim in conviviis ex antiqua traditione ramum lauri, vel myrti ferentes canunt*: cetera videſis apud Bartolinum *de Tibiis veterum cap. XIII.* Hinc tibiae in conviviis uſitatae dictae ſunt παροινιαι, quaſi *vini ſociae.* Carmina vero decantari ſolita, praeter paeanes, qui etiam in conviviis in Deorum honorem canebantur, σκολια dicta fuere, quaſi *obliqua*: de qua adpellatione ſic differit Plutarchus *Convival. lib. I qu.* 1: ᾳδει μεν γαρ ισως τα καλεμενα σκολια κρατηρος εν μεσω προκειμενου, και στεφανων διανεμομενων, ες ὁ θεος ελευθερων ἡμας επιτιθησιν· ε καλον δε, εδε συμποτικον; επει τοι και τα σκολια φασιν ε γενος ασματων ειναι πεποιημενων ασαφως, αλλ' ὁτι πρωτον μεν ηδον ωδην τε θεε κοινως ἁπαντες μια φωνη παιανιζοντες, δευτερον δε εφεξης ἑκαστῳ μυρσινης παραδιδομενης, ἡν ᾳσαρον οιμαι, δια το ᾳδειν τον δεξαμενον, εκαλεν· επι δε τετῳ λυρας περιφερομενης, ὁ μεν πεπαιδευμενος ελαμβανε, και ηδεν ἁρμοζομενος, των δε αμεσων προσιεμενων, σκολιον ωνομασθη το μη κοινον αυτον, μητε ρᾳδιον· αλλοι δε φασι την μυρσινην ε καθεξης βαδιζειν, αλλα καθ' ἑκαστον επι κλινην διαφερεσθαι· τον γαρ πρωτον ᾳσαντα τῳ πρωτῳ της δευτερας κλινης αποστελλειν· εκεινον δε τῳ πρωτῳ της τριτης, ειτα τον δευτερον ὁμοιως τῳ δευτερῳ· και το ποικιλον, και πολυκαμπες, ὡς εοικε, της περιοδε σκολιον ωνομασθαι: *cantat enim fortaſſe aliquis Scolia dicta carmina cratere in medium poſito, & corollis diſtributis, quas Deus libertatem donans nobis imponit: nonne pulchrum hoc, atque convivio aptum? Quandoquidem ſcolia, aiunt, non eſſe cantilenae obſcurae genus, ſed quia primum ſolerent paeanem Deo omnes una voce, deinde vero ſinguli in gyrum accepta myrto, quam ex eo aſaron adpellabant, quod canerent is, cui tradita ea foret. Et quia deinde circumeunte lyra eruditi adcipiebat, & carmen concinne modulabatur, rudes vero recuſabant, ſcolion fuit nominatum, quod neque facile eſſet, neque commune carmen: alii vero myrtum non in gyrum ordine iviſſe dicunt, ſed a lecto in lectum tranſmiſſam; ita ut, qui primus ceciniſſet, tranſmitteret primo in altero lecto decumbenti, atque hic tertii lecti primo; eodemque pacto ſecundi ſecundis: itaque varia haec & fluxuoſa circuitio, ut videtur, Scolion adpellata fuit.* Eadem ferme habet Athenaeus *lib. XV cap.* 15. Scolia igitur heic reſpicit Noſter; quod unum erat reliquum carminum genus, quae in melica poëſi hominibus referri Proclus ſcribit (ut adnotavimus in *Col. V v.* 15 *pag.* 28); ſi *Sillos* excipias, de quibus nullus eſſe poteſt heic ſermo, quia utpote ſatyrici, vel nunquam canebantur, vel certe Muſicae laudi vertere Stoicus non poterat, ut mordacibus & conviciosis carminibus inſerviret.

V.19.

V. 19. 20. *και τα παρ᾽ Ωμηρῳ*) Homerus quidem non uno in loco Muſicam in conviviis adhibitam cecinit, ſic *Odyſſ. α v.* 152.

Μολπη τ᾽ ορχηστυς τε · Ἰα γαρ τ᾽ αναθηματα δαιτος:
Cantus & ſaltatio; haec enim ſunt ornamenta convivii.

Et *Odyſſ. δ v.* 15:

Ως οἱ μεν δαινυντο . . . .
Τερπομενοι · μετα δε σφιν εμελπετο θειος αοιδος
Φορμιζων · δοιω δε κυβιστητηρε κατ᾽ αυτους
Μολπης εξαρχοντες εδινευον κατα μεσσον .
Sic hi epulabantur . . . .
Se oblectantes: inter ipſos vero canebat divinus cantor
Citharam pulſans: duoque ſaltatores ex eis
Cantum auſpicantes ſaltabant in medio.

Quos tamen verſus eo inrepſiſſe Ariſtarchi licentia, qui ex *Ilyad.* ς, ubi ſuus erat locus, male tranſtulerat, diſputat Athenaeus *lib. IV cap.* 28; ubi etiam contendit huiuſmodi oblectationes in conviviis minime Neſtori & Menelao ab Homero adtribui, ſed Procis & Phaeacibus, & inter reliqua argumenta, illud etiam habet: *ου πιθανον ακροαμα παρα τῳ Μενελαῳ τυγχανειν, δηλον εκ του δι᾽ ὁμιλιας ὁλον το συμποσιον περαινεσθαι της προς αλληλους: minime credibile eſſe apud Menelaum cantorem fuiſſe hinc adparet, quod mutuis conloquiis totum convivium traduxerint.* (Vide Caſaubonum in *h. l.*) Quae ſi Epicureus Noſter animadvertiſſet, aliam procul dubio reſponſionem comparaſſet. Ipſe autem, cum huiuſmodi teſtimoniis refragari non audeat, ſufficienter ex Homero evinci fatetur Muſicam conviviorum ſociam fuiſſe; ſed inde non aliud inferri poſſe concedit, niſi quod in conviviis uſque requiſita fuerit oblectatio, quod unum eſſe Muſicae munus contendit. Cui Epicureorum exceptioni procul dubio adludit Plutarchus in *De Muſica in fine*, cum, recitato Homeri verſu ex *Odyſſ. α*, ſubdit: *και μοι μηδεις ὑπολαβετω, ὁτι προς τερψιν μονον χρησιμην ῳηθη μουσικην Ωμηρος δια τουτων: neu quis excipiat dumtaxat ad oblectationem utilem eſſe Muſicam, voluiſſe Homerum hiſce verbis ſignificare.* Sed ſublimiorem longe ſenſum ex Homeri verbis expiſcabantur Muſicae ſtudioſi, ut ibidem Plutarchus ſubdit: *αλλα γαρ βαθυτερος εστι νους εγκεκρυμμενος τοις επεσι . . . . συνεβαινε γαρ εισαγεσθαι μουσικην, ὡς ἱκανην αντισπαν, και πραΰνειν την του οινου ὑποθερμον δυναμιν. καθαπερ που Φησι ὁ ἡμετερος Αριστοξενος · εκεινος γαρ ελεγεν εισαγεσθαι μουσικην παρ᾽ ὁσον ὁ μεν οινος σφαλλειν πεφυκε των αδην αυτῳ χρησαμενων τα τε σωματα, και τας διανοιας · ἡ τε μουσικη τῃ περι αυτην ταξει τε, και συμμετρια εις την εναντιαν καταστασιν αγει τε, και πραΰνει · παρα τουτον ουν τον καιρον, ὡς βοηθηματι, τῃ μουσικῃ τους αρχαιους Φησι κεχρησθαι: ſed enim altior latet in eius verbis ſenſus . . . . . ideo quippe his adhiberi receptum fuit, quod animum diſtrahere, & vim caloris vini mitigare valeret. In quam ſententiam etiam Ariſtoxenus noſter dixit, Muſicam introductam in coenas eſſe, quod ſicut vinum nimio ipſo utentium & corpora, & animos labefactat; ſic Muſica ſuo ordine, & concinnitate in contrarium ſtatum abducit, atque ſedat. Ea igitur occaſione Homerus ait priſcos Muſica tamquam remedio uſos.* In idem argumentum diſputat etiam in *Convivalium lib. VII quaeſt.* 7 & 8. Neque ab eo diſcrepat *Athenaeus lib. XIV cap.* 6: *ὁθεν εοικε και Ομηρος διατηρων την αρχαιαν των Ελληνων καταστασιν, λεγειν ·*

Φορμιγγος θ᾽, ἡν δαιτι θεοὶ ποιησαν εταιρην.

ὡς και τοις ευωχουμενοις χρησιμης ουσης της τεχνης · ην δε, ὡς εοικε, τουτο νενομισμενον πρωτον μεν, ὁπως ἑκαστος των εις μεθην και πληρωσιν ὁρμημενων ιατρον λαμβανῃ της ὑβρεως, και της ακοσμιας την μουσικην, ειθ᾽ ὁτι την αυθαδειαν πραΰνει · περιαιρουμενη γαρ την στυγνοτητα ποιει πραοτητα, και χαραν ελευθεριαν: unde veriſimile eſt Homerum priſcum illum Graeciae ſtatum & morem conſervantem dixiſſe:

Citharae, quam ſociam epularum Dii fecerunt.

tamquam utilis etiam convivantibus ars Muſica ſit. Fuit autem, ut probabile eſt, veluti lege id ſancitum, primum quidem, ut eorum, qui ad ſatietatem & temulentiam ediſſent, atque bibiſſent, mederetur petulantiae & inſolentiae Muſica; tum quia impotentiam animi temerariam non ſolum cohibet & mitigat, ſed etiam diſcuſſa triſtitia lenitatem adfert, liberalemque laetitiam. Sic etiam Ariſtoteles *Politic. lib. VIII c.* 3, & Macrobius *Saturnal. lib. VII c.* 1.

V. 22. *ανιεσθαι και παιζειν*) Relaxationis, & hilaritatis gratia Muſicam in conviviis adhibitam ne Xenophon quidem abnuit, ſiquidem in ſuo *Convivio* ſic habet: *επει δε αυτοις ἡ αυλητρις μεν ηυλησε, ὁ δε παις εκιθαρισε, και εδοκουν μαλ᾽ αν αμφοτεροι ἱκανως ευφραινειν:*


poſtquam

poſtquam tibicina tibia, *&* *puer cithara cecinissent*, *&* *viderentur ambo ſatis convivas exhilaraſſe*. Qui Xenophontis locus facem nobis praebuit, ut infra conruptum verſum 27 ſic reſtitueremus: τȣτον μεν αυλησαι, τον δε κιθαρισαι.

V. 31. την επι ακουσματων) Tantumdem eſſe μȣσικην την επι ακȣσματων, ac *Muſicam ab auditionibus*, h. e. *quae auditionibus*, ſive *ſententiis*, *quae canuntur*, *inſerviat*, pro certo habemus, eodem ferme pacto, quo de perſonis Graece dicitur, ὁ επι των επιστολων, επι των ευθυνων, *ab epiſtolis*, *a rationibus*. Ακȣσματα autem idem heic ſunt, atque ακροαματα, de quibus mox ad *Col. ſeq.* agemus.

V. 33, 34. εκκαλεισθαι τον οινον εξ αναγκης) *Ex neceſſitate* ſcilicet adhibendi temulentis convivis remedium, ut modo ex Plutarcho, & Athenaeo audivimus. Atqui Plato non tantum neceſſitatis, quam opportunitatis gratia Muſicam a vino advocari ait, quippe calentes mero animi, quaſi iuventute vigentes, facilius regi atque duci queant: ita *de legibus lib. II*: ουκȣν εφαμεν, ὁταν γιγνηται ταυτα, (προσιȣσης της ποσεως) καθαπερ τινα σιδηρον τας ψυχας των πινοντων διαπυρȣς γιγνομενας, μαλτακωτερας γινεσθαι και νεωτερας; ὡστε ευαγωγȣς συμβαινειν τῳ δυναμενῳ και επισταμενῳ παιδευειν, και πλαττειν. καθαπερ ὁταν ησαν νεαι: *nonne dicebamus*, *cum haec fiunt* (*procedente compotatione*), *tamquam ferrum bibentium animos inflammatos molliores atque iuniores reddi? ac proinde facilius duci atque regi ab eo poſſe*, *qui erudiendorum fingendorumque animorum rationem novit*, *quaſi iuvenes forent*.

CO-



G. B. Malesci del. *Bart. Oratj inc.*

COLUMNA XVII.

μη σκαιως, αλλ' εμμελως αναστρεφεσθαι. Κακεινο δε χρηστομαθως ευρηται το ομιλειν μεν, και τους ιδιωτας ὑπο της οικειοτητος παραλαμβανειν γετοι και ακροαματ' εις τα συμποσια, διαπιπτειν δε τω μη τον Ομηρον, και τον Ησιοδον, και τους αλλους ποητας των μετρων και μελων· βελτιω γαρ εστι τα χρωμενα συμποσια τουτοις· τουτων μουσικη δε πως αμεινον χρηται ποητας, αλλ' ου μουσικους, τουσγε τον μετρον εισαγοντας καν τω λοιπω βιω. Τοιγαρουν εκ τινων χρονων, ει και μη παρ' ὁλον σχεδον, ὡς ουτος εγραψε, ποικιλην διαγωγην ὑπο των μουσικων παρασκευαζεσθαι προσδεχομενοι, το ποικιλον, και πλειον ὑπο των συμπλεκομενων γινεσθαι φησομεν, ουχ ὑπο γε της μουσικης αυτης, ἁ τινα δε δη γραφοι· την δε ψυχαγωγιαν ιδια παρειληφθαι παρα τοις μελεσι, ὁιας και τυγχανειν επισπασεις ὑπο χαμαιλεοντος, ἁπαντα σχεδον διανοηματων ειναι, και ποητικης χρωματα. Παλιν δε λεγωμεν· επει προς τον ερωτα την μουσικην ουθεν αν ευροιμεν χρησιμευουσαν, μηδε προς φιλιαν οικειως προσφερεσθαι, καν πλησιον τουτου ταυτην τιθωμεν· αλλων δε μη τιθεμενων μην, ουκ εοικαμεν ουδ' αν αυτω συγγενη ειναι φυσει, ουδ' επειν, και συνεργειν . . . .

. . . .

non ruſticiter, ſed concinne converſari. Illud vero cum diſcendi utilitate inventum eſt, fabulari ſcilicet in menſa, & privatos homines ex communi conſuetudine adſciſcere, qui acroamata recitent in conviviis; nec inde excidere Homerum, & Heſiodum, & alios metrorum & carminum compoſitores; meliora enim ſunt convivia, quae hiſce acroamatis utuntur: horum utique Muſica quodammodo melior commodato adcipit non Muſicos, ſed Poëtas, eos nempe, qui modum & menſuram etiam in reliquis vitae actibus induxerunt. Igitur cum ex certo tempore, etſi non fere per totum (ut iſte ſcripſit) varium oblectamentum per Muſicos adportari admittimus, huiuſmodi varium, & maius ex rerum multarum complexione oriri adfirmamus, non ab ipſamet Muſica, quidquid iſte ſcriptitet: animi vero oblectationem proprie adceptam deberi cantibus, &, non ſecus ac per Chamaeleontem adtractiones *colorum* fieri novimus, omnes fere a ſententiis, & a poëſi eius colores provenire. ¶ Denuo autem dicamus: quoniam ad amorem nihil invenimus conducere Muſicam, neque ad amicitiam conferre putamus, etſi eam huic adfinem fecerimus. Cum autem alii nequaquam talem reputent, nobis ſane minime videtur illi ſuapte natura cognata eſſe, neque illum ſequi, atque iuvare . . . .

. . . .

CAP. IX. An ad amicitias conciliandas quid conferre queat.

V. 4. ὁμιλειν) Prima vocis elementa, quae tabula exhibet, ea ſunt, ut nihil inde elicere commode queas; ſed αυτογραφον ſedulo inſpicienti, adparent τȣ Ο, & Μ veſtigia, reliqua ſatis incerta ſunt. Nos autem nihil in tabula immutandum duximus, ſed ſervandum potius, quod imperito delineatoris oculo ſe obiecerat; ut, noſtra coniectura propoſita, cuivis poſtea liberum foret aliquid melius argutari. Et quidem Homericum Menelai convivium δι᾽ ὁμιλιας ὁλον περαινεσθαι της προς αλληλους, *mutuis conloquiis totum fuiſſe traductum* obſervat Athenaeus *lib. IV. cap.* 28. *Converſari* autem in conviviis veteres conſueviſſe, Romanos praeſertim ſuo aevo, teſtis eſt Plutarchus *Convival. lib. II quaeſt. I*, ubi cum dixiſſet quaedam *introducta eſſe in convivia unius voluptatis gratia*, *ſed uſu nullo*, *ut acroamata*, *ſpectacula*, *ſcurra aliquis*, *qualis apud Calliam Philippus*: τα δ᾽ επιδοσιν γεγονεν ἡδονης ἑνεκεν, χρειας μη συναγομενης, ὡσπερ ακροαματα, και θεαματα, και γελωτοποιος τις εν Καλλιȣ Φιλιππος (ſic enim lego pro εκ Καλλιου: quibus verbis ad Xenophontis convivium manifeſto adluditur: quod cum non animadvertiſſet Xylander, abſcidit e verſione verba illa τις εκ Καλλιȣ Φιλιππος, quae ſibi ſenſu vacua videbantur), tum ſubdit infra: οὑτω δη και των λογων τȣς μεν επι χρεια τη περι τα συμποσια περιλαμβανȣσιν οἱ μετριοι, τȣς δε αλλȣς δεχονται θεωριαν πιθανην, και τω καιρω μαλλον αυλȣ, και βαρβιτȣ πρεπȣσαν εχοντας: *ſic etiam modo ſermones aliquos ad uſum conviviorum aptos adhibent mediocris fortunae homines*, *modo vero alios continentes ſpeculationem probabilem*, & *tempori magis*, *quam tibia*, & *barbitum idoneam ſuſcipiunt*: & mox utriuſque ſermonum generis adfert exempla. At huiuſmodi diſputationes in conviviis uſque a Philodemi aevo uſitatas fuiſſe, antiquata Muſica, conligimus ex hoc loco, & ex iis, quae habet infra *Col. ultima*; iidem ſunt enim Plutarcho οἱ μετριοι, ac Philodemo ιδιωται: quod non adhuc fortaſſe animadverterunt interpretes. Quintilianus etiam Muſica uſos in conviviis veteres Romanos, non quidem ſui aevi homines teſtatur *lib. I cap. X*: *ſed veterum quoque Romanorum epulis fides*, *ac tibias adhibere moris fuit*.

V. 7. ακροαματα εις τα συμποσια) *Acroamata* h. e. Poëtarum, aliorumve ſcriptorum recitationes cum Muſica, vel ſine, in conviviis veterum fuiſſe uſurpata, locupletiſſimus teſtis eſt Plutarchus, qui in *Convivalium VII* eam tractat quaeſtionem, quae numero eſt octava: τισι μαλιςα χρηςεον ακροαμασι παρα δειπνον; *quaenam potiſſimum acroamata coenae ſint adhibenda*? ubi videre eſt fuiſſe aliquando etiam Platonis dialogos a pueris memoriter recitata, & apta geſticulatione exhibita; praeterea in uſu maxime fuiſſe Comicorum, & praecipue Menandri lectionem, *ita ut*, ait, *facilius ſine vino*, *quam ſine Menandro perageretur convivium*, ὡς μαλλον αν οινου χωρις, η Μενανδρȣ διακυβερνησαι τον ποτον; denique inter acroamata recenſeri tum mimos, tum nudam citharam, vel lyram, tum demum ωδας citharae coniunctas. Ακροαμα etiam alicubi dicitur ipſe *cantor*, ut obſervat Caſaubonus in *Athen. lib. IV cap.* 28. Heic autem de nudis acroamatis verba fieri a Philodemo pronum eſt. Is enim, qui a Muſica nihil emolumenti expectabat, ſermones & acroamata apud privatos homines utiliter invecta eſſe dictitat, praeſertim ſi ab ipſis non intercideret Homerus, Heſiodus, aliique egregii Poëtae, ſive canerentur, ſive non. Et quidem Homerum a conviviis non abfuiſſe teſtatur Athenaeus *lib. XIV*; de Laurentii enim convivio habet: ȣκ απελιποντο δε ἡμων των συμποσιων ȣδε ραψωδοι· εχαιρε γαρ τοις Ομηρȣ ὁ Λαρηνσιος, ὡς αλλος ȣδε εις: *non defuerunt conviviis noſtris Rhapſodi*; *Laurentius enim Homeri verſibus tam impenſe*, *ut nemo alius*, *oblectabatur*.

V. 13. *ad* 16. In quatuor hiſce verſibus exſcribendis, ut cum maxime dormitaſſe librarium noſtrum adparet. Ecquis enim non videt *v.* 13. pro τοις legendum τουτοις, *v.* 14. pro δε reponendum δη, & pro αμεινον fortaſſe αμεινων, *v.* 16. pro των μετρων refingendum τον μετρον?

V. 15. χρηται ποητας αλλ᾽ ου μουσικους) Horum verborum ſenſus videtur is eſſe: „ Muſica illorum conviviorum, in quibus acroamata, h. e. optima carmina recitarentur „ quodammodo melior eſt, utpote quae ſibi adſciſcit Poëtas, in quantum Poëtae ſunt, „ non Muſici ". Veteres enim Poëtas eoſdem fuiſſe, ac Muſicos, notum eſt, noſque ſuperius demonſtravimus.

V. 16. τȣσγε τον μετρον εισαγοντας) Ex his ſane verbis manifeſto conligimus Epicureos a poëſi, atque poëtis non maxime abhorruiſſe, ut quidam ſunt opinati: quin imo non parum boni a principum poëtarum lectione decerpi poſſe fatebantur. Compone iſta cum illis, quae in *Praefatione* §. *XIII* diſputavimus.


V. 29.

V. 29. 30. ψυχαγωγιαν ιδιᾳ παρειληφθαι) Negat id diſerte Ariſtides *II. de Muſica*: ουτε γαρ ἁπασα τερψις μεμπτεον, ουτε της μουσικης αυτη τελος· αλλ᾽ ἡ μεν ψυχαγωγια κατα το συμβεβηκος, σκοπος δε ὁ προκειμενος ἡ προς αρετην ωφελεια: *nec enim omnis delectatio eſt reprehendenda, nec Muſicae eſt finis: ſed illa quidem animi oblectatio per adcidens fit, ſcopus vero propoſitus eſt virtutis capeſſendae utilitas*. Deinde ſubdit: ὁπερ πολλους τε αλλους ελαθε, και τον εν τοις Κικερωνος του Ρωμαιου πολιτικοις τα κατα μουσικης ρηθεντα. ου γαρ εγωγε αν φαιην εκεινῳ τα τοιαυτα ειρησθαι: *quod tum multos alios latuit, tum in primis illum, qui in Ciceronis Romani Politicis contra Muſicam quaedam diſſeruit; non enim ego putem ab illo huiuſmodi fuiſſe dicta*. Quo in loco Tullium Philodemi noſtri, vel certe Epicureorum argumentis abuſum, ut Muſicam inſectaretur ſub ficti alicuius interloquutoris perſona, non eſt quod dubitemus, cum Epicureum noſtrum toties idem dogma inculcantem audierimus: *Muſicam unice aurium oblectationem parere*, τερψιν ακοης προστιθεναι μονον. Imo vero etiam alibi Romanus Orator in eamdem ſententiam aliquid eructaſſe videtur, quaſi ratum haberet *a Muſica oblectationem proprie expectari*, ait enim *de Orat. lib. III*: *Nam haec duo, Muſici qui erant quondam, iidemque Poëtae machinati ad voluptatem ſunt, verſum & cantum, ut & verborum numero, & vocum modo delectatione vincerent aurium ſatietatem*. Philodemi tamen *in Muſicam* ſcripta ab Ariſtide fuiſſe ignorata ex hoc ipſo adparet, ut iam monuimus in *Praefatione* §. *XVII*.

V. 31. οἱας και τυγχανειν επισπασεις) Sic enim lego pro επιστασεις, quod in ms. vides: & fortaſſe melius: και, οἱας τυγχανειν. Eodem ferme pacto Plutarchus adulatorem Chamaeleonti ſimilem dicit in libro *De Adul. & Amic. diſcrimine*: ὡσπερ των θηριων ὁσα πεφυκοτα την χροαν τρεπεσθαι, συναφομοιουται τοις ὑποκειμενοις σχημασι, και χωριοις: *ſic & animalia, quae colorem mutandi facultate praedita, ſubiectae materiae ac locis adſimilantur*: & paullo infra: ὁ δε κολαξ ατεχνως το του χαμαιλεοντος πεπονθε: *adulatori idem prorſus adcidit, quod chamaeleonti*.

V. 39. 40. προς φιλιαν οικειως προσφερεσθαι) Prae reliquis etiam hoc Muſicae tribuebant veteres, ut amicitias conciliare valeret: itaque Ariſtides de ea praedicat *lib. II*: χαριν τε γινωσκειν ες φιλιαν ἑκαστον αυτῳ, και κοινῃ προς αλληλους συναγουσῃ: *gratiam* (*Muſicae*) *habendam, utpote quae amicitiam cuique ſecum, communiterque cum aliis conciliet*.

V. 41. καν πλησιον τουτου κ.τ.λ.) Sic legi poſſe contextus ſuadet. Stoicus enim cum ſatis ſe probaſſe duceret ad amorem inflammandum Muſicam conferre, mox vero ex amoris cum amicitia adfinitate, quam ſubponebat, ad amicitiam quoque conciliandam Muſicam valere concludebat. Philodemus contra cum hilum ad amorem conferre negaſſet, ne ad amicitiam quidem conciliandam quidquam valere contendit, etiamſi daretur iſta amoris amicitiaeque adfinitas: deinde hanc etiam diſerte negat. At vero huiuſmodi inter amorem amicitiamque adfinitas non Stoici modo, ſed alii quoque veteres philoſophi agnoſcebant. Sic apud Plutarchum *in Amatorio* Protogenes ait: ερως γαρ ευφυους, και νεας ψυχης ἁψαμενος εις αρετην δια φιλιας τελευτᾳ: *amor enim, ubi generoſam adoleſcentis adtigit indolem, in virtutem per amicitiam deſinit*; & paullo poſt: ερως προσδοκιαν φιλιας απολαβων ουκ εθελει παραμενειν, ουδε θεραπευειν εφ᾽ ὡρᾳ το λυπον, και ακμαζον, ει καρπον ηθους οικειον εις φιλιαν και αρετην ουκ αποδιδωσιν: *amor expectatione amicitiae amiſſa non vult permanere, neque colere formae gratia id, quod moleſtum ſimul, & pulchrum ſit, niſi fructum conſuetudinis proprium ad amicitiam, & virtutem transferat*. Et rurſus infra: τις ανασχοιτο των την Αφροδιτην λοιδορουντων, ὡς ερωτι προσθεμενη και παρουσα κωλυει φιλιαν γενεσθαι; *ecquis ferat eos, qui Venerem maledictis inceſſunt, quaſi amori adiuncta prohibeat, quo minus amicitia ſit?* Et mox: ποιειν τινα δοκει ζεσιν εν αρχῃ, και ταραξιν ὁ ερως, ειτα χρονῳ καταστησας και καθαιρεθεις την βεβαιοτατην διαθεσιν παρεσχεν: *principio efferveſcentiam quamdam, & conturbationem Amor efficere videtur, paullo poſt ſubſidens, & repurgatus ſtabiliſſimam adfectionem gignit*. Atque hinc diſcimus quomodo explicanda ſint illa eiuſdem Plutarchi verba, quae a Stobaeo recitantur *ſermone LXII*: ορθως ενιοις εδοξε ερως το μεν αρχομενον επιθυμιαν ειναι· το δ᾽ ὑπερβαλλον μανιαν· το δε αντιστροφον, φιλιαν, h. e. *recte aliquibus viſus eſt amor initio eſſe cupiditatem; in exceſſu furorem; in oppoſito autem ſtatu*, (*id eſt in ejus remiſſione*) *amicitiam*. Male ergo poſtrema haec verba Stobaei interpres reddit: *& ſimilem ei eſſe amicitiam*.


ΣΥΜ ΟΣΙΑ ΔΙΔΟΝΤΕΣΕΝΑΡ
ΜΟ ΤΕΙΝ ΥΤΙΙΝ ΤΟΔΕΜΟ
ΝΟΝΤΕΛΟ ΑΥΤΩ ΝΕΙΝΑΙΦΙ
ΛΟΦΡΟΣΥ ΗΝΟΥΤΙΘΕΝΤΕΣ
ΑΛΛΑΚΑΙΤ ΙΝΕΤΕΡΑΠΡΟΣΤΗΝ
ΗΔΟΝΗΝΟΥΠΡΟ ΕΚΕΙΝΗΝΧΡΗ
ΣΙΜΕΥΕΙΝΟ ΜΟΛΟΓΗΣΟΜΕΝΩΣ
ΤΟΥΔΕΠΡΟΣ ΙΛΙΑΝΚΑΙΤΟΥΤΩΝ
ΕΝΑΡΓΕΣΕΚ ΑΤΕΡΟΝΕΙΝ ΑΙΤΟΓΕ
ΕΠΙΤΕΡΠΩΣ ΜΑΣΑ ΩΜΕ
ΝΟΥΣΤΗΣΜ ΟΥΣ ΙΣΗΣΔΙΑ ΘΕ
ΣΘΑΙΚΑΙ ΤΟΜΗΔΕΠΟΤ ΙΔΕΝ
ΑΥΤΟΙΣΣΥ ΝΙ ΣΤΟΡΗΚΕΝΑΙΠΡΟΣ
ΦΙΛΟΦ ΡΟΣΥ ΝΗΝΧΑΙΦΙΛΙΑΝ Ε
ΠΙ ΤΑΤΙΚΟ ΝΕΙΜΕΛΩΝΚΑΙΡΥ
ΘΜΩΝΕΣΧΗ ΟΣΙΝ ΟΥΔΑΝ
ΕΙΗΣΙΔΕΤΑ ΚΑΙΑΦΙΑ ΡΟΙ
ΤΑΔΕΣΥΜΠΕΠΛΕΓ ΕΝΑΑΥ
ΤΟΙΣ ΔΙΑΝΟΗΜΑ ΛΛΑΤΟΥ
ΝΑΝ ΤΙΣΝΑΝΑΜΕΛ ΕΤΑΙΤ
Κ ΚΟΥ Μ Ν ΚΑΘΙ ΝΕΙ
ΣΘΑΙΤΙΑ ΝΑΝΕΙΜΕΝΩΝ
ΚΑΙΔΙΑΚΕ Ν ΜΑΡΩΣ
ΟΥΜΗ ΑΛ ΑΙ ΙΑΝΙΗΚΑΙ
ΜΑΡΟΤΣΓ ΗΚΑΣ ΑΠ ΑΠΣ
ΛΑΙΣ Ο ΤΕ ΒΡΩΧ
ΤΩΝΚΑ ΗΦΙΛΙΑΣ
ΚΑΙΟΝ ΚΑΝΑΙΤΙ
Α ΟΙ ΟΙ ΕΤΑΥΤΗ
ΜΟΝ Μ ΛΛ ΩΝΚΑΤΑ
ΙΣΙ ΑΡ ΤΤΗ ΗΜΑΣΜΑ
ΣΤΑΓΙΝΕΣΕ ΙΔ ΑΛΥΤΙΧ
ΟΥΣ ΛΑΚ ΑΙΜΟΝΙΟΥΣ
ΔΕΤΟΙΣΑΔΙΑΝΟΗΤΟΙΣΟΥΧ
ΠΡΟΣΙΕΜ ΑΙ ΜΑΡΤΥΡΟΥΝ
ΤΑΣΟΤΙΚΑΙΠ ΟΧΡΗΣΤΟΝ
ΕΣΧΟΝ ΜΕ ΤΑΠ ΜΥ ΣΘΑΙΘΗ
ΛΗΤΑΝΚΑΙΠ Α ΕΝΟΜΕ
ΝΟΥ ΤΗΣΔΙΧΟΙ ΑΣ ΗΞΑΝ
ΕΙΔΗΜΑΡΙ ΥΣ ΑΛΛΟ
ΝΣΟΝΟΝΣΙΠ ΤΟΙΣΠΕΠΛΑ
ΚΟΣΙ ΑΡΙ ΚΑΙΜΟΥΣΙ
ΚΟΙΣΑΛΛΟ ΑΝΤΙΛΕΓΟΥ
ΙΝΟ Δ ΙΝΑ Ι
Λ ΝΑΑΛ

COL. XVIII

G. B. Malesci del. *Bart. Oratij inc.*

COLUMNA XVIII.

συμποσια διδοντες εναρμοττειν αυτην , το δε μονον τελος αυτων ειναι φιλοφροσυνην ȣ τιθεντες , αλλα και τιν' ἑτερα , προς την ἡδονην , ȣ προς εκεινην χρησιμευειν ὁμολογησομεν , ὡςτ' ȣδε προς φιλιαν · και τȣτων εναργες ἑκατερον ειναι , τογε επιτερπως ἡμας ακροωμενȣς της μȣσικης διατιθεσθαι , και το μηδε ποτε μηδεν αυτοις συνιστορηκεναι προς φιλοφροσυνην , και φιλιαν επιστατικον εκ μελων και ρυθμων εσχηκοσιν . Ουδ' ανιησι δε ταυτα , και αφιλαροι ταδε συμπεπλεγμενα αυτοις διανοηματ' , αλλα τȣναντιον αναμελπεται τα κατακȣομενα καθικνεισθαι παντων ανειμενων και διακειμενων ἱλαρως . Ου μην αλλα και ανιη , και ἱλαρȣς ποιη , καθαπερ απολαυσις ποτων τε , και βρωτων , καφροδισιων , μη φιλιας , και ὁμοφροσυνης αν αιτιαν οιομεθα . ουδε ταυτη μεν , αλλα τȣναντιον κατα τας ἱλαροτητας ἡμας μαλιςα γινεσθαι διαλυτικȣς . Λακεδαιμονιȣς δε τοις αδιανοητας ȣ προσιεμεθα μαρτυρȣντας , ὁτι και πυθοχρηςον εσχον μεταπεμψασθαι Θαληταν , και παραγενομενȣ της διχονοιας εληξαν . Οἱ δη μαρτυρουσιν , αλλα μονον οἱ πλησιον τοις πεπλακοσιν αρχαιοις , και μȣσικοις , αλλοι δε αντιλεγȣσιν , ουδε . . . .
. . . . αλα-

Etiamſi igitur ipſam convivia coagmentare concedamus , profecto cum illud non concedimus , ſolum conviviorum finem eſſe benevolentiae conciliationem , ſed adhuc etiam alia ; ad voluptatem quidem , non ad benevolentiam conducere confitebimur , & proinde neque ad amicitiam : utrumque autem horum evidens eſſe ; hoc eſt tum iucunditate perfundi nos , dum Muſicam audimus , tum nunquam nobiſmetipſos conſcios eſſe ex cantibus , & rhythmis aliquid ad benevolentiam , & amicitiam impellens decerpſiſſe . Neque haec animum relaxant , eumque exhilarant ſententiae , quae ſunt ipſis adiunctae ; ſed contra cani ſunt ſolitae , quas novimus adficere , quotquot fuerint relaxato animo , & ad hilaritatem diſpoſito . Verumtamen & animos relaxet Muſica , & hilares reddat , non ſecus ac potus , & cibi , & veneris fruitio , non idcirco eam amicitiae & concordiae cauſam reputamus ; neque vero hoc pacto *inter nos conſpirare* , ſed contra propter hilaritates nos maxime diſſolubiles evadere . ¶ Lacedaemonios autem cum ſuis incomprehenſibilibus non admittimus teſtes , cum dicunt ſe Pythium adcepiſſe oraculum , ut Thaletem adcirent , eoque adveniente animorum diſſentionem ceſſaſſe . Teſtantur illi quidem , ſed illi tantummodo , qui veteribus fabulatoribus , Muſiciſque addicti ſunt ; reliqui vero contradicunt , neque . . . . . .
. . . .
. . . .

CAP. X. Quid de Thaletis, & Terpandri hiſtoriolis ſentiendum?

V. 2. Inter voces αυτην, & το cernimus a librario vacuum interſtitium fuiſſe relictum, quod alibi quidem deſignare videtur ſententiae finem, & noſtri finalis puncti loco fuiſſe adhibitum, ut infra in hac ipſa *Col.* v. 33 cernere eſt; heic tamen ſententiam non eſſe abrumpendam contextus abunde declarat, uti etiam aliis in locis e.g. *Col. VIII.* v. 11, ubi item vacuum ſpatiolum interponitur. Vel ergo omnino otioſa huiuſmodi interſtitia dicemus, vel librarii ipſius imperitiae, qui ſententias inter dictandum diſpeſcere ignoraverit, ut interdum ſupervacanea ſint interiecta, ſaepe etiam, ubi neceſſe erat interponi, minime adpareant, tribuemus. Sed de his ſatis in *Praeliminari Diſſertatione*.

V. 3. μονον τελος αυτων ειναι φιλοφροσυνην) Praecipuum, ſi non unicum conviviorum finem eſſe animorum conciliationem docet Plutarchus in exordio *lib. IV Convivalium*, ubi inter alia haec habet: εις δε συμποσιον οἱ γε νυν εχοντες αφικνουνται κτησομενοι φιλους, ουχ ἡττον, η τους οντας ευφρανοντες: *qui ſapiunt, in convivium veniunt non minus, ut ſibi novos amicos parent, quam ut veteres exhilarent*: & mox: ὁ γαρ συνδειπνος ουκ οψου, και οινου, και τραγηματων μονον, αλλα και λογων κοινωνος ηκει, και παιδιας, και φιλοφροσυνης εις ευνοιαν τελευτωσης: *quippe conviva non opſonii modo, & vini, & bellariorum particeps futurus venit, ſed etim ſermonum, & luſus, & comitatis, quae in benevolentiam deſinit*. Docet autem heic φιλιαν, *amicitiam* non ſtricte eſſe adcipiendam, ſed lato ſenſu, ut idem ſit, ac ευνοια, *benevolentia*.

V. 33. Λακεδαιμονιους) Quae de Thalete, & Terpandro a Lacedaemoniis iactabantur, oraculo ſcilicet fuiſſe olim adcitos, ut Muſices ope civiles tumultus ſedarent, nae Diogenes praeterire non debuit. Huiuſmodi autem narrationum fidem elevare nititur Philodemus primo e Scriptorum diſſonantia, tum ex ipſorum abſurditate; tum denique, quo pacto, ſi quidem ipſis fides adhibenda ſit, explicari queant, docet.

V. 37. 38. Θαληταν) In originali legitur Θηληταν, & puncto confixum cernitur N. Nos autem, Conrectore quamvis invito, retinuimus N, & refinximus Θαληταν. Nulli enim dubium, quin is, quem heic nominat Noſter, ſit Θαλης, ſive Θαλητας Cretenſis, tum quia res ipſa, quae narratur, palam facit; tum etiam quia in ſequenti Columna v. 17 denuo legitur hoc nomen, & licet peſſumdatum, retinet tamen integram ſyllabam Θα. Praeterea cum Graeci in recto caſu hoc nomen efferrent vel Θαλητας, vel Θαλης, norunt tyrones ex primo derivari quartum Θαληταν, ex altero vero Θαλην, vel Θαλητα, uti adnotat Scholiaſtes Ariſtophanis in *Nebulis act. I ſc. 2*; atque e Scriptorum locis, quae mox recitabimus, abunde conſtat. Inepte ergo ſciolus Conrector expunxit N, quaſi non bene efferri poſſit in quarto caſu Θαληταν. Atqui Plutarchus cum de hoc Thalete Cretenſi verba facit, eum fere ſemper dicit Θαλητας, & in quarto effert uſque Θαληταν in *Lycurgi Vita*, & in *De Muſica*, ut videre eſt in locis, quae mox adlegabimus: contra vero cum de Mileſio loquitur, eum dicit Θαλης, & in quarto Θαλητα, & Θαλην, ut pluries in eius *Convivio Sapientum* obſervabis.


Thales autem iſte Cretenſis (ſive ex Gnoſſo, ſive ex Elyro, ſive ex Gortyna Cretae urbibus, in hoc enim diſcrepant antiqui) fuit Ποιητης λυρικων μελων, ut Plutarchus in *Lycurgi Vita*, & Muſicorum modorum excellens inventor; ut proinde iure Meurſius apud Suidam, ubi legitur Θαλητας Κρης ελυριος, emendarit λυρικος, quippe quia Suidas ipſe illi tribuerit τα μελη. Eumdem ut Poëtam, & Muſicum eximium laudat Ephorus apud *Strab. lib. X*, & pluries Plutarchus in *de Muſica*, & in *Lycurgi Vita*. Quid autem Lacedaemone egerit, vide in adnotatione ſequenti.

V. 36. πυθοχρηστον) En quomodo, Plutarcho teſte, res vulgo ferebatur: haec enim in *Dialogo De Muſica* refert Sotericus: Θαληταν δε τον Κρητα φασι κατα τι πυθοχρηστον Λακεδαιμονιους παραγινομενον δια μουσικης ιασασθαι, απαλλαξαι τε του κατασχοντος λοιμου την Σπαρτην, καθαπερ φησι Πρατινας: *Thaletem autem Cretenſem, aiunt, ex Pythii Apollinis oraculo adcitum, Lacedaemoniis ſuo adventu remedium per Muſicam adtuliſſe; & peſtem Spartae graſſantem ſedaſſe, ut Pratinas ſcribit*. Eadem de fugata ab eo peſte narrant Pauſanias in *Attic. cap. XIV*, & Martianus Capella *De Nupt. Philolog. lib. IX*. Huiuſmodi autem Spartae graſſantem peſtem, non aliud quam civilem ſeditionem fuiſſe docet idem Plutarchus in libello *De Convenientiſſima Philoſoph. cum Princip. Familiaritate*: η την Λακεδαιμονιων στασιν παυειν επαδων, και παραμυθουμενος, ὡς Θαλης: *vel Lacedemoniorum ſeditionem pacare, ut Thales canendo, & hortando fecit*; & explicatius in *Lycurgi Vita* rem narrat: ἑνα δε των νομιζομενων εν Κρητη

σοφων

σοφων και πολιτικων χαριτι και φιλιᾳ πεισας απεστειλεν (Σολων) εις την Σπαρτην Θαληταν ποιητην μεν δοκουντα λυρικων μελων, και προσχημα την τεχνην ταυτην πεποιημενον, εργῳ δε ἁπερ οἱ κρατιστοι των νομοθετων διαπραττομενον. Λογοι γαρ ησαν αἱ ᾠδαι προς ευπειθειαν και ὁμονοιαν ανακλητικοι δια μελων και ῥυθμων πολυ το κοσμιον εχοντων, και καταστατικον, ὡν ακροωμενοι κατεπραΰνοντο λεληθοτως τα ηθη, και συνῳκειουντο τῳ ζηλῳ των καλων εκ της επιχωριαζουσης τοτε προς αλληλους κακοθυμιας· ὡστε τροπον τινα τῳ Λυκουργῳ προοδοποιειν την παιδευσιν αυτων εκεινον: *unum, qui Cretae inter ſapientes, & artium civilium peritos numerabatur, gratia atque amicitia ſuadens nomine Thaletem Spartam (Solon) miſit. Habebatur ille lyricorum carminum poëta, & in ſpeciem hanc artem profitebatur, re autem vera praeſtantiſſimorum legislatorum implebat munus. Carmina eius orationes erant, quae ad parendum, & conſentiendum incitarent ope modorum atque rhythmorum, in quibus multa inerat gravitas, atque delinimentum, quibus auditores moribus placidiores ſenſim reddebantur, coaleſcebantque inter ſe honeſti ardore, inteſtinam, quae tum graſſabatur, exuentes ſimultatem: itaque ille viam quodammodo Lycurgo ad eos inſtituendos munivit*. Ex his autem recitatis Plutarchi verbis Philodemo commentarius belle inſtruitur. Habes enim quomodo re vera Solonis rogatu Spartam Thales advenerit, & canendo utilia inſtillaverit praecepta, & ad concordiam induxerit. Vulgo autem res myſterioſius narrabatur; Apollinis oraculum quidam obtrudebant; quidam etiam ſeditionem peſtis nomine obvelabant. Hinc non male Philodemus plenam fidem oraculo denegat, remque totam in dubium ex narrationum varietate revocat, & mox *Col. ſeq.* λογοις ᾳδομενοις, *ſermonibus rationibuſque, quae decantarentur*, non Muſicis modis vim ſuadendi diſſidentes animos tribuit; & *Col. XX v.* 12, 13 aliquid huiuſmodi δια λογων κατασκευασμενων ποιητικως, *per rationes poëtice adornatas* evenire tantum potuiſſe concedit.

CO-



ΞΟΝΕΤΟΜΕΝΟΝΔΙΑΝΑΘΕΜΑ
ΤΟϹΕΙΠΕΡΑΝΕΘΗΚΕΝΟΥΤΩϹΕ
ΠΙΓΡΑΨΑϹΩϹ ΥΤΟΙΛΕΓΟΥϹΙΝ
ΟΥΠΕΙΘΟΜΕΘΑ ΟΥΔΕΤΩΙΤΕΡ
ΠΑΝΔΡΟΝΚ ΤΑΜΑΝΤΕΙΑΝ
ΚΕΚΛΗϹΘΑΙΠΡ ϹΚΑΤΑΠΑΥϹΙΝ
ΕΜΦΥΛΙΟΥϹΤΑ ΕΩϹΑΝΚΑΙΠΑ
ΝΥΠΟΛΛΟΙϹΥΜΦΩΝΩϹΙΠΕΡΙ
ΤΟΥΤΟΥΤΩΝΜΟΥϹΟΛΗΠΤΩ
ΟΥΤΟϹΔΕϹΧΕΔΟΝΜΟΝΟϹ Ν
ΤΟΙϹΦΙΛΕΙΤΕΙΟΙϹΑΥΤΟΝΑΙ
ΔΟΝΤΑΠΟΙΗ ΚΑΙΔΗΓΑΡΠΡΟ
ΗΚΕΤΟΥϹΦΙΛΟϹΟΦΟΥϹΥΠ ΟΥ
ΓΡΑΨΑΝΤΑϹΤΙΝΑΤΡΟΠΟΝΔΥ
ΝΑΤΑΙΠΑ ΕΙΝ ΑΛΟΓΑΜΕ
ΛΟΓΙΚΗΝΔΙΑΦΟΡΑΝΟΥΤΩ
ΠΕΙΘΕΙΝΚΑΙΤΑΘΑΛ ΚΑΙ
ΤΕΡΠΑΝΔΡΟΥΠΕΠΑΥΚΕΝΑΙ
ΤΩΝΑΑΚΩΝΩΝΗΠΡΟϹΔΕ
ΧΕϹΘΑΙΤΗΝΩΥΙ ΑΡΕΙΤΩΝΥΠΟ
ΤΑΠΟΛΛΩΝ ϹΚΕΛΕΥϹ Ν
ΤΑϹΓΕΝΕϹΘΑΙΤΙΝΑϹΜΕΤΑ
ΠΕΜΓΤΟΥϹΟ ΑΡΤΥΤΑϹΚΑΙ
ΜΥΡΟΠΟΙΟΥ ΑΙΜΑΛΛΟΙΕ
ΤΙΤ Λ ΕΥΩΧΩΝΤΑΙ
ΤΑΠΟΛΛ ΩΝΕΙΝ ΑΛ
ΛΑΔΗΚΑ ϹΑ ΟΝΠΡΟϹ
ΔΕ ΩΜΕ ΚΕΝΑΙ
ΚΑΙΛ ΚΕΔΑ Ο ΙΟΥϹΩΜΟ
ΦΡΟΝΗΚΕΝΑ ΑΓΕΝΟΜΕ
ΝΩΝΕΥΧΕΡΕϹΕ ΙΝΠΟΛΥΠΙ
ΘΑΝΩΤΕΡΟΝΤΟΝ ΚΕΝΠΕΡΙ
ϹΠΑΝΜΟΥϹΙΚΑΙϹ ΥΧΑΓΩΓΙ
ΑΙϹΠΡΟΑΙΡΟΥΜΕΝ ΟΝΚΑΙΠΕ
ΡΙΤΑΥΤΑΜΑ ΚΕΛΕΥΟΝ
ΤΑΓΙΝΕϹΘΑΙ Κ ΙΑΛΟΓΩΝ
ΑΙΔΟΜΕΝΩΝΠΕ ΟΜΕΝΟΝ
ΠΡΟ
ΑΥΤΟΥϹΥΠΕ Ν ΝΤΡΑ
ΠΗϹΕϹΘΑΙΚΑ ΜΕΝΟΤΙ
ΑΝΚΕΛΕΥϹ ΑΙΤΡΑ
ΩϹΘΕΩΜΟ Η Ε Ν Κ Ι
ΠΑΥΔΑΝΕΠ Ο ΗϹΕΙΝ
ΧΑΡΙ ΘΑ ΝΕΠΙΓΡΑ
Κ Α ΤΑΧΑ
Τ Α ΝΤ ΑΝ

COL. XIX

G. B. Malesci del. *G. Aloja inc.*

ζονευσμενον δι' αναθεματος (ειπερ ανεθηκεν ȣτως επιγραψας , ὡς ȣτοι λεγȣσιν) ȣ πειθομεθα , κ' ȣδε τῳ Τερπανδρον κατα μαντειαν κεκλησθαι προς καταπαυσιν εμφυλιου στασεως , αν και πανυ πολλοι συμφωνωσι περι τȣτȣ των μȣσοληπτων , ȣτος δε σχεδον μονος εν τοις Φιλιτειοις αυτον αδοντα ποιῃ . Και δη γαρ προσηκε τȣς φιλοσοφȣς ὑπογραψαντας τινα τροπον δυναται παυειν αλογα μελη λογικην διαφοραν , ȣτω πειθειν και τα Θαλητȣ , και Τερπανδρȣ πεπαυκεναι των Λακωνων , η προσδεχεσθαι την Συβαρειτων ὑπο τ' Απολλωνος κελευσαντος γενεσθαι τινας μεταπεμπτȣς οψαρτυτας , και μυροποιȣς : και μαλλον επι τοις αν συνευωχωνται τα πολλ' , ου τῳ φωνειν . Αλλα δη , καν στασιασμον προσδεχωμεθα πεπαυκεναι , και Λακεδαιμονιους ὡμοφρονηκεναι παραγενομενων , ευχερες εστιν πολυ πιθανωτερον , τον μεν περισπαν μȣσικαις ψυχαγωγιαις προαιρȣμενον , και περι ταυτα μαλιστα κελευοντα γινεσθαι , και δια λογων αδομενων πειθομενον αυτȣς ὑπερ τον νȣν προτραπησεσθαι · και μελπομενον αν κελευσαι τȣς Λακωνας , ὡς θεομανη , αναθεμα κατα παυλαν επιδημιον θησειν , κεχαρισθαι δε την επιγραφην . . . . . ταχα . .

. . . .

quamquam eum ſe jactantem in anathemate *legimus* (ſi tamen verum eſt illud anathema obtuliſſe, atque, ut iſti aiunt, inſcripſiſſe), minime perſuademur: neque eo argumento, quod Terpander ex oraculo advocatus fuerit ad civilem diſſentionem cohibendam; etiamſi circa hoc quamplurimi eorum conſentiant, qui muſico ſunt conrepti furore, atque hic fere ſolus eum canentem in phiditiis faciat. Enimvero opus erat, ut philoſophi deſcriberent, quonam pacto inrationales cantus rationabile diſſidium cohibere valerent, atque ita tandem nobis perſuaderent Thaletis, & Terpandri cantus ſedaſſe Lacones; ſecus deberent recipere etiam Sybaritarum fabulam, & credere Apollinis hortamento advocatos fuiſſe coquos, & unguentarios: & ſane melius per iſtos epulae ut plurimum fiunt, quam per cantus. At etiam ſi admittamus ſeditionem ceſſaſſe, & Lacedaemonios concordes evaſiſſe illis advenientibus, in promtu eſt, ac multo probabilior explicatio, illum quidem *Thaletam* coepiſſe prius muſicis oblectamentis illorum animos diſtrahere, & ut in his maxime eſſent fuiſſe adhortatum, deinde per argumenta, quae canendo inſtillaret, ut ad ſanam mentem redirent perſuaſiſſe; atque, dum caneret, fortaſſe Laconibus imperaſſe, tamquam divino furore percitum, ut donarium, poſt partam domeſticam quietem ſuſpenderent; illos autem obſequutos fuiſſe inſcriptione *poſita* .

. . . .

V. I. δι' αναθεματος) De hoc Terpandri αναθεματι, cum addita inſcriptione, in qua de ſedato tumultu gloriaretur, nulla eſt apud veteres, quod ſciam, mentio. Saltem eam nobis ſervaſſet Noſter, ut procul dubio ab adverſario fuerat adlegata! Interim animadverte ſcriptum eſſe αναθεμα cum ε pro *donario*: niſi velis & hoc librarii noſtri imperitiae tribuere.

V. 4. Τερπανδρον) Terpander Derdenis filius Antiſſae in Lesbo natus, Muſicus celeberrimus, de quo inter veteres meminerunt Marmora Oxonienſia Arundell. *ep.* 35, Strabo *lib. XIII*, Athenaeus *lib. XIV*, Euclides *Introduct. Harmon.* Nicomachus Geraſenus *Harm. Manual. lib. II*, Boëtius *lib. I*, Aelianus *Var. Hiſt. lib. XII*, Clemens Alexandrinus *Str. I*, Suidas in *Hiſtor.* Porphyrius in *Ptolem.* & paſſim Plutarchus, aliique, quos citat Fabricius *Bibl. lib. I cap.* 34, qui fere omnes ſeditionem ab eo Muſices ope Spartae ſedatam teſtati ſunt. Veterem lyram quadrichordem tribus fidibus adiunctis ſeptichordem feciſſe memorant Strabo *lib. XIII*, & Euclides *Introduct. Harm.* recitantes carmina ipſi Terpandro adſcripta:

Ημεις τοι τετραγηρυν αποστερξαντες αοιδην
Επτατονῳ φορμιγγι νεους κελαδησομεν υμνους.
Concepto nervis quatuor nos carmine miſſo
Rite lyra heptatono nuperos modulabimur hymnos:

Κιθαρῳδικους νομους eum concinnaſſe auctor eſt Plutarchus, Pollux, & Suidas; atque hinc heroica ſcripſiſſe carmina eruit idem Plutarchus in *De Muſica*: πεποιηται δη τῳ Τερπανδρῳ και προοιμια κιθαρῳδικα εν επεσι· ὁτι δε οἱ κιθαρῳδικοι νομοι οἱ παλαι εξ επων συνισταντο, Τιμοθεος εδηλωσε; *fecit etiam Terpander prooemia citharoedica in heroicis carminibus; quod autem citharoedici nomi antiquitus heroicis verſibus conſtiterint, Timotheus declaravit.* Narrat praeterea Plutarchus in *Lacon. Inſtitut.* eum ab Ephoris aliquando multatum his verbis: τον Τερπανδρον αρχαϊκωτερον οντα και αριστον των καθ' ἑαυτον κιθαρῳδων, και των ἡρωικων πραξεων επαινετην ὁμως οἱ Εφοροι εζημιωσαν, και την κιθαραν αυτȣ προσεπατταλευσαν φεροντες, ὁτι μιαν μονην χορδην ενετεινε περισσοτεραν του ποικιλου της φωνης χαριν: quae ſic Xylander vertit: *Terpandrum admodum vetuſtum citharoedum, ac ſua aetate fidicinum principem, heroicorumque facinorum laudatorem Ephori multarunt tamen, citharamque ei ademtam in publicum adfixerunt, quod una tantum chorda amplius intendiſſet vocis variandae gratia.* Atqui eruditi Marmorum Oxonienſium Interpretes Lydiatus, & Prideaux cum lineam quinquageſimam *Marm. I Arundelliani*, ubi de Terpandro, ſic legiſſent: και την εμπροσθε δημȣ δικην μετεστησε, explicaſſentque: *& coram populo actionem depulit*, falſum Plutarchum fuiſſe clamarunt: eiſque ſubſcribens erudititiſſimus Corſinius in *Faſtis Atticis Olymp.* 34 ait: *Itaque Terpander, cum lyram quatuor ſolum chordis hactenus inſtructam inveniſſet, ſeptichordem fecit, adeoque Lacedaemone accuſatus fuit, quod ſeverioribus Muſicae legibus abrogatis molliorem invexiſſet. Plutarchus (Inſtit. Lac.) quidem Terpandrum a Lacedaemoniis multatum memorat; ſed Oxonienſis Chronici Auctor abſolutum dicit. Ac certe quidem ſeptiformis Terpandri lyra ſemper a Lacedaemoniis recepta, ipſeque Lyricus maximo in pretio habitus fuit; ut proinde Lacones ipſi ſevero decreto, quod a Boëtio (De Muſica) conſervatum fuit, Timothei audaciam compreſſerint, qui Terpandri lyrae quatuor nervos alias adiecerat.* At nimium, quanta hac in emendatione, & interpretatione viri doctiſſimi peccarunt. Principio minime animadverterunt Plutarchum de μια μονῃ *una ſola* chorda lyrae addita Terpandrum damnatum narraſſe; quando ipſi, quaſi de tribus veteri lyrae ſuperadditis ille loquutus eſſet, falſi arguunt. At quo tandem teſte? Num Arundelliano marmore? minime quidem, ſed ipſorummet verbis, quae temere invito marmori adſcribunt. Quare integram *linearum* 49 *&* 50 periocham deſcribamus; in ea enim tota ſupplenda, atque commentanda parum feliciter Critici, alioquin doctiſſimi, proceſſerunt. Sic igitur typographicis formis (utinam aere cum exactiſſimis lacunarum interſtitiis quantivis pretii marmora delineata exhibuiſſent!) in Londinenſi ann. 1732 editione impreſſa legitur: ΑΦΟΥΤΕΡΠΑΝΔΡΟΣΟΔΕΡΔΕΝΕΟΣΟΛΕΣΒΙΟΣΤΟΥΣΝΟΜΟΥΣΤΟΥ . . . . Α . . . ΩΝ . . . Δ . . ΟΥΣΘΑΙΑΥΛΗΤ . . . . ΛΗΣΕΚΑΙΤΗΝΕΜΠΡΟΣΘΕΜΟΥΔΙΚΗΝΜΕΤΕΣΤΗΣΕΝ &c. Iam vero Seldenus omiſſa priori lacuna legit: ηυλησε και την εμπροσθ' εμȣ δικην μετεστησεν, & vertit: *tibiis cecinit, & actionem coram me depulit.* Ipſe tamen ſubdit: *De Terpandro hoc dici nemo ſanus putet, quid enim cum Terpandro auctori noſtro, qui quadrigentis, aut circiter poſtea annis vixit? Libenter* επεχω *heic.* Nec coniectura, quam mox profert, tanto viro eſt digna. Palmerius vero incaſſum ſe torſiſſe Seldenum ait, & ſic totam periocham legit: αφ' οὑ Τερπανδρος ὁ Δερδενεος, ὁ Λεσβιος τȣς νομȣς τȣς λυρας και αυλων εδιδαξεν, ὃς και αυληταις συγεζευξησε,

και

και την εμπροθεσμȣ δικην μετέϛησεν. Vertit igitur: *ex quo Terpander Derdenei filius Leſbius nomos lyricos, & auleticos docuit, quos cum tibicinibus ſimul tibiis cecinit, & legem rhythmi immutavit.* Vult enim, neſcio quo pacto, ut εμπροθεσμȣ δικη ſit heic *lex rhythmi*. Thomas vero Lydiatus totam lectionem recipit, ſed mavult, Prideauxio probante, legere εμπροσθε δημου; & vertere: *coram populo actionem depulit*. Atque haec eſt marmoris auctoritas, quam & Plutarcho, & Polluci opponunt. Principio igitur ex marmoris a ſe reſtituti fide eum *nomorum lyricorum*, & *auleticorum* auctorem faciunt, contra quam Pollux *lib. IV ſect. 65* ait errare eos, qui nomos auleticos Terpandro tribuunt: σφαλλονται δε οἱ και αποθετον προϛιθεντες αυτῳ και σχοινιωνα· ȣτοι γαρ αυλητικοι: *falluntur ii, qui etiam (nomos) Apothetum ipſi tribuunt, & Schoenionem: ſunt enim iſti nomi auletici:* quod didicerat fortaſſe Pollux a Plutarcho, qui libro *De Muſica* facit Clonam *apotheti* & *ſchoenionis* auctorem. Quare ipſum *caſtigandum eſſe* pronunciat Palmerius, *quia eos non errare adſerit hoc loco marmor*. Macte. At enim Suidas cum Polluce conſonat, quippe ſolos *nomos lyricos* illi tribuit: και νομȣς λυρικȣς πρωτος εγραψεν. Plutarchus vero diſertiſſime illi auleticos nomos abiudicat, quos mox a Clona eius imitandi ſtudio inventos docet in *De Muſica*: τον Τερπανδρον κιθαρῳδικων ποιητην οντα νομων .... ᾳδειν εν τοις αγωσι· αποφηναι δε τȣτον ονοματα πρωτον τοις κιθαρῳδικοις νομοις· ὁμοιως δε τῳ Τερπανδρῳ Κλοναν ἰον πρωτον συνιϛαμενον τȣς αυλῳδικους νομȣς: *Terpandrum citharoedicorum nomorum inventorem in certaminibus ceciniſſe, eumque primum nomina citharoedicis nomis impoſuiſſe: Clonam deinde, aeque ac Terpander, tibicinum nomos inſtituiſſe.* Et ne ulla relinqueretur dubitandi occaſio paullo infra ſubdit: οἱ δε της κιθαρῳδιας νομοι προτερον πολλῳ χρονῳ των αυλῳδικων κατεϛαθησαν επι Τερπανδρȣ: *citharoedicae autem artis nomi multo tempore ante tibicinum nomos conſtituti ſunt a Terpandro*. Illud autem *multum tempus* Plutarchi ipſius opinionem reſpicit, qui Terpandrum longe antiquiorem, quam re vera fuit, putavit; ut infra *ad v.* 17, 18 demonſtrabimus. Igitur quidvis aliud exculpi a marmore debuerat, quam quod Terpander τȣς νομȣς τȣς λυρας και αυλων docuerit. Deinde vero nimis audax, & importuna eſt marmoris conrectio in altera linea, ut pro μου reponant δημȣ, atque hinc a populo abſolutum velint Terpandrum contra Plutarchi fidem: quaſi vero Plutarchus ignorare potuerit Terpandri lyram ſeptichordem vulgo apud Lacedaemonas fuiſſe receptam, cumque ait ob *unam tantum chordam* ab eo *intenſam* fuiſſe multatum, de tribus veteri tetrachordo adiunctis loquatur. Quid ſi aliter marmor quam minima adhibita vi ad eam lectionem reſtitui queat, quae & Plutarcho, & Polluci, aliiſque veteribus omnino conſonet? Ergo experiamur: αφ' οὑ Τερπανδρος ὁ Δερδενεος ὁ Λεσβιος τȣς νομȣς ΤΟΥς κιθαρῳδιΑς ευρΩΝ προς ὁμοιΟΥΣΘΑΙ ΑΥΛΗΤας εξεκΑΛΗΣΕ ΚΑΙ ΤΗΝ ΕΜΠΡΟΣΘΕ ΜΟΥσΙΚΗΝ ΜΕΤΕΣΤΗΣΕΝ. Vides, ut nullo fere extantium in marmore elementorum detrimento per nos legi poſſit; tantummodo enim pro ΜΟΥΔΙΚΗΝ reponimus ΜΟΥΣΙΚΗΝ, illud vero Δ, quod ante ΟΥΣΘΑΙ marmoris exſcriptores viderunt, eſſe poteſt dimidium τȣ Μ, quod eſt in integra, voce ὁμοιȣσθαι. Sententia ergo erit: *Ex quo Terpander Derdenei filius Leſbius nomis citharoedicis inventis ad ſui imitationem tibicines excivit, & veterem Muſicam immutavit.* Si ita legas, profecto nihil in marmore invenies a reliquis Scriptoribus diſſonum. At quaeres, quo tandem pacto ſtare poterit, quod Plutarchus narrat Terpandrum ab Ephoris multatum ob unam ſolam chordam lyrae ſuperadditam? ſiquidem Terpander ipſe, ex communi antiquorum conſenſu, ſeptichordem lyram Spartam primus invexerat (ſive eius eſſet auctor, ſive ab Orpheo adcepiſſet), nomoſque inſtituerat ipſi lyrae aptos, qui communi plauſu Lacedaemone obtinuerunt, & ſumma cum religione diu fuerunt retenti. Id quidem in confeſſo eſſe Plutarcho exiſtimamus, qui poſt adlata a nobis verba, quibus Terpandro multam ab Ephoris inrogatam narrat, ſtatim ſubdit: Τιμοθεȣ δε αγωνιζομενȣ τα Καρνεια εἱς των Εφορων μαχαιραν λαβων ηρωτησεν αυτον, εκ ποτερȣ των μερων αποτεμοι τας πλειȣς των ΕΠΤΑ χορδων; *Timotheo vero in Carneis decertante Ephororum unus adrepto cultro eum interrogavit, ab utra parte vellet abſcindi chordas, quae plures eſſent, quam SEPTEM?* Ergo ſeptem lyrae chordas per ipſum Plutarchum recipiebant Lacedaemones. Si igitur Xylandri verſionem retinere velis, dicendum foret, multatum ab Ephoris Terpandrum non ob ſeptimam (multoque minus ob tres) additam, ſed ob octavam, quam ipſemet poſtea τȣ ποικιλȣ της φωνης χαριν, *vocis variandae gratia* ſuperaddiderat. Plutarchus ergo heic Terpandro adſcriberet, quod alii Pythagorae tribuerunt, octavam nempe chordam lyrae addidiſſe, ut videre eſt apud Bryennium *lib. I ſect. I.* Sed quis tam immane σφαλμα in Plutarcho ſuſpicaretur? Verte igitur commodius fideliuſque ea verba: μιαν μονην χορδην ενετεινε περισσοτεραν, ſic: *unam ſolam chordam intendit vehementiorem*, ſive *vehementius* (ſi quam minima mutatione legas περισσοτερον) h. e. *acutius*. Inten-

tendendo enim magis chordam, acutior, ut nemo ignorat, ſonus exculpitur: idque *ad variandam*, quod Plutarchus ſubdit, cantilenam valere Muſici norunt; uno enim addito hemitonio ſtatim modus variat. Hanc igitur innovationem ipſi crimini verterunt Ephori, adeoque damnarunt. Et quidem non unus Plutarchus eum damnatum narrat, ſed etiam innuit Athenaeus *lib.XIV cap.6*, ubi narrat gloriatos olim Spartanos fuiſſe, *ſe ter conruptam Muſicam ſervaſſe*, τρεις ηδη σεσωκεναι διαφθειρομενην: *conſentiente ſcilicet hiſtoria*, ut ibidem adnotat Caſaubonus, *quae in tres Muſicos Terpandrum*, *Timotheum*, *Phrynidem animadverſum teſtatur*. Boëtius ergo unus erravit, qui *lib. I De Muſica cap.* 20 ſcripſit: *Septimus nervus a Terpandro Lesbio adiunctus eſt ſecundum ſeptem ſcilicet planetarum ſimilitudinem*. Quam enim harmoniam a quinto nervo, quem addidiſſe narrat Chorebum, vel a ſexto, quem tribuit Agagnidi, expectarent Muſices periti? Veteri igitur tetrachordo non minus, quam tres chordae ſuperaddi debuerant, ut duo ſimul iuncta tetrachorda exiſterent; quod nempe feciſſe Mercurium, ſive Orpheum, ſive Terpandrum veteres narrant. In hoc ergo caſtigandus Boëtius, non autem in eo, de quo Fabritius loco nuper citato, ubi ſic ipſum redarguit: *rectius fortaſſe ſeptimum tonum dixiſſet: nam* τριχορδῳ *etiamnum lyra, ſed* ἑπταφθογγῳ *uſum teſtatur Plutarchus*. At bona eius venia ipſe Plutarchi mentem non bene eſt adſequutus, ait enim ille in *De Muſica*: και οἱ παλαιοι δε παντες ουκ απειρως εχοντες πασων των ἁρμονιων ενιαις εχρησαντο· ου γαρ ἡ αγνοια της τοιαυτης στενοχωριας και ολιγοχορδιας αυτοις αιτια γεγενηται, ουδε δι' αγνοιαν οἱ περι Ολυμπον, και Τερπανδρον, και οἱ ακολουθησαντες τῃ τουτων προαιρεσει περιειλον την πολυχορδιαν τε, και ποικιλιαν. Μαρτυρει γουν τα Ολυμπου τε, και Τερπανδρου ποιηματα, και των τουτοις ὁμοιοτροπων παντων· τριχορδα γαρ οντα και ἁπλα διαφερει των ποικιλων και πολυχορδων, ὡς μηδενα δυνασθαι μιμησασθαι τον Ολυμπου τροπον, ὑστερειν δε τουτους εν τῳ πολυχορδῳ τε, και πολυτροπῳ καταγινομενους: *ſed & veteres omnes nullius imperiti harmoniae, tamen uſi quibuſdam modo ſunt: neque enim ignoratio tantas anguſtias, & paucitatem chordarum peperit apud illos: neque inſcitia factum eſt, quod Terpander, Olympus, eorumque ſectatores multitudinem nervorum & varietatem ſuſtulerunt: atque hoc arguunt Olympi, Terpandri, & aliorum, qui modum eumdem tenuerunt, carmina omnium. Haec enim cum tribus tantum fidibus contineantur, & ſimplicia admodum ſint, omnibus variis, & multas chordas requirentibus praeſtant; ita quidem, ut Olympi modum imitari nemo poſſit, inferioreſque eo omnes ſint, ubi ſe ad multiplicem, & multis chordis opus habentem modulationem contulerunt*. Carmina igitur Terpandri, Olympi, & aliorum eius aetatis per Plutarchum erant τριχορδα, non autem lyra, quae ἑπταχορδος, ſive ἑπτατονος, iam erat; ut Fabricius diſcere poterat ex ipſis, quae adlegat Euclidis, Strabonis, & Nicomachi teſtimoniis. Sed de his hactenus, quae inſtituti noſtri non ſunt.

V. 8. πολλοι συμφωνωσι) Conſtanti nempe ſcriptorum traditione Terpander civilem ſeditionem ſedaſſe ferebatur, contra quam de Thalete, de quo varia erat fama; ut abunde iam docuimus.

V. 11. 12. μονος εν τοις Φιλιτειοις) Expungendum duximus a voce Φιλειτειοις, quae cernitur in αυτογραφῳ, primum ε, quod amanuenſis errore huc inrepſit. Conſtat enim ſcribi poſſe Φειδιτεια, φειδιτια, & φιδιτια; ita ut ει nunquam ſit in altera ſyllaba. Sed cum Noſter pro δ repoſuerit λ, itaque derivarit non a φειδω, ſed a φιλος, ne in prima quidem ſyllaba adpingenda erat diphthongus ει. Et quidem controverſum fuiſſe huiuſce vocis etymon tradit Plutarchus in *Vita Lycurgi*: τα δε συσσιτια Κρητες μεν ανδρεια, οἱ Λακεδαιμονιοι δε φιδιτια προσαγορευουσιν, ειτε ὡς φιλιας και φιλοφροσυνης ὑπαρχοντων, αντι του λ το δ λαμβανοντες, ειτε ὡς προς ευτελειαν και Φειδω συνεθιζοντων· ουδεν δε κωλυει τον πρωτον εξωθεν επικεισθαι Φθογγον, ὡσπερ ενιοι Φασιν, εδιτιων παρα την διαιταν και εδωδην λεγομενων: *convivia Cretes Andria, Lacedaemonii Phiditia nominant, vel quod amicitiam & benevolentiam concilient, (ſcilicet a voce* φιλος*) pro* λ *reponentes more ſuo* δ, *vel quod ad frugalitatem adſuefaciant, & ad parſimoniam a voce* φειδω *deducentes: nihil etiam vetat dicere, primam litteram fuiſſe ſuperadditam, ut aliqui volunt, quippe* εδιτια *ab eſu ſcilicet & convictu adpellarent*; φθογγος enim heic non eſt *vox*, ut putavit Xylander, ſed *littera*, ut vidit Stephanus in *Theſauro*. Verum, neſcio, quomodo haec Plutarchi verba Vir cl. citet, ut probet φθογγον pro *vocali littera* aliquando ſumi, licet alibi etiam pro conſona adcipi fateatur; in φιδιτιοις enim prima non eſt utique vocalis. Atque haec de ſcriptura. De Phiditiorum autem adparatu, ſi lubet, conſule locupletiſſimum Athenaei locum *lib.IV cap.* 8 ubi Dicaearchi auctoritatem recitat.

Quod autem ad Philodemi ſententiam adtinet: Is cum dixiſſet omnes μουσοληπτους in enarranda Terpandri hiſtoria convenire, ſubdit ipſum fere *unum* Diogenem diverſum ab aliis abiiſſe in eo, quod Terpandrum in Phiditiis canentem fecerit; alii enim id reticuerant.

Unde

Unde autem Diogenes id didicerit, plane neſcimus; attamen ſuſpicio eſt ex iiſdem Pindari carminibus arguiſſe, quae Athenaeus recitat *lib. XIV cap. 9*: ut probet: τον Τερπανδρον αντιφθογγον ευρειν τη παρα Λυδοις πηκτιδι την βαρβιτον: *Terpandrum reſpondentem inveniſſe Lydiae pectidi barbiton*. Sunt autem carmina: τον ρα, Τερπανδρος ποθ' ὁ Λεσβιος ευρε πρωτος εν δειπνοισι Λυδιον ψαλμον αντιφθογγον ὑψηλας ακουων πηκτιδος, in quibus nullus dubito, quin legendum ſit Λυδιῳ ψαλμῳ αντιφθογγον, & proinde vertenda: *quam* (βαρβιτον) *Terpander olim Lesbius invenit primus IN COENIS Lydio fidium cantui reſpondentem, cum acutam pectidem audiviſſet*, ὑψηλας enim heic non *ſublimis*, ut Dalechampius vertit, ſed *altum ſonum* ideſt *acutum* reddentem, qualis erat pectidis, ut apud Gregorium Nanzianzenum: Φωνη ὑψηλοτερα eſt *vox elatior*. In eam nempe ſuſpicionem nos traxit Philodemus ipſe, qui Columna ſequenti *v. 9.* neſcio quod Πινδαρειον, *Pindari carmen*, procul dubio ab adverſario adlegatum, commemorat. Vide, quae ibidem adnotabimus. Ceterum & Suidas *proverbio* μετα Λεσβον ῳδην diſerte tradit Terpandum a Lacedaemoniis diſſidentibus adcitum in συσσιτιοις ceciniſſe.

V. 14. 15. 16. τινα τροπον δυναται παυειν αλογα μελη λογικην διαφοραν) Id quaſi in confeſſo erat apud omnes. Hinc Theophilus apud Athenaeum *lib. XIV cap. 5* inter alia de Muſica praedicat: τα ηθη παιδευει, και τους θυμοειδεις, και τας γνωμας διαφορους καταπραΰνει: *mores format, iracundos, & mente diſcordes compeſcit*. At enim Philoſophici eſſe penſi ait Philodemus inquirere, quonam pacto Muſici modi, qui ſunt quid *inrationale* rationalium animorum diſcordiam ſedare valeant, atque tum demum perſuaderi de huiuſmodi narrationum veritate. Adſtruit ergo cum id impoſſibile eſſe, tum de eo inquirendo veteres Philoſophos diſtuliſſe. Et quidem Ariſtides Quintilianus *De Muſica lib. II* cum ad explicandum adgreditur ποιοι ρυθμοι κατορθωσουσι τα της φυσεως παθηματα; *quinam rhythmi naturae vitia ſint emendaturi?* ſubdit: λεξω δη τα μεν παλαιοις τισιν ειρημενα, τα δε εισετι νυν σιωπηθεντα, ουτ' αγνωσιᾳ των συγγραφεων, ουτε βασκανιᾳ· αλλα γαρ τα μεν αυλοις εν συγγραμμασι κατεταττετο, τα δε απορρητοτερα ταις προς αλληλους ὁμιλιαις διεσωζετο: *dicam autem quaedam veteribus nonnullis dicta, quaedam ad hoc uſque tempus ſilentio praetermiſſa, nec ſcriptorum ignorantia, nec invidia . . . . . etenim alia ſcriptis ipſi inſerebant, abſtruſiora vero familiaribus conloquiis reſervabant*. Pluribus deinde eam diſputationem proſequitur inter quae ſic habet: ὁτι μεν ψυχη κινειται φυσικως ὑπο της δι' οργανων μουσικης, ἁπαντες μεν ισασι . . . . ὡς ἁρμονια τις ἡ ψυχη και ἁρμονια δια ρυθμων, και μεν τοι και ἡ κατα μουσικην ἁρμονια δια των αυτων αναλογιων συνεστωσα, κινουμενων δη των ὁμοιων, και τα ὁμοια παθη συγκειται: *nam Muſica, quae inſtrumentis ſit, naturaliter animum moveri omnes norunt . . . . quippe animus eſt harmonia quaedam, & quidem harmonia per rhithmos exſiſtens; quae vero in Muſica eſt harmonia cum per eaſdem proportiones conſtet, motis ſimilibus, etiam ſimiles adfectiones ſimul moventur*. Sed aliter eam quaeſtionem abſolvit Galenus *lib. IX de Hippocratis, & Platonis Dogmatis*: ερωτησω γαρ ετι τουτο τους απο του Χρυσιππου· Δαμων ὁ μουσικος αυλητριδι παραγινομενος αυλουση το Φρυγιον νεανιαις τισιν οινουμενοις, και μανικα ἀττα διαπραττομενοις εκελευσε αυλησαι το δωριον· οἱ δ' ευθυς επαυσαντο της εμπληκτου φορας· ου γαρ δηπου τας δοξας του λογιστικου μεταδιδασκονται προς των αυλληματων, αλλα το παθητικον της ψυχης, αλογον ὑπαρχον, επεγειρονται τε, και πραΰνονται δια κινησεων αλογων· τῳ μεν γαρ αλογῳ δια των αλογων ητε ωφελεια, και ἡ βλαβη· τῳ λογικῳ δε δια επιστημης τε και ευμαθιας: *nam qua de cauſa effectum eſt, obſecro (ita enim Chryſippeos percontabor), ut ſimul ac Damon Muſicus tibicinae, quae adoleſcentibus quibusdam temulentis, inſanaque agentibus Phrygium canebat, mutare modum in Dorium iuſſit, continuo illi a temerario impetu deſtiterint? Non enim rationalis facultatis opiniones dedocere, ac mutare cantilenis valemus; ſed affectibus obnoxia animae pars, cum ſit inrationalis, ipſa ſane motibus inrationalibus & excitari, & ſedari poteſt. Ita enim natura comparatum eſt, ut inrationale ab inrationalibus, rationale a ſcientia, & inſcitia vel utilitatem, vel detrimentum adipiſcantur*. Quae ſane reſponſio, ſi ob oculos Philodemus habuiſſet, ſedere Epicureo aliquatenus poterat, utpote qui αλογον animae partem admitteret. Tractat etiam huiuſmodi quaeſtionem Plutarchus *lib. de Virtute Morali*.


V. 17. 18. τα Θαλητου και Τερπανδρου) Cum Philodemus iterum Thaletem Terpandro praeponat, indicium eſt, alterum altero antiquiorem cenſuiſſe: cuius auctoritati omnino ſtandum eſſe arbitramur, quidquid contra ſentiat Plutarchus, qui ſemper Terpandrum, ut antiquiſſimum nominat, & uſquequaque Thaleti anteponit; imo apertiſſime in *De Muſica* ſcribit: ἡ μεν ουν πρωτη καταστασις των περι την μουσικην εν τη Σπαρτη Τερπανδρου καταστησαντος γεγενηται, της δευτερας δε Θαλητας τε ὁ Γορτυνιος, και Ξενοδαμος ο Κυθηριος κ. τ. λ. *prima proinde Muſicae conſtitutio Spartae facta eſt a Terpandro, ſecundae auctores fuere Thaletas*

Gortynius , *&* *Xenodamus Cytherius* . Et iterum : προτερα μεν γαρ ἡ Τερπανδρου καινοτομια καλον τινα τροπον εις την μουσικην ἐισηγαγεν. Πολυμνηστος δε μετα τον Τερπανδρειον τροπον .... ὡσαυτως και Θαλητας , και Σακαδας: *primum enim Terpandri nova molitio venuſtum quemdam modum in Muſicam invexit: Polymneſtus vero poſt Terpandri modum . . . ut*, *&* *Thaletas*, *&* *Sacadas*. Et in eadem fortaſſe opinione verſatus eſt Aelianus, qui in *Var. Hiſt. lib. XII cap.*50. Terpandrum Thaleti, & Tyrtaeo praeponit; & Nicomachus Geraſenus, qui *lib. II* Orphei ſupparem facit . Sed hiſce procul dubio fraudi fuit Glaucus Italicus , qui ut Plutarchus in eodem Dialogo *De Muſica* refert, *in quodam libro de veteribus Poëtis & Muſicis priorem eum Archilocho pronunciavit : ait enim ipſum ſecundum extitiſſe poſt eos , qui primi tibiis canere inſtituerunt*: και τοις χρονοις δε σφοδρα παλαιος εστι· πρεσβυτερον γουν αυτον Αρχιλοχου αποφαινει Γλαυκος εξ Ιταλιας εν συγγραμματι τινι τῳ περι των αρχαιων ποιητων τε και μουσικων· Φασι γαρ αυτον δευτερον γενεσθαι μετα τους πρωτους ποιησαντας αυλῳδιαν. Glauci igitur auctoritati adquieſcens vir immenſae lectionis Plutarchus non adtendit ad ea , quae ipſemet alibi ſcripſerat. In *Laconicis* enim *Inſtitutis*, quamquam Τερπανδρον αρχαϊκωτερον ſibi conſtans pronunciet, facto tamen , quod ibidem narrat , eum a tam remota antiquitate deturbat , utpote quem ſcribit ab Ephoris multatum , quod unam tantum citharae chordam intendiſſet : atqui Ephori longe poſt Lycurgum , cui aequalem fuiſſe Thaletam alibi ſcripſit , ſunt inſtituti , h. e. *annis circiter triginta ſupra centum* , *rege Theopompo* , ut ipſemet in *Vita Lycurgi* docet. Quae epocha parum certe diſtat a Carneorum inſtitutione, quae Olympiade XXVI facta eſt , in quibus Terpander primus victor fuit , ut Athenaeus tradit *lib. XIV cap. 9*: ὁτι δε και Τερπανδρος αρχαιοτερος Ανακρεοντος δηλον εκ τουτων· τα Καρνεια πρωτος παντων Τερπανδρος νικᾳ, ὡς Ελλανικος ἱστορει, εν δε τοις εμμετροις καρνεονικαις, καν τοις καταλογαδην· εγενετο δε ἡ θεσις των Καρνειων παρα την ἑκτην και εικοστην Ολυμπιαδα , ὡς Ζωσιμος φησιν εν τῳ περι χρονων : *Anacreonte vero Terpandrum eſſe vetuſtiorem , hoc argumento eſt , quod in Carneis omnium primus vicerit , ut ſcribit Hellanicus in ſuis metris , ſingillatim recenſens in Carneis victoriam adſequutos . Sunt autem dies feſti illi viceſima ſexta Olympiade inſtituti , ut ait Zoſimus libro de Temporibus*. Neque ab ea aetate nimis diſtant Auctor Chronici Arundelliani, qui eum Archonte Dropylo, & Euſebius in ſuo Chronico, qui iuxta Scaligeri editionem anno ante Chriſtum 675 floruiſſe dicit . Subdit etiam Athenaeus Hieronymi teſtimonium , qui Terpandrum Lycurgo aequalem fuiſſe ſcripſit , ſed procul dubio Hieronymus Terpandrum cum Thalete memoriae lapſu confudit .

V.20. την Συβαρειτων) Supple ἱστοριαν. Huiuſmodi autem hiſtoria, quam ſatis obſcure indicat Noſter , eadem , ni fallor eſt , quam tradit Athenaeus *lib. XII cap.* 3 : ὁ παρα του θεου χρησμος συμπαροξυναι παντας (Συβαρειτας) εκτρυφησαι , και ποιησας ζησαι ὑπερ τον μετρον εκλελυμενως : *Dei oraculum incitaſſe omnes (Sybaritas) ad delicate vivendum , & ſupra modum voluptate diſſolutos* . Huic enim oraculo ut parerent , quid aliud facerent , quam coquos , & unguentarios adcire ?

V. 32. 33. περισπᾳν μουσικαις ψυχαγωγιαις προαιρουμενον) Id ſane ne Muſicae quidem laudatores diffitebantur ; ut ſcilicet Muſica auditores oblectando ab aliis cogitationibus diſtraheret, & ad ea, quae inſinuari vellent, adtraheret . Id diſerte docet Ariſtides Quintilianus *lib. II De Muſica*, & auctoritate Platonis confirmat, quare concludit: πασης γαρ παιδευσεως ητοι δια παθους , ὡς της απο νομων , η δια πειθους , ὡς της εν ὁμιλιαις τας προτροπας ποιουμενης , αμφοτερους ἡ μουσικη κρατει , και λογῳ , και μελει τον ακροατην δουλουμενη , και ποικιλαις μεταβολαις φωνης τε , και σχηματων ες οικειοτητα των λεγομενων επισπωμενη : *cum enim omnis inſtructio aut per animi commotionem, uti quae per nomos fit, aut per ſuaſionem, ut quae fit in colloquiis, adhortationes faciat, utramque Muſica tenet , tam ſermone, quam cantu auditorem in ſervitutem redigens , variiſque & vocis , & figurarum mutationibus ad eorum, quae dicuntur, familiaritatem adtrahens* . In quibus verbis animadvertere licet, commotionem quidem Muſicis modis adſcribi, perſuaſionem vero proprie ſermonibus adtribui: id quod probare nititur Philodemus, quaſi adverſarii omnem ſuadendi vim uni Muſicae tribuerent .

CO-



G. B. Maleſci del.

G. Aloja inc.

COLUMNA XX.

τȣτȣς επι των αγωνων ετερπεν ὁ Τερπανδρος · τȣς δε Λακωνας απειθειν προαιρȣμενȣς τῳ μαντειῳ, και λογῳ δ' ἴσως προαχθεντας αποτεθεισθαι την στασιν. Αλλα μην και το μεν κατα Στησιχορον ȣκ ακριβως ἱστορειται, το δε Πινδαρειον, ει της διχονοιας επεισεν, ȣκ οιδαμεν. Ει δ' ȣν εκατερον εγενετο δια λογων κατεσκευασμενων ποιητικως, επειδαν ου δια μελων, ετι δ' αν καθικοντο μαλλον, ει δια πεζων απετρεπον · ȣ γαρ αυτȣς απειργε φοβος παρανομιας, καθαπερ Σολωνα περι Σαλαμινος, ὡς μαινομενον συμβουλευσαντα δι' ελεγειας. Τοδ' εις των επιγονων μελος ὑπογραφωμεν, ȣκ απιθανωτεραν αλλην διανοιαν διαλαβωμεν, ὡς ȣτος · το και μετα της επισημασιας τȣ κωμῳδογραφȣ φατεον εστιν. Ωστ' εφ' ἁ γραφει περι της ευσεβειας μεταβαντες λεγωμεν, ὡς, ει χαριν τȣ τιμασθαι το θειον δια μȣσικης ὑπο των πολλων, οικειαν ειναι την μȣσικην της ευσεβειας οιησομεθα, και μαγειρικην οιησομεθα, και στεφανοποιητικην, και μυρεψικην, και σιτοποιητικην, ετι δε γεωργιαν, οικοδομικην, γραφικην, πλαστικην· τας γαρ τεχνας, ὡσπερ πολλας, οικειας αν τις ηγοιτο . . . . φιλοσοφῳ . . . . επει δι'

iſtos in agonibus Terpander oblectavit; Lacedaemonas vero, qui oraculo non parere maluerant, oratione fortaſſe impulſos a ſeditione ceſſaſſe. Atqui etiam primum a Steſichoro non adcurate narratur, alterum vero, quod Pindarus refert, an diſſentientes perſuaſerit, ignoramus. Si igitur utrumque adcidit per ſermones poëtice adornatos (quandoquidem non per cantus); facilius fortaſſe id eſſent adſequuti, ſi prorſa oratione eſſent dehortati. Non enim eos detinebat legis tranſgrediendae timor, tanquam Solonem, qui de Salamine recipienda furorem ſimulans conſilium dedit per carmen elegiacum. Idem de inſequentium aetatum cantu ſubſcribamus, neque incredibiliorem aliam ſententiam, ut iſte, amplectamur: quod etiam ſecundum Comici poëtae ſenſum dicendum eſt. ❡ Itaque ad ea, quae de religione ſcribit, gradum facientes dicamus, quod ſi propterea, quia Divinitas a multis per Muſicam honoratur, adcommodatam religioni eam reputabimus, pari ratione etiam coquinariam talem ducemus, & corollariam, & unguentariam, & piſtoriam, ad haec etiam agriculturam, architectonicem, picturam, figlinam; has enim artes, ut plures alias, eidem adcommodatas aliquis duxerit. . . . . quoniam per

CAP. XI. An Muſica eo nomine ſit commendanda, quod religioni vulgo inſerviat?

V. I. επι των αγωνων) In agonibus ſe Terpandrum exercuiſſe conſtat, & ex eo, quod in Carneis primus vicerit, ut in praecedenti *Col. ad v.* 17 adnotavimus; & ex Plutarchi *De Muſica* teſtimonio, qui eum *quater continenti ordine Pythia viciſſe traditum* ſcribit: τα πυθια τετρακις ἑξης νενικηκως αναγεγραπται.

V. 8. κατα Στησιχορον) De Steſichoro Himeraeo celebri poëta procul dubio ſermo eſt, qui floruit ab Olympiade XXXVIII uſque ad LXI, cum ad ſummam pervenerit ſenectutem, ut teſtatur Lucianus *in Macrobiis*. Eius Poëmata libris ſex & viginti contenta fuiſſe tradit Suidas; & Athenaeus eiuſdem ασματων meminit, de quibus vix pauca fragmenta ſuperſunt. De ipſo narrat Plato *in Phaedro*, oculis captum fuiſſe, quia Helenae maledixerit, quod a Muſis edoctus ut cognovit, palinodiam ceciniſſe, viſumque recuperaſſe. In Muſica etiam excelluiſſe narrat Plutarchus ex Glauci teſtimonio in *De Muſica*; eumque, neque Orphei, neque Terpandri, neque Antilochi, neque Thaletis, ſed Olympi fuiſſe imitatorem. Plura de eo qui cupit, adeat Lilium Gyraldum *Dialogo IX, cap. De Poët. Hiſt.* Cave igitur, ne ipſum inter Hiſtoricos adcenſeas, propterea quia Philodemus dicit ἱστορειται; potuit enim etiam carminibus Thaletis hiſtoria enarrari; unde factum eſt, ut eadem, quippe a Poëta non id agente, ουκ ακριβως, *minus adcurate*, enarraretur.

V. 9. το δε Πινδαρειον) Pindari de Terpandro loquentis carmina procul dubio Stoicus adlegaverat, ſicuti Steſichori de Thaleta narrantis. Hunc tamen ſatis obſcure de Thaleta narraſſe reſpondet Philodemus, atque a Pindari verſibus expiſcari minime poſſe, an re vera ſeditionem compeſcuerit Terpander. Huiuſmodi autem carmina in iis, quae Pindari ſuperſunt, non offendimus; ſed veroſimiliter illa erant, quae ab Athenaeo recitantur, noſque in praecedenti Columna *ad* v. 11, 12 protulimus. Sed alibi etiam Pindarum de Terpandro meminiſſe teſtis eſt Plutarchus *De Muſica*, ubi ait: και τον της ορθιου μελωδιας τροπον . . . ειδε, καθαπερ Πινδαρος φησι, και των σκολιων μελων Τερπανδρος ἑυρετης ην: *& orthiae cantilenae modum . . . . novit, ut Pindarus tradit, & ſcolia carmina Terpander reperit.*

V. 18. καθαπερ Σολωνα) Ut iſta probe intelligeremus, riteque ſuppleremus, Plutarchus facem nobis praebuit; ſic enim in *Solonis vita* rem enarrat: επει μακρον τινα, και δυσχερη πολεμον οἱ εν αστει περι της Σαλαμινιων νησου Μεγαρευσι πολεμουντες εξεκαμον, και νομον εθεντο, μητε γραψαι τινα, μητ' ειπειν αυθις, ὡς χρη την πολιν αντιποιεισθαι της Σαλαμινος, η θανατω ζημιουσθαι, βαρεως φερων την αδοξιαν ὁ Σολων, και των νεων ὁρων πολλους δεομενους αρχης επι τον πολεμον, αυτους δε μη θαρροντας αρξασθαι δια τον νομον, εσκηψατο μεν εκστασιν των λογισμων, και λογος εις την πολιν εκ της οικιας διεδοθη παρακινητικως εχειν αυτον· ελεγειαν δε κρυφα συνθεις, και μελετησας, ὡστε λεγειν απο στοματος, εξεπηδησεν εις την αγοραν αφνω πιλιον περιθεμενος· οχλου δε πολλου συνδραμοντος, αναβας επι τον του κηρυκος λιθον εν ωδη διεξηλθε την ελεγειαν, ἡς εστιν αρχη·

> Αυτος κηρυξ ηλθον αφ' ἱμερτης Σαλαμινος
> Κοσμον επεων ωδην αντ' αγορην θεμενος.

Τουτο το ποιημα Σαλαμις επιγεγραπται, και στιχων ἑκατον εστι χαριεντως πανυ πεποιημενων· τοτε δε ασθεντος αυτου, και των φιλων του Σολωνος αρξαμενων επαινειν, μαλιστα δε του Πεισιστρατου τοις πολειταις εγκελευομενου και παρορμωντος πεισθηναι τω λεγοντι λυσαντες τον νομον, αυθις ἡπτοντο του πολεμου προστησαμενοι τον Σολωνα. *Cum Athenienſes diuturno bello & gravi de Salaminiorum inſula cum Megarenſibus geſto fatiſcentes ſanxiſſent lege poenam capitalem: ſi quis rogationem ferret, vel referret iterum ad cives de adſerenda Salamine; eam infamiam Solon graviter ferens, quum videret iuventutem magna ex parte occaſionem quaerere arma movendi, neque eos tamen metu legis audere id inceptare, ſimulavit dementiam, rumorque per urbem e domo eius percrebuit, eum eſſe furore correptum. Compoſuerat autem elegos, quos meditatus, ut memoriter recitare eos poſſet, pileatus proſiluit repente in forum. Ingenti concurſu facto, ſuggeſtum praeconis conſcendit, & cantu eos verſus pronuntiavit, quorum hoc eſt exordium:*

> *Adſum praeclarae praeco Salaminis ab ora*
> *In coetum veſtrum dulce poëma ferens.*

Huius poëmatis inſcriptio Salamis eſt, & verſus continet centum ſane quam venuſte ſcriptos. Quos ubi cantavit, & amici eius coeperunt laudare, praecipue autem adhortatus Piſiſtratus cives eſt, & inflammavit ad parendum dicenti, ſolverunt legem, bellumque de integro ſuſceperunt, rebus gerendis praefecto Solone.

V. 21. 22. τοδε εις των επιγονων μελος) Eadem nempe reſponſione utendum ait adverſus

ea,

ea , quae praedicarentur de aliorum Muſicorum miraculis ſive in ſedandis , ſive in excitandis animi motibus , qualia vel Damoni , vel Cliniae Pythagorico , vel Empedocli , vel Antigeni , vel Timotheo adſcribebantur .


V.24. ὡστ' εφ' ἁ γραφει περι της ευσεβειας) Liberat iam Noſter ſuam fidem, quam *Col.XII v.16 & ſeq.* obligaverat, ſe mox reſponſiones adlaturum ad ea, quae Stoicus de pietate diſputaverat. Primum igitur argumentum, quod per *Muſicam honore Divinitatem plerique proſequantur*, reiicit, excipiendo plurimas eſſe artes, per quas Dii honorentur, quas tamen tanti faciendas eſſe nemo unus contenderet.

V.25 & ſeq. και μετα της επισημασιας κ.τ.λ.) Quo haec potiſſimum reſpiciant, divinare non audemus. Nos utique cum antecedentibus ea copulavimus, putantes Comici auctoritatem a Stoico adlatam illuc pertinere : illud enim μετα επισημασιας negotium faceſſivit. Sed ſi illud μετα interpreteris περι, quod ſane nuſquam, quod norimus occurrit, vel potius pro erroneo μετα ſubſtituas περι, omnia plana fiunt, & cum ſequentibur rite connecti queunt: ita ut hinc incipiat *cap.XI*, in cuius fine iterum Comici fit mentio: atque ſenſus tum erit: *iam vero de Comici interpretatione dicendum eſt. Itaque gradum facientes ad ea, quae de pietate ſcribit &c.*

V.34. 35. και μαγειρικην) Nemo ſane mirabitur, ſi Noſter inter eas, quae ad pietatem fovendam aliquo pacto inſerviunt, principem tribuat locum coquinariae. Scitum eſt enim coquos antiquitus omnes ſacrificiorum ritus, & ceremonias calluiſſe; qua de re non contemnendam, ſed dignitatis, ſanctitatiſque plenam artem profiteri cenſebantur. Pluribus id docet Athenaeus *lib. XIV cap. 23*, ubi praeter ea, quae ad *Col. V. v. 26* adlegavimus, ait : ὁτι δε σεμνον και ἡ μαγειρικη, μαθειν εστιν εκ των Αθηνησι κηρυκων· οἱδε γαρ μαγειρων και βουτυπων επειχον ταξιν: *venerandam eſſe coquorum artem liquet ex Athenienſium praeconibus, qui ex ordine coquorum & victimariorum fuerunt*; & paullo infra multa Anthemionis carmina recitat, qui *in Samothracibus* coquum induxerat de natura diſceptantem, quorum hoc eſt initium:

> Ουκ οισθ', ὁτι παντων ἡ μαγειρικη τεχνη
> Προς ευσεβειαν πλειστα προσενηνεχθ' ὁλως;
> *Neſcis omnibus ex artibus coquinariam*
> *Ad pietatem omnino contuliſſe plurimum?*

Vide interim, quomodo heic Librarius noſter hallucinatus bis exaraverit και μαγειρικην οιησομεθα; fraudi enim ipſi fuerat verbum οιησομεθα in uno atque altero verſu ob Auctore repetitum; quare mox ſuum σφαλμα animadvertens uncis integrum verſum abradendum incluſit: quod iterum *Col. XXIX*, ac tertio *Col. XXXVI* peractum ab indiligenti homine cernes; ut minime dubites, ſe iſta κομματα non a dictante, ſed e ſcripto excepiſſe.


ΔΙΑΥΤΗϹΟΥΔ ΕΙϹΤΙΜΑ ΑΙ
ΔΙΟΤΙΚΑΤΑΤΟΥϹϹΤΩΙΚΟΥϹΟ
ΠΟΛΛΟΙΘΕΟϹΟΝΤΕϹΕΚΧΘΡΟΙ
Κ ΑΝΟΗΤΟΙΤΑϹΑΛΗΘΕ ΝΑϹ
ΤΙΜΑ Τ Ν ΑΤΙ ΩΝΟΥΔΩ
ΝΕ ΟΠΟΛΗΚΑϹΙΝ ΚΑΙ ΠΡΟϹ
ΤΟΥΤΟΙϹΟΤΙΔΙΑΤΩΝ ΠΟΗΜ
ΤΩΝ ΜΑΛΛΟΝΓΙΝΕΤΑΙΤΙ
ΜΗΙΙ ΑΧΕΙΑΝΔΕΤΟΜΕΛΟϹΕ
ΧΙΠΡΟϹΘΕϹΙΝ ΚΑ ΟΝΠ Ν
ΔΑΡΟΝΟΥΤΩΝΟΜ ΕΙΝΟΥ
ΤΕΦΗΘΥϹΩΝΠ ΟΙ ΑΙΔΙΘΥ
ΡΑΜΒΟΝΑΛΛΑΔΗ ΚΑΙΤΟ
ΤΑΜΕΛΗΔΙΑΤΤΟ ΑΤΩΝΘΕ
ΩΝΕΚΑϹΤΩΙΚΩΜΙ ΚΟΝΕΙ
ΔΕΤΕ ΩϹΑΦΕΤΕΟ ϹΕΙ Α
ϹΥΝΤΟΙϹΑΛΛΟΙϹΤΟΙ ϹΓΕΛΗ
ΟΥϹΙΙ ΩΝΜΟΥϹΙ Ν ΕΙ
ΜΗ Δ ΟΓΕ ΝΗϹΑΡΑ ϹΥΝΕΠΕΙ
ΘΕΤΟΚΑ ΤΩΤΩΝ ΩΝΕΤΕ
ΡΟΥϹΕΤΕΡΑΜΕΛΗ ΠΡΟϹΙΕ
ϹΘΑΙΚΑΙΠΡΕΠΕΙΝΕΚΑϹΤΟΙ
ΙΔΙΑΚΑΙΤΙΔΕΙΤΑΛ ΑΘΑΥ
Λ ΑΖΕΙΝΑΥΤΟΥ ΚΑ ΠΡΟϹϹ Ν
Ϲ ΙΝΓΑΡΕΥ ΙΗ ΙΝ Ϲ Α
ΤΩΙΚΑΙΟΡΟΥϹ ΕϹΕΙϹ
ΚΑΙΑ ΠΟΔΕΙΞ ΛΑϹ
ΥΠΑΡΧΕΙΝΕΝΑ Ν Κ ΚΑ
ΑΠΕΡΟΤΙΜΟ
ϹΑΝΤΙΤΟΥΤΩΝΗ ΜΕ
ΟΝΑΛΛΩϹΚΑΤΑΥ Ο ΗΔΙ
ΑΛΕΚΤΙΚΩϹΕΠΙΤ ΑΝ
ΟΑΙ ΙΤΩΝΠΑΡΑΤ Ϲ ΟΥϹΙ
ΟΙϹΟΥΚΑΜΥΝΕ Κ ΑΤΑ
ΓΕΛΑϹ ΩϹΕΚΚΕΙΜ Ω ΝΗ
ΙΙΟΛΛΩΝΕΜΠΕΙΡΙΩΝ Χ
ΜΕΝΩΝ ΟΥΤΩϹΠΕΡ Ϲ
ΞΕϹΤΑΙΠΑϹΑϹ Ν
ΦΙΛΟΤ ΧΝΕΙΝ
ΕΙΝΕΥΧ ΗϹΤ
ΕϹΙΝ ΩϹ

COL. XXI

G. B. Malesci del. ed inc.

COLUMNA XXI.

δι' αυτης ουδε εἰς τιμαται,
διοτι κατα τους Στωικους οἱ
πολλοι Θεοις οντες εχθροι,
και ανοητοι τας αληθινας
τιμας των κρατιστων ουδ' ω-
νειρ οποληκασιν· και προς
τουτοις ὁτι δια των ποιημα-
των γε μαλλον γινεται τι-
μη, βραχειαν δε το μελος ε-
χει προσθεσιν· και τον Πιν-
δαρον ουτω νομιζειν, ὅ-
τ' εφη, θυσων ποιησεσθαι διθυ-
ραμβον, αλλα δη και τον
τα μελη διαταττοντα των θε-
ων ἑκαστῳ Κωμικον· ει-
δ' ἑτερως, αφετεους ειναι
συν τοις αλλοις τοις γε λη-
ρουσι των μουσικων. Ει
μη Διογενης αρα συνεπει-
θετο και τῳ, των θεων ἑτε-
ρους ἑτερα μελη προσιε-
σθαι, και πρεπειν ἑκαστοις
ιδια. Και τοι δει τ' αλλα θαυ-
μαζειν αυτου· και προς συν-
εσιν γαρ χρηστον ειναι
τῳ και ορους, και διαιρεσεις,
και αποδειξεις πολλας
ὑπαρχειν εναρμονικην· κα-
θαπερ ὁτε μουσικος ευμολπη-
σ' αντι τουτων ἡρμοσμε-
νον αλλως, κατ' αυτον δη δι-
αλεκτικως επιτυγχανε-
σθαι η των παρα τοις μουσι-
κοις ουκ ασυνετων, και κατα-
γελαστως εκκειμενων, η
πολλων εμπειριων των χρω-
μενων τουτοις, περι ὡν ε-
ξεσται πασας αναλογιας
φιλοτεχνειν· το γαρ περινο-
ειν ευχρηστον προς συν-
εσιν . . . .
. . . .
. . . .
. . . .

per eam nemo unus honore adficitur, propterea quod, cum ſecundum Stoicos multitudo ſit Diis infenſa, & vecors, veros honores praeſtantiſſimae naturae ne ſomniavit quidem: ac praeterea quia per poëmata magis Diis redditur honor, & cantus nonniſi modicum quid illis adiungit: atque Pindarum in ea ſententia fuiſſe, cum ait, ſe divino furore percitum ſcripturum eſſe dithyrambum: imo etiam Comicum, cum unicuique Deorum ſuos cantus adſignat; ſin vero aliter ſenſere, iis valedicere iubemus una cum aliis ineptientibus Muſicis. Sed Diogenes utique unus ſibi perſuaſit etiam iſtud, Deorum alios aliis cantibus oblectari, & ſingulis proprios convenire.

CAP. XII. An Muſica intellectum acuat, & ad alias ſcientias relationem habeat.

❡ Atqui opus iam eſt alia eius monſtra admirari. Etenim ad intelligentiam quoque excitandam valere, ait Enarmonicam, eo quod & terminos & differentias, & probationes multas ſuppeditet: exempli gratia, cum Muſicus cecinit loco eorum, *quae tradita antiquitus ſunt*, cantilenam a ſe aliter concinnatam, ſecummet diſputando adſequi vel eas rationes, quae a Muſicorum vulgo minime intelliguntur, atque adeo riſu excipiuntur; vel multa tentamina eorum, qui hiſce cantilenis utuntur, de quibus operae pretium erit omnes analogias ſtudioſe inquirere. Comminiſci enim & inveſtigare rationes ad intelligentiam acuendam eſt utile . . .
. . . .
. . . .

V. 2. 3. *κατα τȣς Στωικȣς οἱ πολλοι θεοις οντες εχθροι*) Iterum Stoico abutitur paradoxo, ut Stoicum confutet. Quid enim intereſt, ait, quod Divinitas per Muſicam honoretur *ὑπο των πολλων*, ſi ſecundum Stoicos *οἱ πολλοι* ſunt amentes, & Diis infenſi: & proinde de veris ſummae naturae debitis honoribus ne ſomniarunt quidem? Vide, quae iam adnotavimus ad *Col. XI v. 6*.

V. 12. *θυσων ποιησεσθαι διθυραμβον*) Haec Pindari verba, quae nuſquam in eius poëtae editis hodie leguntur, procul dubio a Diogene adlegata erant, ut probaret Muſicam cum religione uſque copulari; at Philodemus reſpondet in iis verbis de Poëſi potius, quam de Muſica mentionem fieri: quod verum eſt. Sed fortaſſe Stoicus paullo aliter ea verba interpetrabatur, h. e.: *dum ſacrificaret dithyrambum canere*.

V. 19. *Διογενης*) Iam in Praefatione § *XIV* docuimus, quis ſit iſte Diogenes, nempe Stoicus dictus *Babylonius*, in quo confutando tota fere Philodemi tractatio verſatur. Id autem confecimus hoc praecipue loco edocti, unde ſatis manifeſte adparet hunc ſuum eſſe *ανταγωνιϛην*, quem irridet. Cum enim demonſtraſſet, quo ſenſu interpetrandi eſſent Pindarus, & Ariſtophanes ab eo adlegati, alioquin inter nugatores habendi, concludit: *ſed Diogenes profecto unus id ſibi etiam perſuaſit Deorum alios aliis cantilenis oblectari, & cuique proprias convenire*: deinde ſubdit: *Atqui alia etiam eius monſtroſa opinamenta admirari neceſſe eſt*: atque ita ad aliam eius opinionem exponendam, atque convellendam pertranſit. Niſi enim Diogenes hic eſſet adverſae ſententiae patronus, in quem diſputat; oportebat ſane aliqua adverſus illius ſententiam mutire: contra vero, cum is eſſet ipſe, qui ſe Pindari, & Comici auctoritatibus tutatus fuerat, ſatis duxit Philodemus iſtorum Poëtarum mentem explicare, illum vero, qui nimis litteraliter eorum verba adceperat, irridere.

V. 23. *και τοι δει*) In *αυτογραφω* eſt, ut vides, *και τι δει*, ſed nullo ſane ſenſu. Quid enim ſibi vellent haec verba? *Diogenes id tam abſurdum ſibi perſuaſit: Sed quid opus eſt alia eius admirari? etenim ad intelligentiam quoque acuendam valere Muſicam &c.* Inepta plane tranſitio. Sed ſi legas *και τοι*, aptiſſima erit. Ne ambigas igitur ab imperito Librario pro *τοι* poſitum eſſe *τι*; atque hinc diphthongi *οι* pronunciationem ſatis adfinem *τω ι*, non ſecus ac de *ει* alibi obſervavimus, licebit aeſtimare.

V. 24. *και προς συνεσιν ευχρηϛον*) Lego *ευχρηϛον* facili negotio, quippe cum eadem dictio recurrat infra *v.40*. Atqui non unus Diogenes ad intelligèntiam acuèndam conferre Muſicam eſt opinatus; vel certe eius opinio aliis non tam abſurda viſa eſt. Siquidem Athenaeus *lib. XIV cap. 6* idem adſerere non veretur: *και προς γυμνασιαν δε, και οξυτητα διανοιας συμβαλλεται ἡ μȣσικη*: *ad exercendam, acuèndamque mentem confert Muſica*.


V. 28. *εναρμονικην*) Enarmonicum genus iam inde a ſuo aevo repudiari coeptum a vulgarium Muſicorum turba innuit Philodemus *Col. II* (ubi vide, quae adnotavimus), indignantibus quidem Muſicae peritioribus. Hoc autem unum controverſiae caput magnam diſputandi anſam Muſicae ſtudioſis praebere aiebat Stoicus, & mentem exacuendi vel ut adſequerentur rationes, quas Muſicorum vulgus non intelligebat, atque adeo riſu excipiebat, vel exquiſitiſſimum eius generis artificium ediſcerent.

V. 29. *ὁτε μȣσικος*) Sic legendum pro *ὁτι* res ipſa ſuadet: ſicuti etiam verſu ſequenti fortaſſe melius *ἡρμοσμενων* pro *ἡρμοσμενον*. Quis enim novit, an non oſcitans Librarius illud *ο* cum *ω* commutaverit? Totam autem hanc *περιοχην* reſpicere remur illud, de quo paſſim omnes veteres Muſicae ſcriptores conqueruntur, recentiores ſcilicet innovandi ſtudio abreptos a vetuſtiorum regulis abſceſſiſſe (quae propterea *νομοι*, h. e. *leges* dicebantur), & Enarmonicum genus, quod adſequi non poſſent, repudiaſſe. Hoc autem ſuppeditare aiebat Diogenes magnam inquirendi, diſputandique pro & contra occaſionem, unde Muſicorum mens exacueretur.

V. 33. *παρα τοις μȣσικοις*) Vulgaribus ſcilicet Muſicis, quales fere omnes erant; de quibus Plutarchus: *οἱ δε νυν το μεν καλλιϛον των γενων, ὁπερ μαλιϛα δια σεμνοτητα παρα τοις αρχαιοις εσπȣδαζετο παντελως παρῃτησαντο*: *noſtrae aetatis Muſici generum pulcherrimum, cui ob maieſtatem antiqui maxime ſtuduerunt, omnino repudiarunt*.

V. 39. *ασυνετων*) Paſſive ſumendum hoc adiectivum patet, non ſecus ac aliquoties occurrit *συνετος*; etſi apud Lexicographos in huiuſmodi ſignificatione non proſtet.

CO-



COL. XXII

I. B. Malesci del. *Gen. Casanoua inc.*

εαν ευρησει τοιαυτας, ει και μη, ταυτα προσποιȣμενας, τινας δε και βαθειας· αλλ' ȣχι περι πασας αξιωσει Φιλοτεχνειν; ει δε την απο Φρονησεως, ȣδεν επιδειξει τα των μȣσικων προς ταυτην συνεργȣντα μαλλον, η τα των αλλων ακριβωματα. Τη δε κριτικη λεγων παραπλησιαν τινα θεωριαν εχειν τȣς Φιλομȣσȣντας, ȣ μονον αγνοει καθ' οσον, ὡς εν μελεσι και ρυθμοις πρεποντος και απρεπȣς οντος, και καλȣ και αισχρȣ, κριτικην αυτων απελειπε θεωριαν, αλλα και καθ' οσον, ει τι τοιȣτον ην, ȣχι τοις Φιλοσοφȣσιν απεδιδȣ την κρισιν· και νη τον Δια καθ' οσον την κριτικην, η τι παραπλησιον εχειν την μȣσικην εφασκεν, ουχι τȣτοις, αλλα τοις ονομαζομενοις κριτικοις συνεχωρει. Και τη ποητικη δε γραφων αναλογον ειναι κατα τε την μιμησιν, και κατα την αλλην ευρεσιν, κατα μεν την μιμησιν ȣκ αν επεδειξεν, κατα δε την ευρεσιν, ου ταυτη μαλλον, η ταις αλλαις τεχναις. Κατα μεντοι το γραφεσθαι και ανταποδιδοναι το μελος, εστω τι παραπλησιον αυτης και τη γραμματικη· τι γαρ δει Φρονιμω ανδρι γινομενω περι τοιαυτας αναλογιας ειδεναι, και . . . η παιζειν καθ' εαυτου;

. . . .

donec tales *analogias* invenerit; ſin vero minus, eas quae huiuſmodi ſimulent, quaſdam vero etiam in profundo eſſe poſitas: nonne enim de omnibus poſtulabit Noſter, ut inquirat? ſin vero eam ait intelligentiam, quae ab animi prudentia originem ducit, nunquam oſtendet magis ad eam conducere Muſicorum, quam aliorum hominum ſtudia. Cum autem ait, Muſicae amatores habere quamdam ſpeculandi vim Criticae adfinem; non modo errat, in quantum putans cantibus & rhythmis ineſſe decorum & indecorum, honeſtum & turpe, criticam ipſarum rerum ſpeculationem dereliquit; verum etiam in quantum (ſi quid tale foret) non demandavit eius iudicium philoſophis: immo per Iovem, in quantum ait Criticam, vel quid adfine Muſicae inhaerere, non iſtis (*Philoſophis*) ſed Criticis peculariter dictis eius iudicium conceſſit. Cum autem ſcribit Poëticae analogam eſſe Muſicam & quod ad imitationem, & quod ad aliam inventionem; quantum ad imitationem pertinet, nullam protulit demonſtrationem; quantum vero ad inventionem, non huic magis, quam aliis artibus *analogam probavit*. In quantum autem Muſica ſcripto conſignet, & reddat melos, eſto, ſi lubet, aliqua inter ipſam, & Grammaticam adfinitas. Quid enim intereſt prudentis ſagaciſque viri huiuſmodi analogias noſſe, ſive potius ſibimetipſi inludere? . .

. . . .

V. 5. ει δε την απο Φρονησεως) Cum Adverſarius Enarmonicam ad την συνεσιν, *intelligentiam* adaugendam conducere etiam praedicaſſet, duplicem diſtinguit Noſter την συνεσιν, alteram nempe, quae a ſubtili diſputatione, & analogiarum inveſtigatione exoritur, alteram vero, quae ab animi ipſius prudentia originem trahit: illam autem Harmonicis diſputatoribus utique concedit, utpote quae nihili eſt, cum in futilibus inquiſitionibus verſetur; hanc vero nequaquam Muſicorum peculiarem eſſe dicit, quippe quia iſtorum non plus, quam aliorum hominum ſtudia ad prudentiam adquirendam conducere poſſunt.


V. 9. ακριβωματα) Vide heic iterum ab imperito homine pro ακριβωματα exaratum ακρειβωματα; mox vero a Correctore puncto confixum illud ε fuiſſe: uti rurſus infra *v.* 31 ſcriptum vides μειμησιν.

V. 10. τη δε κριτικη) Cum ſcripſerit Diogenes Muſicam eo etiam nomine commendandam, quod intelligentiam acueret, ut id confirmaret, ſubnectebat eam artem adfinem & analogam eſſe Criticae, Poëſi, Grammaticae, & Hiſtrionicae, quae omnes ingenium & requirunt, & exercent. Criticam autem eodem ferme pacto adcipiebat, quo Plutarchus, qui tamen eam Muſicis abiudicat; ſic enim ſcribit in *De Muſica pag.* 1144: το δε μετα τουτο επισκεπτεον, ὁτι οἱ μουσικης επιστημονες προς την κριτικην πραγματειαν ουκ εισιν αυταρκεις· ου γαρ οἱον τε τελεον γενεσθαι μουσικον τε και κριτικον εξ αυτων των δοκουντων ειναι μερων της ὁλης μουσικης: *praeterea conſiderandum eſt Muſicae peritos non eſſe per ſe ad Criticae ſtudium idoneos, fieri enim non poteſt, ut idem perfectus Muſicus, & Criticus ſit, qui complexus cognitione ſit, quotquot cenſentur Muſicae totius partes.* Enumerat deinde, quot quantaque noſſe cogitur perfectus Muſicus; denique ſubdit, cur idem Criticus eſſe nequeat: πρωτον εκ του ἡμιν ὑποκεισθαι τα μεν των κρινομενων τελεια, τα δε ατελη· τελεια μεν αυτο τε των ποιηματων ἑκαστον, οἱον το αδομενον, η αυλουμενον, η κιθαριζομενον, η ἡ ἑκαστου αυτου ἑρμηνεια, οἱον ἡ τε αυλησις, και ἡ ῳδη, και τα λοιπα των τοιουτων· ατελη δε τα προς ταυτα συντεινοντα, και τα τουτων ἑνεκα γινομενα· τοιαυτα δε τα μερη της ἑρμηνειας· δευτερον εκ της ποιησεως, ὡσαυτως γαρ και αυτη. ὑποκρινειεν γαρ αν τις ακουων αυλητου, ποτερον ποτε συμφωνουσιν οἱ αυλοι, η ου, και ποτερον ἡ διαλεκτος σαφης, η τουναντιον; *primum propter Critices ſubiecta, quae partim perfecta ſunt, partim imperfecta: perfecta enim ſunt ſingula poëmata, quae vel voce, vel tibia, vel cithara canuntur, vel ipſorum ſingulorum expreſſio, ut tibiae & vocis cantus, & reliqua his ſimilia: imperfecta vero, quae ad haec conducunt, & quae horum gratia fiunt: tales autem ſunt expreſſionis partes: deinde propter ipſam poëſim; eodem enim modo & ipſa ſe habet. Deberet enim quis tibicinem audiens ſecum ipſe aeſtimare, an conſonent vel diſſonent tibiae, & elocutio perſpicua ſit, nec ne?* Ad ſummam Plutarchus impoſſibile autumat, ut idem homo & vaſtiſſima Muſicae ſcientia ſit praeditus, & ſimul de vi carminum, de congrua eorum exprimendorum ratione, de poëſeos qualitatibus, aliiſque huiuſmodi iudicare, quae proprie Criticorum erant, h. e. Grammaticorum, qui eam nacti fuerant provinciam. Eodem igitur ſtricto ſenſu *Criticam* ſumpſerat Diogenes, cum ei adfinem aliquo modo cenſebat Muſicam ſcientiam, Criticoſque illos, qui de huiuſmodi rebus diiudicarent, quoſque idem Philodemus infra *v.* 25, 26 dicit: ονομαζομενους κριτικους, *adpellatos vulgo criticos.* At vero Noſter in ampla, & ambigua της κριτικης ſignificatione more ſuo ludens inquit, adverſarium, qui ſcientiam Criticae adfinem ſe profiteri iactabat, critica omni contemplatione eſſe deſtitutum, quippe quia in cantibus & rhythmis decorum & indecorum, honeſtum & turpe inveniret, quaſi qui ita ſentiret, omni criterio careret: praeterea quia talium rerum, quas in cantibus rhythmiſque agnoſcebat, iudicium non Philoſophis, ut oportuerat, ſed proprie dictis Criticis, h. e. Grammaticis concedebat, quippe qui in Muſica vel Criticam, vel quid ei adfine includi aiebat.

V. 35. γραφεσθαι) Etſi in αυτογραφω aere inciſo vides hoc verbum incipere a littera Π; illud tamen Π, quod delineator videre viſus eſt, nobis acutius inſpicientibus eſſe duplex elementum, ſcilicet Γ Ρ, adparuit; ut inde exſculpere licuerit γραφεσθαι.

V. 38. και τη γραμματικη) Aliquam adfinitatem inter Muſicam & Grammaticam, in quantum ſcripto melos reddendum conſignent Muſici, agnoſcit Noſter; nihil inde tamen confici reponit. Eodem fortaſſe ſenſu, ait Fabius Quintilianus *Inſt. Orat. lib. I cap. X: Tranſeamus id quoque, quod Grammatice quondam, & Muſice iunctae fuerunt: ſiquidem Architas, atque Ariſtoxenus etiam ſubiectam Grammaticen Muſicae putaverunt, & eoſdem utriuſque rei praeceptores fuiſſe cum Sophron oſtendit . . . . tum Eupolis, apud quem Prodamus & Muſicen, & Litteras docet.*

CO-



ΥΠΟΚΡΙΣΕΙΔ ΜΕ ΑΥΤΩΙΚΑΙ
ΥΠ ΚΡΙΤΙΚΗΙ ΕΓΩΜΕΝΔΕΙ
ΤΑΥΤΑΠΑΝΤΑΠΡΟΦΑΝΗΤΗΝ
ΟΙΚΕΙΟΤΗΤΕΧΕΙΓΡΟΣΑΓΧΙ
ΝΟΙΑΝΚΑΙΣΥΝΕΣΙ ΑΝΑΓ
ΚΑΙΟΝΗΜΙΝΑΦΑΙΝΕΣΘΑΙ
ΤΟΚΑΙΠΕΡΙΕΚΕΙΝΑ ΦΙΛΟΤΕ
ΧΝΕΙΝΚΑΙΠΕΡΙΖΩ ΡΑΦΙΑΝ
ΚΑΙΠΛΑΣΤΙΚΗΝΚ ΙΓΑΡΑΥ
ΤΑΙΠΡΟΣΤΕΤΑΥΤΑΣΑΝΑΛΟ
Γ ΑΣΕΧΟΥΣΙΚΑΙΠΛΕ ΟΝΑΛΛΑ
ΣΥΝΕΣΕΩΤΟΙΚΕΙΑΚΑΙΠΟΛΛΑΙ
Δ ΛΑΙΤΩΝΤΕΧΝΩΝΟΙΔΕ.
ΠΕΡΙΤΟΝΑΡΧΕΣΤΡΑΤΟΝΚΑΙ
ΦΙΔΟΣΟΦΑΛΕΓΟΝΤΕΣΕΙΝΑΙΤΗΣ
ΜΟΥΣΙΚΗΣΤΑΠΕΡΙΤΑΣΦΩΝΑΣ
ΚΑΙΦΘΟΓΓΟΥΦΥΣΕΩΣΚΑΙΔΙ
ΑΣΤΗΜΑΤΟΣΚΑΙΤΩΝΟΜΟΙΩΝ
ΑΝΥΠΟΜΕΝΗΤΟΙΤΙΝΕΣΗΣΑΝ
ΟΥΧΟΤΙΜΟΝΟΝΕΙΣ ΛΟΤΡΙ
ΩΤΑΤΗΝΕΝΕΒΑΛΟΝΘΕΩΡΙ
ΑΝΚΑΙΠΑΙΔΑΡΙΩΔΩΣΕΚΑ
ΛΟΥΝΥΠΕΡΑΥΤΩΝΚΑΙΠΡΟΣ
ΤΗΝΕΠ Α ΣΤΑΣ
ΑΛΛΑΚΑΙΔΙΟΣ ΙΜ ΑΠΕ
ΦΗΝΑΝΤΟΜΟΥΣ ΗΝΤΗΝ
ΤΟΥΤΩΝΘΕΩΡΙΑΝ ΑΜΕΝ
ΤΟΙΔΙΟΓΕΝΗΣΦ ΣΙΝΚΑ
ΝΟΗΣΑΝΤΑΣΗΜΑΣΑΝΑΓΕ
ΓΡΑΜΜΕΝΑΠΑΡΗΡΑΚΛΕΙ
ΔΗΠΕΡΙΠΡΕΠΟΝΤΟΣΜΕΛΟΥΣ
ΚΑΙΑΠΡΕΠΟΥΣΚΑΙΑΙ ΕΝΩΝ
ΚΑΜΑΛΑΚΩΝΗΘΩΝΚΑΙ*
ΠΡ ΕΩΝΑΡΜΟΤΤΟΥΣΩΝ
Κ ΝΑΡΜΟΣΤΩΝΤΟΥ
ΚΕΙΜΕΝΟΙΣΠΡΟΣΩΓ Σ
ΟΥΜΑΚΡΑΝΑΠΗΡΤ *
Ν Υ ΦΙΛΟΣΟΦ
Σ ΣΕ ΙΤΩΙΠΡΟΣΠ Ε
ΠΙΤΟΥΒΙΟΥΧΡΗΣΙ Χ
ΤΗΝ ΔΟΥ ΝΗ ΙΕ

COL. XXIII

I. B. Malesci del. et Sculp.

COLUMNA XXIII.

ὑποκρισει διδομεν αυτῳ , και ὑποκριτικῃ . Λεγωμεν δ' ει ταυτα παντα προφανη την οικειοτητ' εχει προς αγχινοιαν και συνεσιν , αναγκαιον ἡμιν αναφαινεσθαι το και περι εκεινα φιλοτεχνειν , και περι ζωγραφιαν , και πλαστικην · και γαρ αυται προς γε ταυτας αναλογιας εχουσι , και πλειον' αλλα συνεσεως οικεια , και πολλαι δ' αλλαι των τεχνων . Οἱ δε περι τον Αρχεστρατον και φιλοσοφα λεγοντες ειναι της μουσικης , τα περι της φωνης , και φθογγου φυσεως , και διαστηματος , και των ὁμοιων , ανυπομενητοι τινες ησαν , ουχ ὁτι μονον εις αλλοτριωτατην ενεβαινον θεωριαν , και παιδαριωδως εκαλουν ὑπερ αυτων , και προς την επιστημην ατακτως , αλλα και διοτι μιαν απεφηναντο μουσικην την τουτων θεωριαν . Α' μεντοι Διογενης φησιν , κατανοησαντας ἡμας αναγεγραμμενα παρ' Ηρακλειδῃ περι πρεποντος μελους , και απρεπους , και αρρενων , και μαλακων ηθων , και πραξεων ἁρμοττουσων , και αναρμοστων τοις ὑποκειμενοις προσωποις , ου μακραν απηρτισμενης της φιλοροφιας αποικειν τῳ προς παντα επι του βιου χρησιμωτατην μουσικην ειναι , και περι

utique ipſi concedimus hiſtrionicae actioni , atque arti *analogam eſſe* . Porro dicamus , ſi univerſa iſthaec manifeſtam habent cum ſolertia & intelligentia adfinitatem , neceſſe nobis videri etiam in illa ſtudioſe incumbere , nec non in picturam , & plaſticen ; etenim iſtae quoque analogiam ad illas habent , & ad plura alia , quae ad intellectum pertinent , uti etiam pleraeque artes . Archeſtratus autem , eiuſque ſectatores , qui etiam philoſophica ad Muſicam pertinere aiebant , hoc eſt , quae naturam vocis , & ſoni , & Muſica intervalla , & ſimilia ſpectarent , intolerabiles erant homines , non modo quia in alieniſſimam deſcendebant ſpeculationibus provinciam , & pueriliter ad ſe , ad ſcientiam vero inordinate aliena advocabant ; verum etiam quia ſolam Muſicam iſtarum rerum ſpeculatricem adſeverabant . ¶ Quae autem Diogenes ait (quae quidem novimus fuiſſe ab Heraclide ſcripta de cantu decoro , & indecoro , de virilibus & effeminatis moribus ; & de actibus harmonicis & inharmonicis relate ad ſubiectas perſonas) non longe ſcilicet a perfecta philoſophia Muſicam diſtare , eo quod ad omnes vitae functiones utiliſſima ſit ipſa , atque etiam eius

CAP. XIII. An Muſicæ ad virtutes animum diſponat ?

V. 1. ὑποκρισει) Coniunctionem quamdam inter Muſicam, & Hiſtrionicam admittit Noſter. Ea autem in hoc conſiſtit, ut docet Ariſtides *lib. II*, quod το νοημα και λεξεων, μελων τε, και ρυθμων σωματικαι κινησεις εισι απομιμȣμεναι, *corporei motus mentis conceptum cum in verbis, tum cantibus & rhythmis imitantur*.

V. 8. 9. περι ζωγραφιαν, και πλαστικην) Pictorum, & Fictorum artem aliquam quoque analogiam habere ad Criticam, ad Grammaticam, in primiſque ad Poëſim, & Hiſtrionicam iure contendit Philodemus, eaſque ad ingenium exercendum item valere. Πλαστικης autem nomine univerſam Statuariam comprehendit, ſive enim ebore, ſive aere, ſive marmore ſtatuae eſſent efformandae, earum typi prius creta effingebantur.

V. 14. 15. οἱ δε περι τον Αρχεστρατον) Archeſtratos duos recenſet Fabricius, alterum Phrearium, de quo Laërtius *lib. III ſect.* 41, Geloum alterum *luxuriae magiſtrum & gulae*, de quo pluries Athenaeus. Poterat tertium adiungere, quem idem Athenaeus *lib. XII cap.* 13 ex Polemonis Periegetis teſtimonio vocat μαντιν, *vatem*, narratque *captum ab hoſtibus, & ſtatera adpenſum oboli pondus habentem inventum eſſe, adeo exilis erat*. Atqui neque primus, de quo nihil aliud habet Laërtius, niſi quod fundum poſſederit Platonis fundo conterminum; neque tertius iſte hariolus heic a Philodemo indigitatur. Loquitur ergo de Geloo, quem Athenaeus vocat modo δειπνολογον, *coenarum ſcriptorem lib. I cap.* 13, modo οψοδαιδαλον, *opſoniorum artificem peritiſſimum lib. III cap.* 22, *& VII cap.* 5, modo των οψοφαγων Ησιοδον, η Θεογνιν, *helluonum Heſiodum vel Theognidem ibid. cap.* 17, & ironice Πυθαγορικον δι' εγκρατειαν, *Pythagoricum ob temperantiam ibid. cap.* 10, ipſumque Επικȣρῳ τῳ σοφῳ της ηδονης καθηγεμονα, *Epicuri Philoſophi in ſectanda voluptate magiſtrum lib. III cap.* 22, & iterum *lib. VII cap.* 22 ubi idem Chryſippi auctoritate confirmat; ibidemque narrat eum univerſam terram ac maria impigre luſtraſſe, ut omnes gulae ventriſque delicias diſceret, quas deinde deſcripſit in libro, cui titulum fecit vel καλαι ὑποθηκαι, *pulchrae praeceptiones*, quas amicis Cleandro & Moſcho nuncupavit; vel γαστρολογια, *ventris doctrina*, ut paullo ſuperius idem ait ex Lycophronis auctoritate: cuius libri heroico elegantique carmine conſcripti bene longa recitat in citatis locis fragmenta idem Athenaeus. Quod autem noſtra potiſſimum refert, fuit etiam Muſicae peritus iſte Archeſtratus, libroſque conſcripſit duos περι αυλητων, *de tibicinibus*, ut teſtatur idem Dipnoſophiſta *lib. XIV cap.* 9 (quod Fabricii ſedulitatem eſſugiſſe valde miror); eumque ut Principem Muſicum citat Didymus apud Porphyrium *Comment. in Ptolem. lib. I cap.* 2: αλλοι δε εισιν, οἱ αμφοτερα μεν τιθεασιν, αισθησιν τε, και λογον, ηδη δε τῳ λογῳ προνομιαν τινα αποδιδοασιν, ὡν εστι και Αρχεστρατος: *alii ſunt, qui utrumque ponunt, Senſum & Rationem; ſed Rationi tribuunt praerogativam: inter quos eſt Archeſtratus*. Quare & in principio eiuſdem tractationis, ubi inter alias Muſicorum ſectas meminit Porphyrius etiam της αρχιστρατιȣ, ne dubites, quin legendum ſit Αρχεστρατιȣ, *Archeſtratiae ſectae*, quae eadem eſt, ac οἱ περι τον Αρχεστρατον, *ſectatores Archeſtrati*, quos heic commemorat Noſter.

V. 16. φιλοσοφα λεγοντες ειναι της μȣσικης) Ab Archeſtratiis fortaſſe hauſerat Lactantius Firmianus hanc opinionem; ſic enim ſcribit *lib. III cap.* 25 *De Falſ. Sap*: *Geometria quoque, ac Muſica, & Aſtrologia neceſſaria eſt, quod hae artes cum Philoſophia habeant aliquam ſocietatem*.

V. 17. 18. διαστηματος) *Diſtantiae*, ſeu *Intervalla* Muſica διαστηματα adpellabantur, de quibus ſic Ariſtides *De Muſica lib. I*: διαστημα λεγεται διχως, κοινως και ιδιως· και κοινως μεν παν μεγεθος το ὑπο τινων περατων ὁριζομενον· ιδιως δε κατα μȣσικην γινεται διαστημα, μεγεθος φωνης ὑπο δυοιν φθογγων περιγεγραμμενον κ. τ. λ.: *intervallum bifariam dicitur, communiter, & proprie: & quidem communiter omnis magnitudo, quae terminis certis finitur; proprie vero in Muſica dicitur intervallum magnitudo vocis a duobus ſonis circumſcripta &c.* In hoc autem capite plura, & quidem ſubtiliter Philoſophi, & Mathematici diſputabant, ut videre eſt apud Porphyrium *in Ptolem. lib. I cap.* 5, ubi tradit Demetrium, Panaetium, Dionyſium Halicarnaſſeum, Architam, Euclidem, & vulgo Pythagoricos nomine των διαστηματων intellexiſſe non *exceſſus*, ut aiebant Ariſtoxenii, & Diodorus, ſed *rationes*; alioſque aliter. Itaque mirum non eſt, ſi heic invenias Archeſtratios hanc τȣ διαστηματος tractationem philoſophicis quaeſtionibus adcenſuiſſe.


V. 28. Διογενης φησιν) En rurſus in ſcenam Diogenes, qui alius profecto eſſe nequit, quam Philodemi ανταγωνιστης, cuius argumenta univerſa diluere ſatagit; de quo ſatis in Praefatione §. *XIV & ſeq.*

V. 28.

V. 28. 29. *καταvοησαντας ἡμας*) Cum primum illud K ſatis detritum eſſet, initio pro Π adcepimus; quapropter *παρα νοησαντας* legimus, atque ita in Praefatione §. *XIV* hunc locum protulimus. At ſecundas poſt curas illud elementum non aliud eſſe, quam K ſatis clare adparuit; bona igitur fide *καταvοησαντας ἡμας* reponimus. Quartum autem hunc caſum abſolute heic poſitum, etſi non pereleganter, cenſemus.

V. 30. *παρ' Ηρακλειδη*) Heraclides iſte inter plures eiuſdem nominis (ad triginta enim enumerat Ionſius) procul dubio videtur eſſe Heracleotes Ponticus Euthyphronis filius, Speuſippi primum, tum Pythagoreorum, denique Ariſtotelis auditor, Platoniſque aemulator, ut tradit Laërtius *lib. V.* Pleraque ſcripſit volumina, quorum indiculum idem recitat, inter quae: *μȣσικα περι των παρ' Ευριπιδῃ και Σοφοκλει α', β'· περι μȣσικης α' β'*: *Muſica de his, quae apud Euripidem, & Sophoclem reperiuntur, duo: de Muſica duo*; ſed reponendum eſſe *tria*, iam obſervavit Meurſius *ad Chalcidium*, quippe Athenaeus bis *lib. X*, & *XIV* citat Heraclidem Ponticum *εν τριτῳ περι μȣσικης*, *in tertio De Muſica*. Plutarchus vero in initio libri *De Muſica* laudat Heraclidem *εν τῃ συναγωγῃ των εν μȣσικῃ*, *in Collectione rerum Muſicarum*; & Porphyrius *in Ptolem. lib. I cap.* 3: *εν τῃ Μȣσικῃ εισαγωγῃ*, *in Muſica Introductione*: qui libri iidem ne fuerint, necne, plane neſcimus. Illud pro certo habemus in huiuſmodi libris de Muſica tractantibus de iis etiam, quae heic adnotat Philodemus, diſſeruiſſe.

V. 39. *τῳ προς παντα επι τȣ βιȣ*) Muſicam a Philoſophia parum diſtare aiebat Heraclides, & ſecundum eum Diogenes, non quomodo Archeſtrati diſcipuli, quia de natura vocis, & ſoni, & diſtantiarum philoſophice tractaret, ſed potius, quia non ſecus ac Philoſophia ad vitam recte agendam conduceret, qui ſane praecipuus eſt Philoſophiae ſcopus, ut adpoſite Tullius *Tuſcul. I*: *cum omnium artium, quae ad rectam vivendi viam pertinerent ratio & diſciplina ſtudio ſapientiae, quae Philoſophia dicitur, contineretur.*



ΡΙΑΥΤΗΝΦΙΛ ΝΑΝΟΙ
ΚΕΙΩϹΔΙΑΤΙ ΑΙΠΡΟϹ·
ΠΛΕΙΟΥϹΑΡΕΤΑϹΜΑΛΛΟΝΔΕ
ΚΑΙΠΑΒΑϹΕΚΘΕΝΤΕϹΗΜΕΙϹ
ΕΝΤΩΙΤΡΙΤΩΙΤΩΝΥΠΟΜΝΗ
ΜΑΤΩΝΚΑΙΤΑΠΑΙ ΛΛΟΙϹΔΕ
ϹΥΓΓΕΝΩϹΕΙΡΗΜΕΝΑΠΑΡΕΔΕΙ
ΞΑΜΕΝΟϹΗϹΕϹΤΙΝ ΕΜΟΝΤΑ
ΛΗΡΕΙΑϹΚΑΤΑΙ ΑϹΤΟΝΤΟΙ
Ν ΝΚΑΙΤΗΝΠΕΡΙΔΙΚΑΙΟϹΥ
ΝΗϹΕΝΙΩΝΥΠΟΛΗΨΙΝΕΝΩΝ
ΕΙΝΑΙϹΥΜΒΕΒΗΚΕΝ ΥΔΕΓΑΡ
ΕΠΙΝΟΗΤΟΝΑΚΟΗϹΑΛΟΓΟΥΜΟ
ΝΗϹΚΕΙΝΗΤΙΚΑϹΦΩΝΑϹϹΥΜ
ΒΑΛΛΕϹΘΑΙΤΙΠΡΟϹΔΙΑΘΕϹΙΝ
ΨΥΧΗϹΘΕΩΡΗΤΙΚΗΝΤ ΙΛΥ
ϹΙΤΕΛΩΝΚΑΙΑΛΥϹΙΤΕΛ ΩΝ
ΠΡΟϹΤΑϹΑΛΛΗΛΟΙϹϹΥΜ Ο
ΘΙΑΕΙΤΕΙΑϹΚΑΙΤΩΝ Μ ΑΙ
ΡΟΤΙΚΗΝΤΩΝΔΕΦΕΥΚΤ Υ
ΚΗ ΔΙΩΝΕΙ ΟΑΜΕΝΥΠ ΓΡΑ
ΦΕΙΝΘΕΩΡΗΜΑΤ ΝΤΑΔ
ΧΕΙΡΗΜΑΤΑΤΗΙΔΑϹΞΕΙ ΡΑ
ΠΛΗϹΙΑΦΑΙΝΕΤΑΙΚΑΙΓΑΙ Ι
ΠΛΑΤΩΝΕΛΕΓΕΠ Ρ ϹΑ ΚΑΙΟ
ϹΥΝΗΝΩΦΕΛ ΙΝΑΠϹ ΕΙΝ
ΑΝΠΑΡΑΥΤΟΥΠΡΟ ΕΧ
ΘΑΝΥΝΔ ΜΩϹ ΑΙ ΛΟΓ Ν
ΦΗϹΙΝΤΩΙΜΟΥ ΤΟΛ
ΚΑΙΟΝΟΥΤΟΝ ΜΟΥ ΙΚΟΝ
ΚΑΙΟΝΕΙΝΑΙΚ ΑΘΑ ΡΟΥΔΕ
ΤΟΝΔΙΚΑΙΟΝΜΟΥϹ ΟΝΟΥ
ΔΕϹΥΝΕΡΓΕΙΝΟΥΔΕΠ ΝΟ
ΔΕΤΕΡΩΙΠΡΟϹΤΗΝΟΙΚΕΙΑΝ
ΕΠΙϹΤΗΜΗΝΤΑΧΑΝ ΑΝ
ΤΩΙϹΚΥΤΟΤΟΜΩΙΚΑ
ΓΡΑΦΩΙΚΑΙΠΑΝΤ Ϲ
ΕΠΙϹΤΗΜΟΝΙΤΟΔΙ
ΕΝΕΓΕΝΩΜΟΙΩ Ο
ΟΝ Δ Α Τ Ε
ΧΝΙΤ ΠΛΕΟΝΕ
ΧΕΙΚ ΤΑΡΟΥΤ
Ν ΑΝ

COL. XXIV

G. B. Malesci del. A. Lentari inc.

ρι αυτην φιλοτεχνιαν οικειως διατιθεσθαι προς πλειους αρετας , μαλλον δε και πασας , εκθεντες ἡμεις εν τῳ τριτῳ των ὑπομνηματων , και τα παρ' αλλοις δε συγγενως ειρημενα , παρεδειξαμεν , ὁσης εστιν γεμοντα ληρειας . Καταγελαστον τοινυν και την περι δικαιοσυνης ἑνιων ὑποληψιν ειναι συμβεβηκεν · ουδε γαρ επινοητον ακοης αλογου μονης κινητικας φωνας συμβαλλεσθαι τι προς διαθεσιν ψυχης θεωρητικην των λυσιτελων και αλυσιτελων προς τας αλληλοις συμπολιτειας , και των μεν αἱρετικην , των δε φευκτικην , δι' ὡν ειωθαμεν ὑπογραφειν θεωρηματων . Τα δ' επιχειρηματα τῃ δειξει παραπλησια φαινεται . Και γαρ ει Πλατων ελεγε προς δικαιοσυνην ωφελειν , αποδειξιν αν παρ' αυτου προσδεχομεθα · νυν δ' ὁμως αναλογον φησιν τῳ μουσικῳ το δικαιον , ου τον μουσικον δικαιον ειναι , καθαπερ ουδε τον δικαιον μουσικον , ουδε συνεργειν ουδετερον ουδετερῳ προς την οικειαν επιστημην · Ταχα μη αν τῳ σκυτοτομῳ , και ζωγραφῳ , και παντελως τῳ επιστημονι το δικαιον ελεγεν ὁμοιως αναλογον ; τι γαρ κατ' αυτον τοις τεχνιταις πλεονεκτειν παρεχει ; Και δη γαρ ουτως . . . .

eius ſtudium proprie viam ſternere ad plures , vel potius ad omnes virtutes ; ea nos exponentes in Hypomnematum tertio , & alia ſimul cognata ab aliis dicta , oſtendimus , quam plena forent nugacitatis . Et quidem ridiculam etiam quidam de iuſtitia opinionem habeant neceſſe eſt ; nec enim ſecum putare quis poteſt voces ſonoras inrationalis ſolius auditionis motrices conferre aliquid ad diſpoſitionem animi ſpeculativam rerum utilium , & inutilium ad mutuam civium gubernationem , & ad cognoſcendum , quaenam ex his ſint eligenda, quaenam fugienda ſecundum ea theoremata , quae conſcribere ſoliti ſumus . Sed argutationes demonſtrationi ſimiles iſtis adparent . Etenim ſi Plato diceret Muſicam prodeſſe iuſtitiae , fortaſſe probationem ab ipſo adcepiſſemus ; atqui analogam Muſico dixit eſſe iuſtitiam , non vero Muſicum Iuſtum eſſe , quemadmodum neque dixit Iuſtum eſſe Muſicum , neque alterutram rem alterutri adiumento eſſe , vel conducere ad propriam ſcientiam. An non fortaſſe ſutori , & pictori , & unicuique aliquam facultatem profitenti aeque analogam iuſtitiam dixiſſet ? Numquid enim per ipſum artificibus fraudare licet ? Protinus enim ſic . . . .

V. 5. εν Ιω τριτω των ὑπομνηματων) Hinc , & ex *Col. XXXIV v.* 22 didiceramus alios tres ſaltem a Philodemo ſcriptos fuiſſe libros , quos inſcripſerat ὑπομνηματα ; ſed num ea ad rem quoque Muſicam pertinerent, an ad quidvis aliud expiſcari non licuerat, donec unum & alterum evolutum eſt volumen cum titulo ὑπομνηματων περι ρηloρικης . Cum enim iam pridem evoluta adhuc eſſent bina, quibus titulus adſcriptus erat abſolute περι ρητορικης, cognovimus Noſtrum conſueviſſe de eodem argumento , quod fuſe tractaſſet , etiam τα ὑπομνηματα *Commentaria* adornare. In huiuſmodi autem *Commentariis* (ut in Diatriba Iſagogica praecedenti Volumine fuſe diſſeruimus) nihil aliud, quam generales quaedam, & quaſi praeliminares quaeſtiones eum pertractaſſe, indicio nobis ſunt citata duo volumina ὑπομνηματων περι ρητορικης; in iis enim totus eſt, ut inquirat, an *Sophiſtica* dicenda ſit *ars Rhetorica*: quae ſane quaeſtio nonniſi longe tractationem de Rhetorica reſpicit . Eodem igitur pacto arguimus praeter plures libros περι μουσικης, etiam τα ὑπομνηματα περι μουσικης, *Commentaria de Muſica* ſcriptitaſſe , in quibus eas agitaſſet quaeſtiones , quae veluti praeliminares , & cardinales forent, & quas probe reſolutas oporteret ad libros *De Muſica* adferre: qualis nempe iſta eſt quaeſtio, quam heic indigitat in *tertio Hypomnematum* pertractaſſe, h. e. an Muſicae ſtudium ad virtutes comparandas viam ſternat ? Qualis eſt & alia , quam *in ſecundo* eorum librorum agitaſſe ſcribit *Col. XXXIV*: cur ab Athenienſibus, reliquiſque Graecis maximo in honore habita fuerit Muſica ?

V. 11. ενιων ὑποληψιν) Poſt haec verba in αυτογραφω eſt adſcripta , imo vero per vim intruſa iterum vox ενιων . Patet enim principio ϛοιχον deſiiſſe in ει, & ſubſequens a ſyllaba NAI incepiſſe , ut legendum foret ειναι ; mox vero illud primum I ad effingendum N eſt adcommodatum, additis in fine binis elementis ΩN, & ſuperſcripto I, in principio autem ſequentis verſus adpicta ſunt EI, ut legi poſſit ενιων ειναι. Sed quid monſtri eſt, ενιων ὑποληψιν ενιων ειναι ? Repetitum illud ενιων nihili profecto eſt . Atqui non librarii abalienatione , ſed ipſius ſtudio illuc inrepſiſſe patet. Quaenam igitur errandi origo? Ego quidem totam hanc περιοχην non ab αυτογραφω fuiſſe deſcriptam , ſed ab auctore ipſo dictatam reor . Cum enim ille primum dictaſſet ενιων ὑποληψιν ειναι , denuo , uti fit , eadem verba inculcans , ὑποληψιν ενιων ειναι inverſo aliquantulum ordine , utpote qui ex tempore dictaret, protulit. Tum vero ſatis imperitus, qui dictata ſedula aure, ſed ſurda mente exciperet , ſtatim refinxit ὑποληψιν ενιων ειναι , relicto tamen antecedenti ενιων . Qui autem fuerint iſti ενιοι , ignoramus ; ſed procul dubio in horum numero erant Platonici , ex eo quod Platonis auctoritate abutebantur , ut e ſequentibus conligitur .

V. 13. 14. ακοης αλογου μονης κινητικας φωνας) Rurſus adpellat auditum αλογον, *inrationalem*, non ſecus ac *Col. II v.* 18 αλογον επακοησιν; quid vero hoc ſibi velit, iam ad *Col. I v.* 36 obſervavimus . Sonos autem nonniſi inrationalem auditum excitare poſſe pro comperto habet, poſtea quam toto *Cap. V* h.e. a *Col. VII* ad *X* id probare contendit adverſus eos , qui animos excitandi vim illis tribuebant .

V. 16. 17. θεωρητικην των λυσιτελων και αλυσιτελων κ. τ. λ.) Ut iſta percipias, prae oculis Epicuri doctrinam de Iuſtitia habere neceſſe eſt . Epicurus igitur εν ταις κυριαις δοξαις *in Ratis Sententiis* , quas habemus relatas a Laërtio in eius *Vita* ſic iuſtitiam definit: το της φυσεως δικαιον εστι συμβολον του συμφεροντος εις το μη βλαβειν αλληλους , μηδε βλαβεσθαι : *naturalis iuſtitia eſt teſſera utilitatis , ut homines ad invicem neque laedant , neque laedantur :* & paullo infra : ουκ ην τι καθ' ἑαυτο δικαιοσυνη , αλλ' εν ταις μετ' αλληλων συστροφαις, καθ' ὁπηλικους δη ποτε ην τοπους, συνθηκη τις ὑπερ του μη βλαβειν, μηδε βλαπτεσθαι: *Iuſtitia nihil per ſe erat, ſed fuit in mutuis ſocietatibus, quoquumque ea loco exſiſterent, pactum aliquod de non inferendo, adcipiendove nocumento initum*: & mox: το μεν επιμαρτυρουμενον ὁτι συμφερει εν ταις χρειαις της προς αλληλους κοινωνιας των νομισθεντων ειναι δικαιων , την του δικαιου φυσιν εχει : *quod omnium teſtimonio comprobatur utile eſſe ad mutuos uſus in ſocietate earum rerum , quae iuſtae reputantur , iuſti naturam illud habet :* denique : ενθα δε καινων γενομενων των πραγματων ουκετι συμφερει τα αυτα δικαια κειμενα, ενταυθα δηποτε μεν ην δικαια, ὁτε συνεφερεν εις την προς αλληλους κοινωνιαν των συμπολιτευομενων , ὑστερον δε ουκ ην ετι δικαια , ὁτε μη συνεφερεν : *ubi novis adcidentibus , non amplius iuverint , quae uti iuſta conſtituta erant , ea olim quidem erant iuſta, donec utilia fuere ad mutuam concivium ſocietatem, deinde vero iuſta amplius non ſunt, cum utilia eſſe deſierint*. Ex quibus omnibus ſatis conligitur ſecundum Epicurum nihil aliud iuſtitiam eſſe, quam quod Philodemus tradit, h. e.: διαθεσιν της ψυχης θεωρητικην


τικην

τικην των λυσιτελων, και αλυσιτελων προς τας αλληλοις συμπολιτειας : *ſpeculativam animi diſpoſitionem ad inveſtiganda ea, quae utilia, quaeve inutilia ſint ad mutuas concivium ſocietates*. Dicit autem θεωρητικην, *ſpeculativam*, quia cognita utilitate omnes ad eam rapimur. Quare Hermarchus Epicuri diſcipulus apud *Porphyrium lib. I De Abſtinentia* prae ceteris, quae fuſe in hanc ſententiam diſputat, ait: φρονησει ψυχης, ου ρωμη σωματος και δυναστευτικη δουλευσει των οχλων διηνεγκαν οἱ τα τοιαυτα τοις πολλοις εισηγουμενοι, και τους μεν εις επιλογισμον του χρησιμου καταστησαντες αλογως αυτου προτερον αισθανομενους, και πολλακις επιλανθανομενους, τους δε τῳ μεγεθει των επιτιμιων καταπληξαντες: *mentis prudentia, non corporis robore, aut imperioſo obſequio multitudini praecelluere, qui huiuſmodi populis ſuaſerunt; partim enim inducentes, ut conſiderarent, quam utilia forent, cum prius non adtenderent, & ſaepe eos lateret, partim vero ipſa poenarum magnitudine percellentes*. Epicurus igitur iuſtitiae originem ex utilitate quidem repetebat, eiuſque modulo metiebatur; at non ex privata, ſed e publica totius ſocietatis. Immerito igitur invidiam Epicuro creare conatus eſt Tullius *lib. De finibus*, & *I De Legibus*, quaſi docuerit ille iuſtum virum eſſe, qui ſuaemet utilitati unice ſtudeat. De quo vide, ſi lubet, Petrum Gaſſendum iſta fuſius tractantem in ſuis *Animadv. in lib. X Laërt. part. III de Ethica Epicuri*.

V. 18. 19. συμπολιτειας) Non aliam ſane vocem ex illis στοιχειοις, quae librarius dormitans adpinxit, & mox partim expungenda iuſſit, eruere licet. Haec autem, etſi a Lexicis abſit, a συμπολιτης & συμπολιτευω prono alveo fluit; ita ut de eius γνησιοτητι nullus dubitem, cum nuper viderimus ſecundum Epicurum tamdiu iuſtum aliquid eſſe, ὁτε συνεφερεν εις την προς αλληλους κοινωνιαν των ΣΥΜΠΟΛΙΤΕΥΟΜΕΝΩΝ, *donec conferret ad mutuam concivium communionem*.

V. 21. 22. δι' ὡν οιωθαμεν ὑπογραφειν θεωρηματων) Iſta apertiſſime nos docent Philodemum ſecundum ſuae ſectae placita iuſtitiam definiviſſe, & ad ſuos diſcipulos in eadem ſecta inſtruendos huiuſmodi dictata adornaſſe, ut iam pridem ad *Col. II v. 6* animadvertimus.

V. 28. 29. αναλογον φησιν τῳ μουσικῳ το δικαιον) Hunc Platonis locum, quem adverſarii adlegabant, quemque nihil e re ſua facere excipit Philodemus, in extantibus eius libris expiſcari non licuit. Ceterum alibi etiam Divinus ille Philoſophus ſic loquitur, ut videri poſſit eum multam in Muſico requirere virtutum ſcientiam, non vero ad illas parandas Muſicam conducere adfirmet; quae ipſa eſt Philodemi exceptio. Sic *III De Rep.*: αρ' ουν ὁ λεγω προς θεων ουτως· ουδε μουσικοι προτερον εσομεθα, ουτε οὑς φαμεν ἡμιν παιδευτεον ειναι τους φυλακας, πριν αν τα της σωφροσυνης ειδη, και ανδρειας, και ελευθεριοτητος, και μεγαλοπρεπειας, και ὁσα τουτων αδελφα, και τουτων αν εναντια πανταχου περιφερομενα γνωριζωμεν, και ενοντα εν ὁις ενεστιν, αισθανωμεθα, και αυτα, και εικονας αυτων. και μητε εν σμικροις, μητε εν μεγαλοις ατιμαζωμεν, αλλα της αυτης οιομεθα τεχνης ειναι, και μελετης: *ſic igitur per Deos aio: nunquam Muſici erimus nos, neque illi Civitatis cuſtodes, quos aiebam nobis eſſe inſtituendos, niſi prius temperantiae ſpecies, & fortitudinis, & liberalitatis, & magnanimitatis, & quotquot ſunt iſtis germana, & quotquot ipſis omnino adverſa ſunt, cognoſcamus, & ſentiamus, ubi ſint ipſae, & earum imagines: eaſque neque in parvis, neque in magnis adſpernemur, ſed ad ipſam artem & ſtudium pertinere putemus*. At reponerent Adverſarii Platonem paullo ante in eodem libro docuiſſe, Muſicam in internos animi receſſus permeantem φερειν ευσχημοσυνην, και ευσχημονα ποιειν εαν τις ορθως τραπῃ, *decorem inducere, & honeſtum reddere, quicumque in ea fuerit recte inſtitutus*. Ευσχημοσυνη enim Platoni eadem eſt, ac ευηθεια, *morum honeſtas*. Eius verba iam recitavimus ad *Col. I v. 4 pag. 3*. Et quidem Ptolemaeus, qui in *Harmonicorum lib. III* integris *Capitibus V, VI, VII* hanc ipſam pertractat quaeſtionem *quomodo ad virtutes comparandas Muſica conferat* inter alia haec habet *cap. V*: ὁτι και των φθογγων το μεν εμμελες, αρετη τις εστιν αυτων· το δε εκμελες, κακια· και αναστρεψαντι, των ψυχων ἡ μεν αρετη, εμμελεια τις εστιν αυτων· εκμελεια δε ἡ κακια: *quia & ſonorum concinnitas eſt quaedam eorum virtus; & inconcinnitas vitium: ita converſim animarum virtus eſt earum quaedam inconcinnitas; & vitium inconcinnitas*. Percurrit deinde ſingulas virtutes, ut id oſtendat; denique ſubdit: και ὁλως ἡ κρατιστη της ψυχης διαθεσις ουσα δη δικαιοσυνη συμφωνια τις εστιν: *& ad ſummam ea, quae eſt praeſtantiſſima animae diſpoſitio, Iuſtitia nimirum, conſonantia quaedam eſt*.



G. B. Malesci del. *Gen. Casanova inc.*

COLUMNA XXV.

ἱνα ὑπακȣστεον επι τȣ αδικȣ, και αμȣσȣ λεγεσθαι. Και μην ουτ’ εννομος εστι μȣσικη φυσει, και παρανομος, ὡσπερ αἱ δικαιαι οψεις, ȣτε παραβαινοντες, ἁ διεταξαν τινες ὑπερ αυτης, ὡς ὑπερ εκεινων, ενοχλȣμεθ’, αλλ’ ωφελȣμεθα, ȣδ’ εμμενοντες ευχρηστȣμεθ’, αλλα βλαπτομεθα. Ειπερ ȣν μηδεν ευρισκεται συνεργουν προς ενιας των αρετων, ουδε ταις ἁπασαις συμβαλειται δια την αλληλων αχωριστιαν· αλλως δ’ ουκ ει συνεισιν αλληλαις αυται, και τα τισιν αρεταις συνεργουντα, και πασαις αναγκαιον. Οἱ φιλοσοφοι δ’ ουτε παντες ὑπελαβον ευχρηστειν ουτε προς πασας, ουτε προς τινας, ουθ’ οἱ φησαν χρησθ’ απεδειξαν. Οἱ δε δη μαθησαντες επιστωσαν τ’ αυτο δια των πασι φανερων· ουτ’ εμαθον απαντες οἱ μαθοντες, ὡς αν ενομισαν τι προς τας αρετας χρηστην ειναι. Των δε μη μαθοντων ει τις η γερων, η μετα την του παιδος ηλικιαν εθελησε μαθειν, εβωμολοχευετ’, η νηπιου φρενας ειχεν, ὁς σοφωτατος ἠν, και βαρυνομενῳ και αλυοντι θυμῳ εθωκει, και ταυτῃ την δοξαν εζητει, και ουκ απηδειτο τον οψιμαθη γινεσθαι . . . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

ubi ſubaudiendum eſt de iniuſto, & ineleganti *artifice* id dici. Et quidem neque certis legibus ſubiecta eſt Muſica, quin etiam ſuapte natura exlex, non ſecus ac iuſtus ſcenae adparatus; neque ſi nos praetergrediamur, quae circa ipſam aliqui praeſcripſerunt, non ſecus ac circa illum *ſcenae adparatum*, nocumentum adcipimus, ſed potius adiumentum, neque ipſorum praeceptis inſiſtentes adiuvamur, ſed potius laedimur. Quando igitur nihil invenitur ad aliquas virtutes conducens Muſica, profecto neque ad univerſas ea conferet, propterea quod ſunt invicem inſeparabiles: rurſus autem, non ſi copulantur invicem ipſae, idcirco ea, quae ad quaſdam conferunt virtutes, etiam univerſis utilia fore neceſſe eſt. E Philoſophis vero neque omnes utilem eam autumarunt ſive ad omnes, ſive ad aliquas virtutes; neque qui prodeſſe adſeruerunt, id argumentis probarunt. Qui autem Muſicae ſtuduerunt, hoc adfirmarunt propter ea, quae omnibus ſunt manifeſta; neque ſinguli, qui didicerunt Muſicam, idcirco didicere, quaſi utilis ad virtutes adquirendas aliquo pacto foret. Ex iis porro, qui minime didicerunt, ſi quis vel ſenex, vel exacta pueritiae aetate voluit addiſcere, adſentatus eſt, vel pueruli animum gerebat, qui ſapientiſſimus erat, & laboranti inquietoque animo otioſus ſedebat, atque hoc pacto gloriam captabat, neque erubeſcebat tam ſero diſcipulum fieri

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

Cum vides in adverſo huius Columnae ſchemate litteras verſuum initiales ſurſum extra lineam ferri, ne id veteri librario vitio tribuas. Ibi enim, ubi diffiſſa Papyrus erat, conrugata a ſuo ſitu elementa diſtraxit: quae mox uti ſub oculos habuit, delineator fideliſſime aere expreſſit.

V. 1. ἱνα ὑπακουστεον κ. τ. λ.) Cum deſint Platonis verba, quae procul dubio Noſter adlegavit in duabus poſtremis praecedentis columnae lineis, quae penitus ſunt abraſae, quo potiſſimum haec ſpectent, quis divinare auſit?

V. 3. 4. ουτ' εννομος εστι μουσικη) Certis legibus, finibuſque adſtrictam eſſe ſimplicem probamque Muſicam veteres fere omnes Muſicae tractatores uno ore fatentur. Ecce tibi prae ceteris Ariſtides *lib. II*: εν τε ταις ιδιωτικαις ευφροσυναις, καν ταις δημοσιαις θειαις ἑορταις συνηθη μελη τινα νομοθετησαντες, ἁ και νομους προσηγορευον, μηχανην τε τινα ειναι της βεβαιοτητος αυτων την ἱερουργιαν ποιησαμενοι, και μενειν ακινητα δια της προσηγοριας επευφημισαν: *cum tam in privatis laetitiis, quam publicis Deorum feſtis conſuetos quoſdam cantus lege conſtituiſſent, quos & Nomos adpellabant, firmitatem ipſis inde machinati, quod in ſacris adbiberentur, manſuroſque immobiles per eam adpellationem bene ominabantur.* Qua de re illis ſuccenſent, qui primum poſitas antiquitus leges, ſive νομους ſunt praetergreſſi. Sic quaeritur Plutarchus *De Muſica*: οἱ δε νυν τα σεμνα αυτης παραιτησαμενοι αντι της ανδρωδους εκεινης, και θεσπεσιας, και θεοις φιλης κατεαγυιαν και κωτιλην εις τα θεατρα εισαγουσι: *noſtrae aetatis homines maieſtate eius repudiata pro maſcula illa, & auguſta, & Diis grata confractam & garrulam in theatra inducunt.* Hinc & Lacedaemonii veteris Muſicae conruptores multarunt, ut iam monuimus. At Noſter, qui Muſicam τερψιν ακοης προστιθεναι μονον, *ſolam aurium oblectationem exhibere* contendebat, haſce leges ridebat, utpote quae oblectationi, quae a varietate praecipue ortum ducit, forent adverſae; hinc ſubdit ſtatim: *neque enim tranſgredientes, quae ab aliquibus conſtituta ſunt, moleſtiam adcipimus, ſed potius utilitatem; neque illorum legibus ſtantes commoditatem, ſed potius nocumentum haurimus.*

V. 5. 6. ὡσπερ αἱ δικαιαι οψεις) Huiuſmodi verba, de quorum genuina lectione ambigere non licet, diu multumque nos torſerunt. Quid enim ſibi vult iſthaec comparatio inter Muſicam, & *Viſiones*? quidve ſignificabit *iuſta viſio*? Niſi igitur immane librarii σφαλμα ſententiam conrupit, non alio haec verba retorquere poſſumus, quam ut ſignificent *iuſtum*, h. e. *idoneum*, & *proprium* ſcenae, ſcenicorumque *adparatum*. Hoc enim ſenſu apud Ariſtotelem *Poëtic. cap.* 1 adcipitur οψις, ubi ait: πρωτον μεν εξ αναγκης αν ειη τι μοριον τραγῳδιας ὁ της οψεως κοσμος: *prima quidem tragoediae pars neceſſario eſt adparatus pulchritudo*; & infra: ἡ δε οψις ψυχαγωγικον μεν, ατεχνοτατον δε, και ηκιστα οικειον της ποιητικης: *adparatus autem animos adliciens quidem, ſed minime artificioſa res eſt, & nihil ad poëſim pertinens.* Quae verba, ni fallor, multam huic loco lucem offundunt. Idem enim eſſe videtur Ariſtoteli ατεχνοτατον, ac Philodemo παρανομον. Sicuti enim Stagyrita vocat *minime artificioſum* ſcenae adparatum, eo quod ad poëtam minime pertineat, etiamſi principem tragoediae partem eſſe fateatur, & ideo *ſcenae ſtructoris potius arbitrio permittendus, quam poëſis legibus adſtringendus*, ετι δε κυριωτερα περι την απεργασιαν των οψεων ἡ του σκευοποιου τεχνη της των ποιητων εστι; ſic nunc Noſter eum adpellat παρανομον *exlegem*, quia certis legibus adſtringi nequeat, ſed cuique fabulae ex artificum ingenio ſit adcommodandus, ut placeat, & probetur. Ita vero etiam Muſicam oblectando natam non eſſe ſua natura legibus ſubiectam praedicat, ut, qui certis legibus coërceat, eam potius mactet; quippe eo pacto minus oblectationi, cui unice illa fuit comparata, inſervientem reddit.

V. 16. την αλληλων αχωριστιαν) Virtutum αχωριστιαν praeter Platonem agnoſcebant ipſimet Stoici; quare confidentiſſime eam praeſumit Philodemus. Sic de Zenone teſtatur *Plut. in lib. De Stoic. Repugn.*: αρετας ὁ Ζηνων απολειπει πλειονας κατα διαφορας, ὡσπερ ὁ Πλατων, οἱον φρονησιν, ανδρειαν, σωφροσυνην, δικαιοσυνην, ὡς ΑΧΩΡΙΣΤΟΥΣ μεν ουσας, ἑτερας δε και διαφερουσας αλληλων: *virtutum, ut Plato, ita etiam Zeno ſecundum differentias multitudinem admittit; prudentiam puta, fortitudinem, temperantiam, iuſtitiam ponens inter ſe invicem* inſeparabiles, *ſed tamen invicem alteram ab altera differentes.* Contra vero diſerte negat, ex inſeparabili earum natura conſequi, ut quod ad aliquas virtutes conferat, etiam univerſis ſit adiumento: quod nempe etiam Stoici docebant, ut idem Plutarchus *l. c.* teſtatur: τας αρετας φησι Χρυσιππος αντακολουθειν αλληλαις, ου μονον τῳ την μιαν εχοντα πασας εχειν, αλλα και τῳ τον κατα μιαν ὁτιουν ενεργουντα κατα πασας ενεργειν: *virtutes ſeſe invicem conſequi Chryſippus docet, non modo quod una praeditus habeat omnes, ſed etiam quod ſecundum unam agens,*

ſe-

ſecundum omnes agat. Videſis apud Stobaeum *Serm. I*, quae in hanc ſententiam conlegit veterum teſtimonia, ut probet: ὅτι ἀνἰακολουθουσιν αἱ ἀρεται, *quod virtutes ſe ſequantur*.

V. 25. δια των πασι φανερων) Quippe ſcilicet vulgata res eſt ſingulos artifices mirabilia de ſua arte praedicare, ut maioris eam venditent, & ſibi aeſtimationem concilient.

V. 32. ει τις η γερων κ. τ. λ.) Haec verba procul dubio Socratem reſpiciunt, de quo narrabant aetate iam provectum Muſicae operam navaſſe. En Suidas: εμανθανε δε και κιθαριζειν παρα Κονω γερων ηδη ων: *didicit etiam a Cono citharam pulſare, cum iam ſenex eſſet*; & Valerius Maximus *lib. VIII cap. 7*: *Socratem etiam conſtat aetate provectum fidibus tractandis operam dare coepiſſe, ſatius iudicantem eius artis uſum SERO, quam numquam percipere*. Quare apud Laërtium *lib.II ſegm.32* optime legit Menagius: αλλα και λυριζειν εμανθανεν ηδη γηραιος, pro ὁτε καιρος.

V. 35. 36. ὁς σοφωτατος ην) Sic Socratem inridet, qui (ut ait *Val. Max. lib III cap.4*) *non ſolum hominum conſenſu, verum etiam Apollinis oraculo ſapientiſſimus eſt iudicatus*. Idem narrant Laërtius *lib. II ſegm.* 37; Plato *in Apologia*; Tertullianus *in Apologetico*; Iuſtinus Martyr *in Cohortatione ad Graecos*; Galenus in *Protreptico ad Artes*; & Ariſtophanis Scholiaſtes *in Nubes*: quorum verba recitat Menagius *in Laërt. l. c.*

V. 36. 37. και βαρυνομενω και αλυοντι θυμω εθωκει) Oppreſſo, & inrequieto fuiſſe Socratem animo, dum ſcilicet formoſos pueros deperiret, non unus Epicureus noſter ait. Iam pridem hanc dicam Sapientiſſimo hominum alii impegerant, ut videre eſt apud Athenaeum *lib. V cap. 19*, ubi Herodis Cratettii carmina recitat, qui ſic loquentem Aſpaſiam inducit:


Σωκρατες ου κ ελαθες με ποθω δηχθεις φρενα την σην
Παιδος Δεινομαχης, και Κλινιου.
Socrates non me latet tuum animum uri deſiderio
Filii Dinomaches, & Cliniae.

Et mox:

Τιπτε δεδακρυσαι φιλε Σωκρατες; η σ᾽ ανακινει
Στερνοις ενναιων σκηπτος ποθος ομμασι θραυσθεις
Παιδος ακινητου;
Quid ploras amice Socrates? an te commovet
Pectore inabitans cupido, veluti fulmen oculis erumpens
Inexorabilis pueri?

Quem porro amorem, ut Muſices ope cohibeat, monet ipſa Aſpaſia ibidem; cuius carmina iam recitavimus *pag.69 in Schol. ad Col.XV*. Huc igitur procul dubio adludit Noſter.

V. 39. 40. ουκ απηδειτο οψιμαθη γινεσθαι) Ita reſtituendum hoc κομμα docuit Sextus Empiricus *lib. VI adv. Mathem.*: Σωκρατης, καιπερ βαθυγηρως ηδη γεγονως ΟΥΚ ΗΙΔΕΙΤΩ προς Λαμπωνα τον κιθαριστην φοιτων· και προς τον επι τουτο ονειδισαντα λεγειν, ὁτι κρειττον εστιν ΟΨΙΜΑΘΗ μαλλον, η αμαθη διαβαλλεσθαι: *Socrates etſi, admodum provecta eſſet aetate, non erubuit ad Lamponem Citharoedum ventitare; & cuidam, qui de hoc ipſum exprobrabat, ait: multo melius eſt traduci ſerum ſtudiorum, quam ignarum*. Et Suidas: σκωφθεις δε, το Σολωνος, οψιμαθης μαλλον, η αμαθης, ειπεν; *cum eſſet inriſus, illud Solonis uſurpavit: melior eſt ſtudiorum ſerus, quam ignarus*.



COL. XXVI

G. B. Malesci del. *Bart. Oratj inc.*

COLUMNA XXVI.

ειϱηται περι πασης αϱετης και χυδαια, και φαυλα, και τα μαχομενα, και πολλῳ μαλλον παρ' ενιοις. Ου μην αλλ' ȣδε καθ' ὁ ποιηται ταυτ' ειδειεν αν, ȣχ ὁτι καθ' ὁ μȣσικοι· και /τοις διανοημασιν, ȣ τοις μελεσι και ρυθμοις ωφελȣσι· παρελκεται δε ταυτ' αλλως, μαλλον δε και περισπα συμπλεκομενα προς το τοις διανοημασιν παρακολȣθειν. Ηκȣσα δε τινων λεγοντων, ὡς αγροικευομεθα τα μελη και τȣς ρυθμȣς ανευ σημασιας οιομενοι λεγειν τινας φιλοσοφȣς, η τȣς εμφρονας μȣσικȣς επ' αρετην προτρεπειν, των ανδρων τȣς εμμελεις και ευρυθμȣς λογȣς αξιȣντων τȣτο προσφερεσθαι, Πλατωνος δε και διαρρηδην· ὡς απαιδευτοις μαχομεν', ȣ τοις φιλοσοφοις· και θαυμαζοντων, ει τον κρȣματοποιον μȣσικον καλȣμεν ἡμεις, και καταξιουμεν ασημαντα διδασκειν τους μȣσικȣς· η Πινδαρον, και Σιμωνιδην, και τους απαντας μελοποιȣς ου θελομεν καλειν μȣσικȣς. Εγω δε τȣς τοιȣτȣς απερρυηκεναι της επιφορας νομιζω, και μικρα θηρων τας ὑπειληφα, και προς νȣν ουδεν λεγοντας· το μεν πρωτον, ὁτι . . . . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

de omnigena virtute dicta ſunt vulgaria, & nihili, & pugnantia, multoque magis ab aliquibus. Verumtamen neque in quantum ſunt Poëtae, haec ſcire queunt, nedum in quantum Muſici: ſuis autem ſententiis, non rhythmis & cantilenis homines adiuvant: haec autem ſupervacanea ſunt, & potius verbis adiuncta mentem diſtrahunt, ne ſententiis preſſim inſiſtat. ❡ Audivi autem, qui dicerent, nos agreſtes eſſe, qui putaremus Philoſophos, vel prudentes Muſicos in ea eſſe opinione, ut credant cantus & rhythmos ſublata verborum ſignificatione ad virtutem impellere, quando viri iſti putant ſermones melodia, & rhythmis exornatos id conferre, & Plato aperte hoc adſeruit: ideoque nos cum indoctis pugnare, non cum Philoſophis: quin imo eos mirari, quod nos eum, qui inſtrumenta unice pulſet, Muſicum dicamus, atque dignum Muſico putemus ſignificatione carentia exhibere, nihilque docere; vel quod Pindarum, & Simonidem, & Lyricos omnes in Muſicorum numerum referre nolimus. Ego autem iſtos a controverſia declinaſſe reputo, & parva conſectari intelligo, nihilque adpoſite loqui. Primum quidem, quia . . . .

CAP. XIV. Quid Muſicae nomine ſit intelligendum?

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

V.14. ηκεσα δε τινων) Derelinquit parumper heic Diogenem, ut illis reſpondeat, qui ſe rudem agreſtemque nimis eſſe dictitabant, quippe Muſicae eam virtutem abiudicaret, quam aliquo pacto ſententiis, quae canerentur, concedebat: quaſi vero Philoſophi Muſicae fautores, modos Muſicos ſine ſententiarum adminiculo tantopere commendarint; & non iidem olim fuerint Muſici, ac Poëtae, qui optimas ſententias carminibus ſtrictas decantaverint.

V. 15. ὡς αγροικευομεθα) Sic legendum ſuadent non modo elementorum reliquiae, ſed etiam quae habentur mox *Col. ſeq. v.* 15, ubi in argumenti connectione eadem ſententia recurrit ſic: ἡμας αγροικες προσαγορευειν.

V. 22. ενρυθμες) Si mavis legere ευρυθμες, non interdico. Quidquid enim concinne affabreque factum eſt, ευρυθμον dicebant veteres επι των ακινητων σωματων . . . καπι παντων των κινεμενων . . . . και ιδιως επι Φωνης, (ut monet Ariſtides *De Muſica lib. I*) *tam de immobilibus, quam de mobilibus omnibus, proprie autem de voce.*


V.24. προσΦερεσθαι) Sic profecto Plutarchus *Convivalium lib.VIII qu.*1: Το δε μελος, και τον ρυθμον, ὡσπερ οψον επι τω λογω, και μη καθ' αυτα ΠΡΟΣΦΕΡΕΣΘΑΙ, μηδε λιχνευειν· ὡς γαρ ἡδονην εν οινω, και οψω τη χρεια της τροφης συνεισιεσαν εδεις απωθειται, την δ' επι τοις μυροις εκ αναγκαιαν και περιεργον εσαν ὁ Σωκρατης επι κορρης ραπιζων εξεβαλεν, ετω ψαλτηριε Φωνης και αυλε καθ' ἑαυτην τα ωτα κοπτεσης μη ὑπακεωμεν· αν δ' ἑπηται μετα λογε, και ωδης εςιωσα, και τερπεσα τον εν ἡμιν λογον εισαγωμεν· οιομενοι και Μαρσυαν εκεινον ὑπο τε θεε κολασθηναι, ὁτι Φορβαια και αυλοις επιςομισας ἑαυτον ετολμησε ψιλω μελει διαγωνιζεσθαι, ε προς ωδην και κιθαραν: *cantilenam rhythmumque, tanquam condimentum ſermoni adiunctum, non vero ſeorſim exhibere, neque in iis luxuriari. Quemadmodum enim voluptatem in vino, & cibo una cum nutrimenti utilitate ſubeuntem nemo adſpernatur, unguentariam autem, utpote otioſam & ſupervacaneam Socrates veluti alapa inflicta eiecit, ita pſalterii vocem, aut tibiae aures ferientem non audiamus: tum demum admittamus, quando cum ſermone, & carmine coniuncta nos invitat, & rationem, quae in nobis eſt, oblectat. Puto etiam Marſyam illum a Deo fuiſſe ſupplicio adfectum, quod capiſtro, & tibiis cum ſibi os obturaſſet, auſus fuit nudo cantu certare adverſus oden citharae coniunctam.*

Ibid. Πλατωνος) Procul dubio Plato, cum de Muſica diſſerit, non modo λογες, ſed Philoſophiam, & quidquid eſt ευρυθμον Muſicae nomine comprehendit. Nihilo tamen minus paſſim ipſe Plato nudae Muſicae vim animos commovendi tribuit, ut videre eſt in locis, quae ad *Col. III v.* 14., & 24 recitavimus. Et ſane quamvis lata adceptione Muſicorum nomine aliquando docti omnes venirent, ſtricte tamen Muſici cantores, & fidicines audiebant, ut Strabo *l. c:* προσπολοι των Μεσων οἱ πεπαιδευμενοι παντες, και ιδιως οἱ Μεσικοι: *adminiſtri Muſarum ſunt docti omnes, & peculiariter Muſici.*

V.30. 31. αςημαντα διδασκειν) Ita adcipiendam eſſe vocem αςημαντος, ut denotet *ſignificatione carens*, non eſt quod dubites; etſi lexicographis huiuſmodi adceptio ſit ignota. Idem enim eſt, ac ανευ σημασιας, quod habes paullo ſuperius *v.* 17. Hinc autem aliquid deeſſe Amanuenſis vitio ſuſpicamur. Quid enim eſt *ſenſu carentia docere?* Quare & heic, ut in *Col. XXIX v.*19 αςημαντα αναδιδοναι legendum remur; inſequens vero διδασκειν particulis και μη eſſe fulciendum. Lege igitur: αςημαντα αναδιδοναι, και μη διδασκειν τους μεσικες, h.e. *Muſicos eſſe, qui ſenſu carentes ſonos reddunt, & minime homines inſtruunt.* Muſicis enim, uti toties obſervavimus, publicae inſtitutionis curam demandaverat Plato, aliique veteres. Qua de re Strabo *lib. X*, cum explicaſſet, quid Muſices nomine eſſet intelligendum, ſubdit: και δια τετο μεσικην εκαλεσεν ὁ Πλατων, και ετι προτερον οἱ Πυθαγορειοι την Φιλοσοφιαν, και καθ' ἁρμονιαν τον κοσμον συνεςαναι Φασι παν το μεσικον θεων εργον ὑπολαμβανοντες . . . ὡσαυτως δε και την των ηθων κατασκευην τη μεσικη προσνεμεσι, ὡς παν το επανορθωτικον τε νε τοις θεοις εγγυς ον: *propterea Philoſophiam Muſicam adpellavit Plato, & ante eum Pythagorei, & ſecundum harmoniam mundum conſiſtere aiunt, omne Deorum opus Muſicum eſſe praeſumentes ... eodem pacto etiam morum informationem Muſicae adtribuunt, utpote quia omne, quod mentem corrigit, ad Deos pertineat.*

V. 32. & *ſeq.* η Πινδαρον και Σιμωνιδην κ. τ. λ.) Muſicos hoſce, aeque ac Poëtas fuiſſe, uti & veteres fere omnes, conſtat; nec Philodemus ipſe *Col. XXIX* negat ab his carmina ſimul, modoſque Muſicos fuiſſe concinnatos; ſed in quantum Muſici erant, animos exhilaraſſe, in quantum Poëtae, inſtruxiſſe contendit. Eam tamen munerum complexionem Muſicorum laudi vulgo vertebant veteres Graeci. Hinc & Tullius *III de Orat.*: *Nam haec duo, Muſici qui erant quondam, iidemque Poëtae machinati ad voluptatem ſunt, verſum, & cantum, ut & verborum numero, & vocum modo delectatione vincerent aurium ſatietatem*: & Quintilianus *Inſtit. Orat. lib. I cap.* 10: *Nam quis ignorat Muſicen tantum iam illis antiquis temporibus non ſtudii modo, verum etiam venerationis habuiſſe, ut iidem Muſici, & Vates, & Sapientes iudicarentur?*

CO-



G. B. Malesci del. *G. Aloja inc.*

COLUMNA XXVII.

ταυτ' εστιν κινητικα των παθων και τα γενη των ἁρμονιων, αλλα δη και των οργανων, ὡς αἱτε πιστεις, και κοινως οἱ λογοι διασαφȣσιν αυτων, εν οἱς τα πολλα μεν ουδε παρεφαπτονται των διανοηματων, επ ων δ' ὁτε μιμνησκομενοι, το γινομενον ὑφ' ἑκατερȣ διασαφȣσιν· ὡςτε βελτιον ην αυτων τινα λεγειν δοξαν ειναι ταυτην, και μη τας ιδιας αγχινοιας εκεινοις συναπτοντες ἡμας αγροικȣς προσαγορευειν. Το δε δευτερον, ὁτι τȣτ' ενομισαν αποχρην τοις περι τα μελη, και τȣς ρυθμȣς πραγματευομενοις, ει τα γινομενα ποτε περικρουσματα των παιδευοντων, και παρορμωντων, και συνεργουντων προς αρετην επιγενησοιτο. Το δε τριτον, ὁτι ταυτα τα φαινομενα δια των φωνων ουδε ποτ' ηθετησαν, και τ' αλλα ποιειν. Ειδ' ȣτω να μιζȣσιν αυτοι τȣς παντας μȣσικȣς ειναι, παρεληλυθ', αλλα λεγω τ' ασματα ποτε μεν περικρȣομενα, ποτε δε καθ' ἀυτα προϊεμενα, τοτε μεν καθ' ἀυτα φαμεν, τοτε δε απο των λογων, οἱς συμπλεκεται, διαλαμβανομενα, μηθεν μεν ειναι των ὑπονοȣμενων. Ει δε μη προτερον συνηδοντο, νυν ἡμιν ὑποδεδεκται

. . . .
. . . . λοιδορουσι . . .
. . . . ὁταν συμπλεκεται τοις λογοις τα μελη . . . . ;
. . . .

hacc ſunt ; quae certa paſſionum excitandarum vi pollent non ſolum genera harmoniarum, verum etiam inſtrumentorum, uti ipſorum argumenta, & communiter eorum loquendi ratio declarat ; utpote qui ut plurimum ne leviter quidem ſententias adtingunt; cum autem carminum mentionem faciunt, ex utraque cauſſa effectum oriri declarant. Itaque ſatius erat propriam ipſorum opinionem eam dicere, non vero ſuas ſubtilitates illis adaptare, noſque agreſtes pronunciare. Alterum argumentum eſt, quod illi putarunt omnibus, qui cantibus, & rhythmis operam darent, ſufficere, ſi eaedem inſtrumentorum pulſationes, quae olim ab iis, qui homines inſtituerunt, & ad virtutem incitarunt, & manuduxerunt, inventae ſunt, in poſterum uſque fierent. Tertium vero, quod huiuſmodi phaenomena, atque alia ſonituum ope ſe perficere numquam negarunt. Num vero ipſi putarint omnes Muſicos eſſe, nec ne, mitto quaerere : ſed dico cantilenas modo inſtrumentorum pulſationibus conſociatas, modo per ſe prolatas (per ſe, inquam, tunc ſumtas, tunc vero ſeorſim a verbis, quibus adnectuntur) nihil in ſe habere eorum, quae iſti opinantur. Si vero antiquitus iis minus oblectabantur, a nobis certe recipiuntur . . .

. . . .
. . . . . . conviciantur
. . . . cum verbis cantus copulatur . . . . .
. . . .

V. 1. κινητικα των παθων) Plura adhuc recitavimus veterum loca, e quibus manifeſto eruitur, quod heic adſerit Noſter, tribuiſſe illos omnimodam Muſicis modis paſſiones excitandi vim. His adde Theophraſti verba apud Porphyrium *Comment. in Ptolem. cap.* 3: μια Φυσις της μουσικης κινησις της ψυχης, ἡ κατα απολυσιν γιγνομενη των δια τα παθη των κακων, η ει μη ην; *una Muſices natura eſt animae motus ad diluenda mala, quae ſunt e paſſionibus, vel ut non ſint.*


V. 2. 3. γενη των ἁρμονιων, αλλα δη και των οργανων) Quid fuerit in Muſica το γενος, abunde adhuc vidimus, id ſcilicet, quod Ariſtides *lib. I* ſic definit: γενος εστι ποια τετραχορδου διαιρεσις, γενη δε μελωδιας τρια, ἁρμονια, χρωμα, διατονος: *genus eſt certa quaedam tetrachordi diviſio: ſunt vero tria modulationis genera, harmonia, chroma, diatonum:* quibus ſane generibus variam commovendorum animorum vim tribuebant. Heic vero *genera harmoniarum, & inſtrumentorum* commemorat, quibus aeque vim κινητικην fuiſſe adiudicatam Philodemus ait, nec falſo. Sic enim Ariſtides *lib. II*: ἁρμονιων ἑκαστη κατα την οικειαν Φυσιν, και ρυθμος ἑκαστος οργανῳ τινι προσΦορος, και ουκ αν ὁμοιως δι' ανοικειου κινησει: *harmoniarum quaeque ſecundum propriam naturam, & quiſque rhythmus inſtrumento alicui eſt adcommodatus, nec per aliud non ita proprium aeque moverit.* Cuius rei eam mox rationem inter alias adſignat: τῃ γαρ δη προτερᾳ της ψυχης συστασει, δι' ἧς συναΦην προς τουτι πεποιηται το σωμα, την των οργανων αναλογειν ὑλην τε, και Φυσιν: *quippe priori animae conſtitutioni, per quam cum hoc corpore coniunctionem fecit, inſtrumentorum materies, & natura proportione reſpondet.* Non male igitur concludebat Noſter veteres illos Muſicae laudatores, cum mirabiles de illius vi praedicarent effectus, Muſices nomine non aliud, quam cantus, rhythmos, & κρουματα intellexiſſe.

V. 6. 7. ουδε παρεΦαπτονται των διανοηματων) Re quidem vera veteres Μουσουργοι ne mentionem quidem ſententiarum, verborumque faciunt, cum Muſicae vim in animis excitandis praedicant. Videſis Ptolemaeum *lib. III cap.* 7, ubi demonſtrare adgreditur: πως αἱ του ἡρμοσμενου μεταβολαι εοικασι ταις περιστατικαις των ψυχων μεταβολαις: *quomodo concentus mutationes adſimilantur animarum mutationibus pro diverſo rerum ſtatu:* ibi enim inter alia ſic loquitur, univerſam efficaciam Muſicis modulis tribuens: τοιγαρτοι και ταις ενεργειαις αυταις της μελωδιας συμπασχουσιν ἡμων αντικρυς αἱ ψυχαι, την συγγενειαν ὡσπερ επιγινωσκουσαι των της ιδιας συστασεως λογων, και τυπουμεναι τισι κινημασιν οικειοις ταις των μελων ιδιοτροπιαις: *quippe ipſis melodiae efficaciis adficiuntur animae noſtrae, agnoſcentes quaſi cognationem quamdam in ſuae conſtitutionis rationibus, motuumque impreſſiones ſuſcipientes, qui ſint ipſis cantuum propriis adfectionibus comparati.*

V. 16. το δε δευτερον κ. τ. λ.) Una quidem eſt veterum fere omnium Muſicae ſcriptorum querela, Muſicam a veteri ſimplicitate, & maieſtate novis adinventis deſciviſſe, quippe innovandi ſtudio permoti recentiores priſcas cantilenas, quae ad animos virtute informandos mirabiles praedicabantur, immutaverint. Namque *veteres illi* (ut ait Ariſtides *lib. II*) *cantilenis, rhythmis & ſaltationibus utebantur probatis, cum . . . . quoſdam cantus lege conſtituiſſent, quos & Nomos adpellabant: firmitatem ipſis inde machinati, quod in ſacris adhiberentur, manſuroſque immobiles per hanc adpellationem bene ominabantur:* μελεσι, και ρυθμοις και χορειαις εχρωντο δεδοκιμασμεναις . . . . συνηθη μελη τινα νομοθετησαντες, ἁ και νομους προσηγορευον, μηχανην τε τινα ειναι της βεβαιοτητος αυτων την ἱερουργιαν ποιησαμενοι, και μενειν δε ακινητα δια της προσηγοριας επευφημισαν. Nomi autem iſti non abſimiles utique fuere noſtris divinae pſalmodiae cantilenis, aliiſque, quibus hodie in liturgiis utimur; quaeque, cum miram quamdam dulcedinem, maieſtatemque ab ipſa ſimplicitate profectam includant, peſſimo Chriſtianorum publico cum fractis, & garrulis cantillationibus a pleriſque novarum rerum ſtudioſis commutantur. Quae cum ita ſe haberent, recte arguit Philodemus ab hiſce omnibus, qui veteres nomos in perpetuum ſervatos voluiſſent, virtutem utique non verbis, quae canerentur, ſed nomis ipſis fuiſſe adtributam.

V. 24. 25. το δε τριτον κ. τ. λ.) Profecto non fallitur Philodemus, cum heic ait cuncta phaenomena a varia vocum modulatione ortum habere ex Muſicorum ſententia. Sic praeter ceteros Ariſtides *lib. II*: ὡσπερ ουδε ἡ αυτη φωνη τε, και ἁρμονια τον ἁπαντα ακροατην τερπειν πεΦυκεν, αλλ' ἡ μεν ἑτερους, ἡ δ' αλλους οἱα τε ευφραινειν, οὑτωσι δε καπι των οργανων εχει· οἱς γαρ ἑκαστος Φθογγοις ὡμοιωται κατα το ηθος, τουτους κατα τα προσΦορα των οργανων αγαπα, και τεθαυμακεν: *ſicuti non eadem vox, & harmonia omnem auditorem oblectare poteſt, ſed alia hos, alia alios laetificat; ita quoque de inſtrumentis ſe res habet. Quibus enim quiſque ſonis per mores eſt adſimilis, hos inſtrumentorum ſonos, tamquam ſibi utilia amat, & admiratur.* Re vera igitur omnia phaenomena vocum, & inſtrumentorum modulationibus referebant.

CO-



ΕΙΜ ΑΡΑΚΛΕ Ν ΕΙΛΕ
ΓΕΙΝ ΘΕ ΗΣΟΥΣ ΝΟΣΦΗΣΙΝ
ΜΕΝΟ ΤΕΕΙΝΑΙΤΑ ΠΟΗΤΙΚΑ
ΚΑΙΛ ΙΚΑΠΑΡΑΔΕΙ ΑΤΑ
ΚΑΙΤΟΥ ΤΟΥΤΗΣΦΙΛΟΣΟ
ΦΙΑΣΙΚΑ ΝΩ ΜΕΝΕΞΑΓ ΕΛ
ΛΕΙΜ ΥΝ ΑΜΕ ΝΟΥΤΑΘΕ ΑΚΑΙ
Α Ο Ω ΑΗΕΧΟΝ ΟΣΔΕ
ΦΙΛΟΥΤ ΝΘΕΙΩΝΜΕΓΕΘΩΝ
ΛΕΞΕΙΣΟ ΚΕΙΑΣΤΑΜΕΤ ΚΑΙ
ΤΑΜΕΛΗ ΚΑΙΤΟΥΣΡΥΘΜΟΥΣ
ΩΣΜΑΛ ΣΤΑΠΡΟΣΙΚΝΕΙΣΘΑΙ
ΠΡΟΣΤΗΝΑΛΗΘΕΙΑΝΤΗΣΤΩΝ
ΘΕΙΩΝΘ ΩΡΙΑΣΟΥΚΑ ΑΤΕΛΑ
ΣΤΟΤΕΡΟΝΟΥΡΑΙΔΙΟΝΕΥΡΕΙΝ
ΟΥΤΕΓΑ ΙΔΙΑΝΟΙΑ ΙΜΕΝΟΥ
ΚΩΦΕΛ ΙΝΟΤΑΝ ΔΕΜΕΛΩ
ΔΗΘΩΣΙ ΕΞΑ ΟΤΣ ΩΝΗ
ΠΑΡΟΡ ΣΙΣ ΕΤΑ ΚΑΙΓΑΡ
ΥΠΟΔΙΑΝΟ Α ΩΝΑΥΤΩΝ
ΓΙΝΕΤΟΥ Μ ΕΤΡΑΜΕ ΤΩΔΕ
ΤΩΝΜΕ ΩΝ Μ ΖΩΝΑΛΛΑΝ
ΜΕΝΕΠΙΕ ΣΩ ΗΤΙΣΕΡΕΙΧ
ΤΗΝ ΗΜΑΝΔΑΠΟΤΟΜΩΣ
ΑΛΗ ΝΙΕΜΕΝΗ ΙΚΑΙ
ΔΙΑΤ ΟΝΗΝΚΑΙΔ ΙΑ
ΤΟΝΠ ΜΟΝΤΟΝΥ ΙΟ
ΤΑΥΤ ΤΟ ΜΕΓΕΘΟΣΥΣΚ
ΤΩ ΝΚΑΙΤΩΝΙΔΙ
Ο Η ΙΔΙΑΤΟΣΥΝΕΧΩΣ
ΜΗΔΕ ΥΣΙΝΤΑΣΛΕΞΕΙΣ
ΕΙΚΦΕΡ ΚΑΙΔΙΑΤΟΥΣ
ΤΟΠΟΥΣ ΥΣΚΑΙΡΟΥΣΕΝ
ΟΙΣΑΚΡΟ Ε ΚΑΔΙΑ Α
ΔΑΣΠΑ ΤΙΑΣ ΑΙΔΗ
ΓΑ ΟΥΣ ΓΕΝΟΙΤΟ ΣΟΥ
ΚΑΝΕΚ ΗΓΕΛΩΤ ΜΕ
ΤΩΔΗΣΚ ΝΩΝΟΡ ΝΕ Ν
ΣΥΜΒΟΥ ΝΤ ΩΝ
ΗΠΑΡΑΜ
ΣΟΥΜΕΝ
Τ ΣΘΑΥ
ΤΩΝΟΥ
ΤΟΝΚΑ
Ω

COL. XXVIII

G. B. Malesci del. G. Aloja inc.

COLUMNA XXVIII.

ει μη γε παρα Κλεανθει λεγειν αυτα θελησȣσιν, ὁς Φησιν αμεινονα γε ειναι τα ποιητικα, και μȣσικα παραδειγματα και τȣ λογȣ, τȣ της Φιλοσοφιας, ἱκανως μεν εξαγγελλειν δυναμενȣ τα θεια, και ανθρωπινα, μη εχοντος δε ψιλȣ των θειων μεγεθων λεξεις οικειας, τα μετρα, και τα μελη, και τȣς ρυθμȣς ὡς μαλιστα προσικνεισθαι προς την αληθειαν της των θειων θεωριας, οὐ καταγελαστοτερον ȣ ῥαδιον ευρειν. Ουτε γαρ αἱ διανοιαι μεν ȣκ ωφελȣσιν, ὁταν δε μελωδηθωσι, εξ αμφοτερων ἡ παρορμησις γινεται· και γαρ ὑπο διανοηματων αυτων γινετ', ȣτε μετρια, μετα δε των μελων μειζων· αλλ' αν μεν επιεικως ῃ, τις ερει την ισην· αν δ' αποτομως, αληθως ανιεμενην και δια την ηδονην, και δια τον περισπασμον, τον ὑπο ταυτης, και του μεγεθους και των Φωνων, και των ιδιοτητων, και δια το συνεχως, μηδε κατα Φυσιν τας λεξεις εκΦερειν, και δια τȣς τοπȣς, και τους καιρȣς, εν οἱς ακροωμεθα, και δι' αλλας πλειȣς αιτιας. Και δη γαρ ȣθεις αν γενοιτο, ὁς ȣκ αν εκχυθῃ γελωτι μετ' ῳδης, και τινων οργανων συμβȣλευσαν τας ὁρων, η παραμυθȣμενȣς ανδρας λυπȣμενους . . . .

. . . .

. . . .

. . . .

niſi haec etiam ſecundum Cleanthem dicere voluerint; qui ait meliora etiam eſſe Poëtica, & Muſica documenta ſermone philoſophico, qui ſufficienter quidem cum Divina, tum humana enunciare valet; cum tamen nudus per ſe non habeat verba idonea Deorum magnitudini explicandae, metra, & cantilenas, & rhythmos quam maxime adcedere ad Divinae contemplationis veritatem: quo effato nihil magis ridiculum facile eſt invenire. Nec enim, *aiunt*, ſententiae per ſe inutiles ſunt, ſed ſi cum cantu prolatae fuerint, ex utraque re commotio gignitur: etenim ab ipſis ſententiis illa uſque oritur, nec ſane modica; ſed addito cantu maior exurgit. At vero ſi commotio mediocris erat *ſine cantu*, dici poteſt eamdem *addito cantu* remanere; ſin vero abrupta erat & brevis, cum veritate dices evadere remiſſiorem & propter oblectationem, & propter diſtractionem, quae tum ab oblectatione, tum a magnitudine vocum, earumque proprietatibus oritur, & propter verborum pronunciationem continenter factam, non ſecundum naturam, & propter loca, & tempora, quibus audimus, aliaſque plures cauſas. Enimvero nemo unus foret, qui riſu non difflueret, ſi inter cantus, & inſtrumentorum ſonitus viros videret conſilia agere, vel triſtes adhortari . . . . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

V. 1. παρα Κλεανθει) Heic profecto Cleanthem Stoicum Zenonis diſcipulum, & ſucceſſorem, ut Diogenem vellicet, inridet; quippe is non contentus eximiam Muſicae virtutem, ut ceteri, adſcribere, Philoſophiae ipſi Poëtica, & Muſica *paradigmata* praeſtare adfirmaret; propterea quia nudus eius ſermo ſine numeris modiſque Muſicis ad divinae naturae magnitudinem adcedere minus valeret. Quae procul dubio Stoicus non alio ſenſu dixiſſe credendus eſt, quam quo Plato, qui referente Apuleio *De Deo Socrat.*: *frequentiſſime praedicaret hunc ſolum maieſtatis incredibili quadam nimietate, & ineffabili, non poſſe penuria humani ſermonis quavis oratione vel modice comprehendi*. Quo autem in libro haec Cleanthes ſcripſerit, ignorare cogimur; plurimos enim libros, Laërtio teſte in eius vita, edidiſſe conſtat. Sed fortaſſe in illo, quem περι ποιητȣ, *de Poëta*, inſcripſerat, huiuſmodi pertractaſſe ſit veriſimile.

V. 9. ψιλȣ) Scripſerat Noſter ψοιλȣ, quod nihili eſt. Fortaſſe illud ο puncto dein confixerat, quod ob papyri rimam conſpicuum non ſit. Reſtituimus ergo ψιλȣ, quia ψιλος λογος recte dici poteſt *nudus ſermo*, id eſt ſine cantu, ut ψιλαι λεξεις apud Ariſtidem, cuius verba vide infra *ad v.* 18, & ψιλη ποιησις apud eumdem *lib. II*: τȣς μεν γαρ ȣτ' εν μελεσιν αυτοις, ȣδ' εν ψιλη ποιησει μετεσχηκοτας αγροικωδεις πανταπασι, και ηλιθιȣς εωρων: *illos enim, qui nec in ipſis cantibus, nec in nuda poëſi exercitati eſſent, agreſtes omnino, ac ſtolidos videbant*. Praeterea idem Noſter *Col. ſeq. v.* 42 (aeque ac Plutarchus *l. c. ad Col. XXVI v.* 24) uſurpat μελη ψιλα, pro *nudis cantibus*; ideſt *ſine verbis*, quae propterea alibi dixerat αλογα. Vide adnotata ad *Col. III v.* 12.


V. 18. εξ αμφοτερων ἡ παρορμησις γινεται) Ea ſcilicet erat των μȣσȣργων ſententia. En Ariſtides *lib. II*: ποιησις μεν ακοη μονη δια ψιλων χρηται λεξεων· αλλ' ȣτε παθος αει κινει ανευ μελωδιας, ut optime legit Meibomius: *Poëſis quidem ſolo audito per nuda verba utitur; ſed nec adfectum ſemper movet ſine modulatione*.

V. 23. επιεικως) Sic procul dubio Auctor dictaverat; reſpondet enim in ſequenti verſu αν δ' αποτομως. Amanuenſis vero vel aurium hebetudine, vel nimia feſtinatione exaravit επιεικων. Quod mendum cum animadvertiſſet lector, emendavit επιεικης: qua emendatione ſyntaxis quidem conſtat, quippe refertur ad παρορμησις, ſed profecto non ex Auctoris mente, qui adverbio uti maluerat.

V. 30. και δια το συνεχως κ. τ. λ.) En quomodo iam uſque a Philodemi aevo Muſica iis vitiis laborabat, de quibus mox Plutarchus, noſque iure hodie tantopere querimur; nam reſtituta ſuperioribus ſaeculis, ſic iterum conrupta eſt, ut prae nimio ſtrepitu, & inſolenti verborum praecipitatione, vel diſtractione minus audiri poſſit, quod canitur.

V. 37. εκχυθη γελωτι) Muſicam conſiliantibus, & concionantibus proficuam fuiſſe procul dubio veteres dixere. Et quidem Euclides in *Harmon. Introduct.* & ex eo Bryennius (ut adnotavimus ad *Col. III v.* 27) inter melopoeias τȣ ἡσυχαστικȣ ηθȣς, *quietae indolis* enumerat etiam συμβȣλας, *conſultationes*. Id enimvero admodum ridiculum Philodemo videbatur. Et quidem non abſimili modo putavit Gellius *Noct. Attic. lib. I cap. II* de eo, quod de C. Graccho ferebatur, nimirum quod ei agenti cum populo *tibia concionatoria* praeiverit, moduloſque praemonſtraverit. Ideo verum eſſe Gellius negat, *quid enim*, ait, *foret iſta re ineptius, ſi ut planipedi ſaltanti, ita Graccho concionanti numeros, & modos, & frequentamenta quaedam varia tibicen incineret? Sed qui hoc compertius memoriae tradiderunt, ſtetiſſe in circumſtantibus dicunt occultius, qui fiſtula brevi ſenſim graviuſculum ſonum inſpiraret ad deprimendum ſedandumque impetum vocis eius. Effervescente namque impulſu & inſtinctu extraneo naturalis illa Gracchi vehementia indiguiſſe non, opinor, exiſtimanda eſt. Marcus tamen Cicero fiſtulatorem illum utrique rei adhibitum eſſe a Graccho putat; ut ſonis tum placidis, tum citatis aut remiſſam iacentemque orationem eius erigeret, aut ferocientem ſaevientemque cohiberet*. De hac Gracchi fiſtula loquitur etiam Plutarchus *lib. De cohibenda ira*, cuius verba recitat Bartholinus *De Tibiis cap. XIV*.

CO-



G. B. Malesci del. *A. Lentari inc.*

COLUMNA XXIX.

μενων , ουδε γαρ ει εκ τραγῳδων τις , η κωμῳδοπ οιων , ταυτ' ανασχοιμεθ' αν, και τοι μαλλον τῃ λαλιᾳ συνεγγιζοντος , ουχ οἱον ει κιθαρῳδων . Εω γαρ το , παντων παριεμενων , την ωφελιαν μηδεν διαφερουσαν γινεσθαι τοις μουσικοις, η τοις αμουσοις , δι' ὁ δη πειθουσι τῃ μαθησει προσερχεσθαι . Νυν τοινυν λεγω και τους κρουματοποιους , ουκ εν αυλ ον μονον , αλλα και την συναυλ ιαν , και τον Αριϛοξενο ν , ει αυτ ονομαζουσιν του μουσικ ου , και τους μουσικους , και α σημαντα μεν αν αδιδοναι , καθαπερ τα δια των οργανων , και τα τερετιζομενα , και ὁταν δε λογ ους αναδιδωσι , τα περιγινομενα ——————

——————

—————— τοις λ ογοις . Καταξιω δε ου μονον διδασκαλους τους περι Σιμωνιδην , και Π ινδαρον γεγονεναι αλλα και μουσικους γεγονεναι , και ποιητας , και καθ' ὁ μεν μουσικοι ἱλαρωσαι , καθ' ὁ δε ποιηται πεποιηκεναι τους λογους ωφελειν διδω · μη δε κατα τουτ' , η παντελως ε πι μικρον , ουδε μονους τους μουσικȣς , ουδε μαλλον , α λλα παντας ὁμοιως τους πεπαιδευμεν ους , ὁποιως ουν τις καλουμενος ην · Και γαρ το παν ποτε ωφ ελος α πο διαλογ ων · ου τα μελη ψιλα , και τους ρυθμους ωφελ ειν φημι . . . . .

nec enim, ſi quis tragicorum, vel comicorum more caneret , ferre poſſemus (etſi magis *iſte cantus* vulgari ſermoni adpropinquet) nedum ſi quis citharam pulſaret. Omitto autem, quod, his omnibus conceſſis, nihilo differt utilitas, quae Muſicis, quam quae amuſis provenit , propter quam utilitatem ipſi ſuadent huic diſciplinae adcedendum . Aio igitur & inſtrumentorum pulſatores, non tibicinem modo , ſed quicumque ad tibiae conſonantiam canunt & ipſum Ariſtoxenum ; ſiquidem per excellentiam cognomine Muſici vocant, & Muſicos quoſcumque non ſolum ſenſu vacuos ſonos reddere, quemadmodum ſunt inſtrumentorum , & ſtridulas voces, ſed etiam, quoties ſermones reddunt , ſermonibus ipſis ſuperflua reddere. Cenſeo autem Pindarum, & Simonidem non ſolum vitae magiſtros fuiſſe, ſed etiam & Poëtas , & Muſicos ; at in quantum Muſici erant, animos exhilaraſſe , in quantum vero Poëtae, effeciſſe, ut ſermones proficerent , utique conceſſerim ; non vero per hoc, vel admodum certe parum, neque Muſicos ſolos , vel magis quam alios , *id obtinuiſſe* , ſed omnes aeque ſcientiis excultos homines , quocumque tandem nomine adpellarentur. Omnis enim utilitas a ſermocinationibus provenit , neque nudos cantus , & rhythmos profuiſſe dicam . . . .

V. 1. ȣδε γας ει εκ τραγωδων τις) Ut iſtud abruptum, & nullius ſententiae κομμα aliquo pacto fulciremus, de noſtro addidimus particulam ει, quae in αυτογραφω non viſitur, ſed excidere ſcribenti facile potuit: ita enim reſpondet alteri, ει *in ſeq. v. 6.*

V. 4. Τη λαλια συνεγγιζοντος) Vides librarium feſtinantem pro ΛΑΛΙΑΙ ſcriptitaſſe ΛΛΛΙΑΙ, omiſſa ſcilicet lineola, quae alterum Λ reddiſſet Α: vides praeterea adpicto ſuperius τω Α reſtitutam eſſe vocis lectionem. At cur non potius omiſſam lineolam adpingere? Id enim vero argumento nobis eſt ineluctabili, quamplures huiuſce codicis emendationes non ab ipſomet librario, ſed ab altero ſciolo fuiſſe profectas; qui nec ſatis perſpicax, nec eruditus adparet, ut alibi iam animadvertimus. Is igitur vel quia ſuam in emendando diligentiam palam facere vellet, vel quia prae imperitia non ſatis certus de ſua emendatione foret, noluit αυτογραφον violare, ſed potius ſuſpenſa, ut aiunt, manu elementum illud ſuperſcripſit.

Quid autem ſibi velit τη λαλια συνεγγιζοντος ex antecedentibus ſatis conſtat. Cum enim ſatis ridiculum dixerit Noſter, quod Adverſarii iactitabant, Muſicam ſcilicet etiam conſiliantibus inſervire: *Ecquis enim*, aiebat, *riſu non difflueret ſi conſiliarios cerneret canentes, & inſtrumenta pulſantes?* ſubdit: *neque ſi quis tragicorum, vel comicorum more caneret, ferre poſſemus, etſi iſtorum cantus ſermoni propius adcedat; non dico ſi quis citharam pulſaret.* En igitur ſatis profligata illa quaeſtio, quae eruditos ſcidit, an ſcilicet in veterum Comoediis, ac Tragoediis uſque canerent actores, cum iambicos recitarent? Canebant igitur, ſed cantu τη λαλια συνεγγιζοντι, *qui ſermone parum differret*, qualis nempe eſt, quem nos Itali dicimus *Recitativo*: quae ipſa fuerat opinio doctiſſimis iam fulta coniecturis a Cl. noſtro Conlega Xaverio Mattei in eruditiſſima Diſſertatione, quam ſuae Pſalmorum Verſioni praefixit *cap. IX* §. 13.

V. 12. Νυν τοινυν λεγω κ. τ. λ.) Cum ſatis oſtendiſſe putaret, quomodo aliqui quiſquilias ſectando a controverſia aberrarent, directe ipſis reſpondet docens, quid Muſicorum nomine ipſe intelligat, cur eoſdem cum κρουματοποιοις confuderit, quove in loco Pindarum, & Simonidem ſtatuat. Iſta igitur reſpondent illis, quae habentur *Col. XXVI v. 27 & ſeq.*


V. 14. εναυλον) MS. habet, ut tute vides, εμαυλον nullo plane ſenſu. Non aliud igitur opportunius, quam εναυλον ſuccurrit, quod & toto contextui conſonet, & συναυλεια, quae eſt in ſequenti verſu, reſpondeat; quodque facilius ob ſoni adfinitatem craſſae Librarii noſtri aures permutare poſſent, cum dictatum adciperent. Συναυλεια vero, etſi in lexicis non proſtet, idem profecto eſt, ac συναυλια, non ſecus, quam ωφελεια, & ωφελια & ſimilia.

V. 16. Αριστοξενον) Nec de Ariſtoxeno Selinuntio Poëta, nec de Cyrenaico gula celebri, nec de Medico Herophileo, ſed de Tarentino Mneſii filio, Lampri Erythraei, Xenophili Pythagoraei, & denique Ariſtotelis auditore celeberrimo, CCCCLIII librorum ſcriptore, teſte Suida, quos inter plura de re Muſica, & e quibus ſuperſunt adhuc tres των Αρμονικων Στοιχειων, *Harmonicorum Elementorum*, heic verba fieri non eſt, quod dubitemus. Hic enim agnomine *Muſici* a veteribus paſſim deſignatur, ut ab Halicarnaſſeo, Tullio, Gellio, aliiſque. Hinc nos ad implendam illam trium litterarum lacunam, quae ſtatim ſequitur, legimus ει αυτονομαζȣσιν τȣ μȣσικȣ, & explicavimus, *ſiquidem Muſici nomine per excellentiam adpellant*. Ceterum, ſi cui inſolens huiuſmodi ſyntaxis aures offendat, & legere malit ει τωδ' ονομα δȣσιν τȣ μȣσικȣ, *ſiquidem ipſi dant Muſici nomen* non intercedam. Verſus enim 17 incipit a figura quae ſimul litteras Δ & Ζ praefert; ut adpareat ex una in alteram per emendationem tranſiſſe. Quod ſi neque iſta lectio probetur, tum denique retenta priori lectione patrius ille caſus τȣ μȣσικȣ, quod negotium faceſſit, interpretaberis *Muſici filium*. Fuit enim is Muſici patris filius, atque diſcipulus. Nec alio pacto Suidas eum adpellat: Αριστοξενος υἱος Μνησιȣ, τȣ και Σπινθαρȣ, Μȣσικȣ: *Ariſtoxenus filius Mneſii, qui & Spintharus vocabatur, Muſici*.

V. 21. τερετιζομενα) Sic reſtituendam vocem res ipſa clamat. Vides enim bis a Librario deſcripta verba και οταν δε λογȣς αναδιδωσι τα περιγινομενα, quae mox veluti ſuperflua partim punctis confixit, partim uncis de more incluſit. Quid huic σφαλματι occaſionem praebuiſſe putas? Niſi illa particula και bis poſita poſt bina verba ſimiliter cadentia, h. e. primo poſt τερετιζομενα, mox poſt περιγινομενα. Etenim vel ipſe ſcriptitans Librarius, vel qui dormitans ſcriptitanti dictaret, ſed alius certe ab auctore, recurrente ſimili vocis deſinentia ομενα, eademque particula και inſequenti deceptus, iterum primum κομμα pro ſecundo adcepit, idemque reſcripſit.

V. 25. 26. καταξιω δε ȣ μονον διδασκαλȣς) Sic ſuppleo. Reſpondent enim iſta obiectationibus, quae habentur *Col. XXVI v. 29*: και καταξιȣμεν ασημαντα διδασκειν κ. τ. λ.

V. 42. μελη ψιλα) Vide, quae adnotavimus ad *Col. XXVII v. 9*. CO-



G. B. Maleſci del. — Gen. Caſanova inc.

COLUMNA XXX.

. . . .
. . . .
. . . .
και πολλακις ετυχον ὁσου
. . . . προσεσχηκοσιν
. . . . Πεφλυ-
αρηται δ' ὁις ποτε ειρηται
και τα περι της τοις μετεω-
ροις ὁμοιοτητος. Και γαρ δι-
δοσθω το του ἡλιου, και σελη-
νης κινησιν, και διαςασιν
αναλεγειν τῃ των φθογγων,
και τον ζωδιακον τῃ του
κανονος καταδιαιρεσει, το
της συγγενειας ουκ επιδει-
κνυται, δια το πολλα ποιην
αναλογιαν προσφερομενα,
ἁ πλειςον, ὁσον διεςεκεν,
και το την διαφοραν κατιδειν
εν ουρανῳ ταυτην ὑπαρχου-
σαν ουδεν εοικεν ωφελιμον
παρασκευαζειν εις αυτην
αρετων περιποιησιν, και των
ηθων επανορθωσιν· μηδε ὡς
. . . αλλ' ὡς . . . .
. . . .

. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .

¶ Nugati autem ſunt, quotquot olim diſſeruerunt etiam *De Muſices* cum caeleſtibus meteoris ſimilitudine. Ut demus enim hoc, ſolis, lunaeque motum, ac diſtantiam ad Muſicos ſonos analoga eſſe, atque Zodiacum proportionem ad Canonis diviſionem habere, non idcirco *Muſicae cum caeleſtibus corporibus* cognatio demonſtratur, propterea quia multa ſunt, quae quamdam analogiam inter ſe exhibent, quae tamen nimis, quantum diſtant; & iſtam differentiam in caelo regnantem obſervare, nihil emolumenti ad ipſam virtutum adquiſitionem, morumque conrectionem adferre poſſe videtur . . . .
. . . .

CAP. XV. An Muſica cæleſtibus meteoris reſpondeat?

Triceſima haec , & duae aliae inſequentes columnae male admodum habentur ; quippe atramentum quoad bonam partem evanuit , elementaque vel acutiorem fugiunt obtutum : idcirco quae magis incerta ſunt, leviori viriculi ductu aere inciſa vides .


V. 6. 7. πεφλυαρηται δε κ. τ. λ.) Ad celeberrimam quaeſtionem gradum facit, an ſcilicet Muſica caeleſtium corporum motibus adfinis ſit, atque analoga? De qua veterum opinione praeſtat audire Plutarchum *de Muſica* ſub finem: αλλα δε και το μεγιστον υμιν, ω εταιροι, και μαλιστα σεμνοτατην αποφαινον μουσικην παραλεληπται· την γαρ των οντων φοραν, και την των αστερων κινησιν οἱ περι Πυθαγοραν, και Αρχιταν, και Πλατωνα, και οἱ λοιποι των αρχαιων Φιλοσοφων ουκ ανευ μουσικης γινεσθαι, και συνεσταναι εφασκον: παντα γαρ καθ' αρμονιαν απο του θεου κατασκευασθαι φασιν: *ſed maximum, o Socii, & quod maxime Muſicae dignitatem maieſtatemque demonſtrat a vobis omiſſum eſt. Etenim motus rerum, & ſtellarum circuitiones Pythagoras, Architas, Plato, ceterique antiqui Philoſophi ſine Muſica neque fieri, neque conſtare adfirmarunt : omnia enim aiunt a Deo ſecundum harmoniam fuiſſe conſtituta .*

V. 10. *& ſeq.* του ἡλιου και σεληνης . . . . αναλεγειν τῃ των φθογγων) Qualis nempe eſſet, quam veteres agnoſcerent inter chordas, & caeleſtia corpora αναλογιαν, ediſſerit Nicomachus *in Harmon. Enchirid. lib. II*, ſive in eius *Adpendice*, quae, ut optime vidit Marcus Meibomius, ex eius *de Muſica* libris excerpta eſt: diſſerit etiam Manuel Bryennius tota *ſect. V*, *& VI lib. II*, ubi varias hac de re opiniones profert, & Nicomachi etiam verba recitat. Sed prae ceteris Claudius Ptolemaeus, qui bene longam hac de re tractationem inſtituit in *Harmonic. lib. III*; nam *cap.* 8 diſputat: περι της ὁμοιοτητος του τελειου συστηματος, και του δια μεσων των ζωδιων κυκλου: *de ſimilitudine perfecti ſyſtematis & Zodiaci circuli*: tum *Cap.* 9: πως τα του ἡρμοσμενου συμφωνα και διαφωνα ὁμοιως εχει τοις εν τω ζωδιακω: *quomodo quae in Harmonico concentu ſunt conſona, & diſſona, ſimiliter ſe habent, ac illa in Zodiaco*: tum *Cap.* 10: ὁτι τῃ κατα μηκος κινησει των αστερων το εφεξης εν τοις φθογγοις εοικεν: *quod Stellarum motui in longitudinem adſimilatur continuus in ſonis motus*: ſic etiam *cap.* 11 *&* 12 *de Stellarum motu in altitudinem & in latitudinem cum tonis Muſicis congruenti*: deinde *cap.* 13: περι της αναλογιας των τετραχορδων και των προς τον ἡλιον σχηματισμων: *de Analogia, quae eſt inter tetrachorda, & adſpectus ad ſolem*: tum denique bina alia capita in idem argumentum adornat.

V. 14. κανονος καταδιαιρεσει) Quid ſit *Canon Harmonicus* tradit Bryennius his verbis *lib. II ſect.* 6: Κανων ἁρμονικος εστι μετρον ορθοτητος των εν τοις φθογγοις ἡρμοσμενων διαφορων, αἱ θεωρουνται εν λογοις αριθμων: *Canon Harmonicus eſt menſura rectitudinis earum, quae ſonis aptantur, differentiarum, quae in numerorum rationibus perſpiciuntur*. Huiuſmodi autem menſura recta linea deſignatur, quae certa quadam proportione in partes XV pro nervorum numero dividitur : atque haec vulgo dicitur Euclidi, Ptolemaeo, & Bryennio κατατομη κανονος, *ſectio canonis*. Sed & καταδιαιρεσις non inſolens eſt in rebus Muſicis vocabulum. Ptolemaeo enim *lib. I* ſaepe dicitur διαιρεσις των τετραχορδων, *diviſio tetrachordorum* : quae ſane diviſio, non ſecus ac illa canonis, eſt chordarum in tetrachordis ſecundum proportiones poſitio ſingulis generibus reſpondens. Non male igitur Noſter vocat καταδιαιρεσιν.

V. 21. *& ſeq.* ωφελιμον . . . εις . . . αρετων περιποιησιν) Negat Philodemus conſequens eſſe, Muſicam ad virtutes comparandas eſſe utilem ex eo, quod forte eius canonis proportiones caeleſtibus reſpondeant. Sed illi contra contendebant animi concinnitatem e Muſica neceſſario oriri, quemadmodum ex illis proportionibus Univerſi concinnitas exoritur. Ita Ptolemaeus *lib. III cap.* 4 hoc lemma ſibi demonſtrandum adſumit : ὁτι ἡ του ἡρμοσμενου δυναμις πασι μεν τοις τελειοτεροις τας φυσεις ενυπαρχει· καταφαινεται δε μαλιστα δια τε των ανθρωπινων ψυχων, και των ουρανιων περιφορων: *quod harmonica poteſtas omnibus quidem perfectioris naturae ineſt: maxime autem conſpicitur in animabus humanis, & caeleſtibus motibus.*

CO-



G. B. Malesci del. *A.° Lentari inc.*

COLUMNA XXXI.

ται δ' ὑπὸ τινων , ὁμως μη-
δ' ουτως τα της . . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . . αμ-
Φοτερους τεχναν . Αλλ' ουν γ'
ἀποτελεσματα προς δυσχερει-
αν ωφελειν , και προς την συν-
Φοραν ει διδομεν , ουκ ηδη μουσι-
κη κατα τουτων αναλογιαν
ευθεως εχει , και την των με-
τεωρων θεωριαν . Ουθεις γαρ
ουδε των αυτων μουσικων
επεγνωται ταδ' , ουδ' επεσκεμ-
μενος δειξεν , αλλα Φασιν
παρα τινων πυθαγορει-
ων διαδεδεγμενοι τινες
απαριθμουσιν . Ει δε κατα
γε τον αντιστροφον λογον δε-
δεικται τους μεν παντας , ὡς ε-
χει , τα κατα μελησαι , ουκ ευ-
θυς και της μουσικης θεωριας
οντως ειναι τυφλους . . . . .
. . . . . . οσου . . . . . .
. . . τοσω επιστημην . . . .
. . . μουσικης . . . .
μενει οδυνειν . . . . με-
λη μαλλον . . . .
ψυχην κινειν . . . .
αλλα εαν τις απαντα . . . .
ον παρεχη , και τα . . . . .
την ψυχην , μουσικην αντι
νυν των δια θεσεων ελεη-
μονης , ειτ' εναλλαξ . . . .
. . ειρηκεναι . . . . . . :
τα τοιαυτα μεν . . . . ἡμεις
ποιει , και μαλλον . . . . ψυ-
χαις , αλλ' ὑπο των τραγω-
δων , και . . . .
. . . .
. . . .
. . . .

a quibuſdam ; verumtamen
non ita . . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . . utroſ-
que artificioſe elaborare . At
certe ſi αποτελεσματα h. e.
genituras adverſus vitae diffi-
cultatem, & calamitatem pro-
deſſe conceſſerimus , non ſta-
tim inde ſequitur Muſicam
ſecundum eorum analogiam ſe
habere , & caeleſtium corpo-
rum contemplationem . Nemo
enim , ne ex ipſis quidem Mu-
ſicis huiuſmodi cognovit , ne-
que cognita oſtendit ; ſed
hanc ſententiam a quibuſdam
Pythagoricis haurientes aliqui
recenſent . Si autem e con-
verſo exploratum eſt uni-
verſos reapſe haec neglexiſſe,
non ſtatim Muſicae cognitio-
nis vere ignaros eſſe *dicemus*.

CAP. XVI. Num animi adfectus immutare queat?

¶ . . . . quanto . . . . . .
. . . tanto diſciplinam . . .
. . . . . Muſicae . . . . . .
animo excruciari . . . . . .
cantus magis . . . .
animum commovere . . . .
Verum cum quis omnem . .
. . . . . exhibeat , & . . . .
animum Muſicam pro prae-
ſentibus diſpoſitionibus miſeri-
cordis, vel contra . . . . . .
. . . . dicere . . . .
iſta quidem . . . . nos
reddunt, magiſque . . . ani-
mis , ſed a tragoedis , &
. . . .
. . . .
. . . .

V. I. ὑπο τινων, ὁμως μηδ' ȣτως) Quo mutila haec pertineant, & ad quem ſenſum trahi queant, e ſequentis Commentarii *Cap. XV* cognoſces. Perſuaſum utique nobis eſt triplici argumento Philodemum probare nugatoriam eſſe caeleſtem illam Muſicam. I. Quia eodem pacto de corporibus, quae ſurſum ſunt, iudicandum ſit, ac de iis, quae nos circumſtant: idque ſecundum Magiſtri ſui doctrinam, qui ad Pythoclem apud *Laërt. lib.X* ſcribebat: σημεια δε τινα των εν τοις μετεωροις συντελȣμενων φερειν δει εκ των παρ' ἡμιν γινομενων, ἁ θεωρειται, ἡ ὑπαρχει, ὡς και τα εν τοις μετεωροις φαινομενα: *coniecturas quaſdam de iis, quae in ſublimi perficiuntur ducere oportet ex iis, quae apud nos fiunt, quae ſcilicet contemplamur, vel perinde ſe habent, ac ea, quae in caelo videmus.* II. Quia caeleſtis illa Muſica mortalibus auribus nequaquam percipi poſſe a Pythagoreis ipſis diceretur, ſed tantum a Diis: quo referri putamus reſidua verba illa praecedentis Columnae *v.* 34: παρα των θεων; ſic enim Maximus Tyrius *Diſſert. XXXVII* §. ϛ, quam mox dabimus: της ῳδης ταυτης το καλλος θεοις μεν γνοριμον, ἡμιν δε αναισθες: *huius cantus pulchritudinem Dii ſentiunt, nos non item.* III. Quia caeleſtia corpora minime in nos poſſint influere tanto intercedente intervallo: quod habes illis verbis ibidem in Schemate conſpicuis, το διαϛημα ταυ]ον. Hinc certas aſtrorum επισημασιας, *praeſignificationes* ὑπο τινων, *a quibuſdam* admitti quidem ait, ὁμως μηδ' ȣτως, *non ita tamen*, ut etiam animi eorum vim ſentire debeant: quae ipſa eſt Epicuri doctrina, de qua vide P. Gaſſendum *De Meteorologia Epicuri*. Hinc deinde vana eſſe αποτελεσματα h. e. *genituras*, ſive *horoſcopos*, quae Genetliaci venditabant, docet.


V. 8. αποτελεσματα) Quomodo huc αποτελεσματα pertineant, coniicere facili negotio poſſumus; ſiquidem hoc nomine quoſcumque eventus, ſed in primis ſtellarum effectus, & quas Genethliaci dicunt *genituras*, nec non imagines certo ſub ſidere ad eius vim coërcendam confictas adpellabant. Cum igitur Noſter caeleſtem Muſicam ſuſtuliſſet, decantatam etiam ſtellarum in inferna influxum negare pergit; eo enim fortaſſe argumento Muſicen, quae cum caeleſtibus tantam cognationem haberet, in animos vim exercere poſſe demonſtrabant. Nam etiam tum putabant nonnulli, teſte Gellio *Noct. Attic. lib.XIV cap.I: omnia rerum humanarum parva, & maxima tamquam ſtellis, atque ſideribus evincta duci, & regi*; quin non modo in corpora, ſed etiam in animos ſuam vim exprimere ſibi perſuadebant; ita ut (ait idem Gellius) *non modo caſus, eventaque, quae evenirent extrinſecus, ſed conſilia quoque hominum ipſa, & arbitria, & varias voluntates, appetitioneſque, & declinationes, & fortuitos repentinoſque in leviſſimis rebus animorum impetus receſſuſque moveri agitarique deſuper e caelo putarent*. Vanam hanc igitur opinionem ante hoc comma explodere Noſter debuit; atque eo reſpicere remur poſtrema, quae remanent praecedentis περιοχης verba: αμφοτερȣς τεχναν. Hinc pendet ſupplementi Noſtri ratio, quod habes in ſequenti *Comment. cap.XV*. Etenim ex Epicuri de Meteoris doctrina inanes iſtas aſtrorum obſervationes pro eruſcatorum offuciis habendas eſſe probe oſtendit Gaſſendus in *De Meteorologia Epicuri*. An vero directe in Stoicum ita opinantem haec ſcribat Philodemus, definire non auſim. Haud tamen inveriſimile videtur, Stoicos, qui fatum rerum humanarum arbitrum admittebant, etiam ex fati legibus hunc aſtris influxum permiſiſſe. Quod ſi ita eſt cum Tullio *De Fin.* dicam: *Doleo tantam Stoicos noſtros Epicureis inridendi ſui facultatem dediſſe*.

V. 17. παρα τινων Πυθαγορειων) Pythagoricis praecipue doctrinam de concentu caeleſti, eiuſque reſpondentibus terrenae Muſicae proportionibus deberi veteres omnes adfirmant, e quibus deinde Plato, aliique Μȣσȣργοι hauſerunt. Sed iſti, ait Philodemus, eius doctrinae eruditionis tantum oſtentandae gratia in ſuis ſcriptis meminerant, minime vero ea in Muſicis modulis conficiendis utebantur, quin Muſicae artis minus periti ducerentur. Vide de hac Pythagoreorum doctrina Macrobium fuſe diſſerentem *De Somnio Scipionis lib. II.* Quod ſi haec ad αποτελεσματων doctrinam referre malis, ut ſane videtur, non inficias iverim. Scitum eſt enim Pythagoram, teſte Laërtio *lib. VIII* cum *Chaldeis*, & *Magis* aſtrologiae auctoribus fuiſſe verſatum, & *Solem*, *Lunam*, *ceteraque aſtra pro Deis* habuiſſe.

V. 25. & *ſeq.* οσȣ . . . . . . τοσῳ επιϛημην κ. τ. λ.) Reliquae huius Columnae lacunas de noſtro opplere auſi non ſumus; incerta enim ſunt fere omnia, quae extant, adeo elementa evanuerunt: quo tamen referri queant in inſequenti Commentario *Cap.XVI* habebis.

V. 39. ὑπο των τραγῳδων) Quo haec ſpectare poſſint, vide in *Schol. ad Col. ſequentem.*

CO-



G. B. Malesci del. *Gius. Aloja inc.*

COLUMNA XXXII.

τονου . . . .
. . . . ου τα
μελη , και . . . .
. . . . αλλα αἱ διαθεσεις
αυται · τα τε πολλων α υτα ,
και ȣχ ὑπ' εκει-
νων εγενοντο . Αλλ' επε-
ται δε και κατα τὴν εναρ-
γειαν , ὡς ȣτε των αγωνι-
στων οἱ ταυτα , δια περαι-
νομενοι τας ειρημενας
εχȣσι κακιας , ȣτε των ι-
διωτων οἱ χαριεντες , ȣχ οἱ-
ον οἱ σοφοι και φιλοσοφοι ,
καθαπερ ȣδ' οἱ τα τοιαυθ' ὑ-
ποκρινομενοι παρακȣ-
οντες , ετι δη ὁλον οἱ ακȣ-
οντες , ὡς αν ουτε ῥημα-
σιν αισχροις , ȣτε σχημα-
σιν , ουτε φρονημασιν συνεθι-
ζομενοι · και τοτ' ει ταυτα
φωνης εκπεφυκε , παρ' ἣν
ἡμας τοις προσωποις αυ-
τοις . . . . σχεδον τι-
σιν . . . .
. . . .
δ' ȣδε των πασχοντων α-
ξιουσιν , ἁ μελῳδητησει κι-
θαριστης προς τον ρυθμον .
Ει δε τις οιεται και συλλαβας
μιμητικας , τα δε πολ-
λα μουσικην παραπλησι-
οις βλεμμασιν , και σχημα-
σιν , και τισιν επεσιν ευ συναμει-
βεσθαι , και κατατηκεσθαι
το θυμοειδες , και την ου-
τως αμεταπτωτον σο-
φιαν ὑπο των φλυαρωτα-
των περισπασθαι
. . . .
. . . .

. . . . non cantus, & . . . . ſed adfectiones ipſae ; atque haec multorum ſunt, neque ab illis fiunt. Sed etiam hinc ſequitur ſecundum evidentiam, quod neque ſcenici artifices, qui cantus illos perficiunt, dicta habent vitia ; neque ex privatis viris, qui ſunt politiores, nedum ſapientes, & philoſophi ; quemadmodum neque hiſtriones, qui obiter audiunt, & ad ſummam quicumque eos auſcultant, utpote qui neque turpibus verbis, neque geſtibus, neque ſententiis adſueverunt. Et ſi quandoque haec a voce originem ducunt, ſecundum quam nos perſonis ipſis . . . . fortaſſe aliquibus . . . .
. . . . neque qui ita ſunt adfecti, poſtulant ea, quae citharoedus canet ad rhythmum. Si quis autem putet etiam ſyllabas imitativas eſſe, & Muſicam ut plurimum adfinibus ſpectaculis, ac geſtibus, & quibuſdam verbis belle conreſpondere, atque per illam animi vim emolliri, & adeo immutabilem ſapientiam leviſſimis rebus diſtrahi . . .
. . . .
. . . .


V. 9. *των αγωνιϛων*) Heic procul dubio *αγωνιϛης* non pro quocumque ſcenico actore, ſed pro eo, qui modos Muſicos faceret, ſumi debet. Iſti enim *ταυτα* (*μελη*) *διαπεραινομενοι*, *hos cantus perficientes* diſtinguuntur infra ab iis *τα τοιαυθα υποκρινομενοις*, *qui eadem repraeſentarent*, h. e. hiſtrionibus.

V. 11, 12. *τας ειρημενας εχουτι κακιας*) Haec verba nos ad inveſtigandum, quid ſuperius deeſſet, manuduxerunt. Cum enim & agoniſtis, qui modos muſicos facerent, & hiſtrionibus, qui redderent, & quotquot exaudirent *dicta vitia* abiudicet, procul dubio non alia, ea vitia eſſe poſſunt, quam quae laſcivienti & nimis fractae theatrorum Muſicae adſcribebantur, ut ſcilicet animos conrumperet, & effeminatos redderet: quam fuiſſe veterum opinionem ex adhuc adlatis Scriptorum teſtimoniis, & ex Maximi Tyrii verbis ad horum Scholiorum calcem adſcribendis ſatis conſtat. Id autem Stoicus idcirco protulerat, ut inde Muſicae vim in animos demonſtraret. Sicuti enim proba & ſevera Muſica animis componendis, ita garrula, & mollis conrumpendis cenſebatur idonea. Noſter ergo, qui utrumque negabat effectum, id etiam facto probare ſtudet, inquiens experientia compertum eſſe, & eos qui conficerent, & qui redderent, & qui audirent Theatralem Muſicam, iis animi vitiis minime laborare, dummodo turpibus verbis, actibus, ſententiiſque non forent adſueti.

V. 14. *σοφοι*, *και φιλοσοφοι*) Sapientes iſti, & Philoſophi, quos a Theatrali Muſica minime abhorrere innuit, quin vitium ullum animi contraherent, non alii ſane ſunt, quam ipſi Epicurei, qui Magiſtrum ſequuti Theatra oblectationis gratia frequentabant, ut ex Plutarcho docuimus in *Praefatione* §. *XIII pag.* 15, & ipſemet infra *Col.XXXVII*, *v.*26, *& ſeq.* ſatis oſtendit, cum ait: *διο και παρεκτεινοντων πολλακι των αγωνων αλλο τι πραττομεν*: *propterea in longum ſaepe abeuntibus ſpectaculis*, *aliud agimus*, h. e. *animo abalienamur*. Saepe igitur ſpectaculis Epicureus aderat.

V. 33. *αμεταπτωτον*) Si ita legeris, his utique verbis Stoicum a Philodemo vellicari concedes. Ridet enim Epicureus Diogenem, quod is, qui cum ſuis adeo immutabilem conſtantemque ſapientiam venditaret, timeret ne ipſa a leviſſima re, qualis erat theatralis Muſica, flecteretur.

CO-



COL. XXXIII

G. B. Malesci del. ed inc.

COLUMNA XXXIII.

ὁμοια δε παθοντων · ὁτι καγορα τας ψυχας ελεημονας, και συμπαθεις, και ὁμοιως ἡμερȣς αντι των εναντιως διακειμενων καταστησει. Ματαιον αρα τι μωραινειν; εναργȣς οντος, ὡς ου μαλλονα οσμων, και χυλων μελη ταυθ', ἁ φασιν εναλλαξαι ταδε τ' αντικειμενα. Κατεψευσται δε, παρ' οἱς λεγεται και το μονην των τεχνων παντελως ωφελειν. και γαρ γεωργια, και ὑφαντικη, και οικοδομικη, και πολιτικη, και πλειȣς αλλαι · και τας μεν ωφελειν αν τις ειπειεν δικαιως αναγκαιοις κακοις βοηθȣσας, την δε τερπειν μονον φυσικως, ȣκ αναγκαιως · και κατ' αυτον λογον ἡ φιλοσοφια σπανιȣς ωφελȣσα και μȣσικης, και πολλων εμπειριων φαυλων γινεται χειρων. Ευηθες δε και τοις μαθȣσιν απισχυριζεσθαι περι τȣ μεγαλωφελȣς αυτης, ὁτι και ανδρασι, και τοις παισι μεταδιδοασι · και γαρ αλαζονευεσθαι δυνανται, και περιπλανησθαι. Και πολλοι λεγȣσι μηδεν επανωρθωσαι μην ἑαυτους ὑιεις, ȣδε μεθαρμοσαι · πολλοι δ', ὁτι νομιζȣσι προσηκειν αυτοις μεταλαμβανειν τȣς τεχνιτας, και μετειληφθαι, αυτην τȣς τεκνους μεθηρμοκεναι φασιν. ὡστε

και

ſimili modo adfectos ; quippe etiam concio animos oppoſite diſpoſitos miſericordes, & compatientes, & aeque manſuetos reddat. Ut quid fruſtra evaneſcere? cum evidens ſit, potiores non eſſe odoribus, & ſuccis cantus iſtos, quos aiunt immutare poſſe huiuſmodi inter ſe oppoſita. ¶ Falſi ſunt autem, quotquot dixere etiam ex artibus hanc unam omnibus & omnino prodeſſe; etenim agricultura, & textoria, & architectura, & politica, & plures aliae *omnino proſunt*: imo vero has prodeſſe iure quis dixerit, utpote quae neceſſariis malis auxilium ferunt, hanc vero tantum naturaliter, non neceſſario oblectare: atque ſecundum ipſum eorum ratiocinium Philoſophia non ſolum Muſicâ, ſed etiam pluribus practicis, vilibuſque artibus deterior eſſet, quippe ab ea rari ſunt, qui emolumentum capiant. Simplicis autem viri & incauti eſt auctoritate illorum niti, qui Muſicam didicerunt, quod ad magnam ipſius utilitatem, quam & a viris, & a pueris percipi autumant; fieri enim poteſt, ut vel ſeſe iactitent, vel decipiantur. Et multi quidem fatentur, Muſicam neque ſuos filios conrexiſſe, neque meliores reddidiſſe; multi vero, quippe ſibi putent expedire artifices recipere, & ab illis invicem recipi, eam ſuos filios meliores reddidiſſe adfirmant. Itaque

CAP. XVII. An utilitatem Muſica pariat?

etiam


V. 5. *εναντιως διακειμενων*) Optime ſic exaraverat librarius ; cur autem dein emendavit *εναντιωμενως* ? Non aliam poſſumus tam inficetae emendationis rationem reddere, niſi quod ab eodem ſciolo proceſſerit , qui *Col. XVIII v.* 37 pro Θαλησαν inepte emendaverat Θηλησα, & alibi alia non ſatis feliciter; vel potius, quoniam eadem librarii manu facta additio adparet , quod dictans, ut fieri ſolet , cum primum protuliſſet *εναντιως* , mox abalienatus reddidit *εναντιωμενως* , atque e veſtigio craſſae Minervae auditor refinxit *εναντιωμενως* ; ut alibi etiam factitaſſe iam animadvertimus *Col. XXIV v.* 11. Dictato enim excepiſſe totam hanc Columnam etiam ab inſequentibus adparet. Etenim *v.* 10 Librarius noſter, ut vides , ſcripſerat Φαμεν, mox correxit φασιν, adpictis ſupra M & E duabus elementis C I. Huiuſmodi autem σφαλμα , quis non videt a dictante potius , quam a librario ipſo profectum ? Auctor enim ex tempore dictans facili negotio linguae lapſu pro Φασιν pronuntiare potuit Φαμεν , quod mox conrigendum iuſſit . Ita & aliae emendationes , quae in hac Columna occurrunt, eodem ſunt nobis indicio. Uti cum *v.* 15 poſuit ὑφαντικῃ adpicto I, quia putarat eſſe tertium caſum, dein obelo illud iota confixit: & *v.* 17 pro *πλειους plures* , exaraverat *πλοιȣς navigia* , nondum enim ſententiam adſequutus ſoni adfinitate deceptus eſt . Atque hinc rurſus ſimilem harum diphthongorum *οι*, & *ει* pronunciationem fuiſſe coniicies.

V.8, 9. *ου μαλλονα οσμων και χυλων*) Eadem heic utitur comparatione, quam *Col.III v.* 34 protulerat , ubi non eſſe Muſicam imitandi vi praeditam *μαλλον ἤπερ ἡ μαγειρικη* , *magis quam coquinaria* . Quia Epicureo perſuaſum erat omnes ſenſuum adfectiones ſimiles eſſe. Quae Epicureorum opinio procul dubio anſam Ariſtoteli praebuit, ut illud problema proponeret *Sect. XIX quaeſt.* 29: *δια τι οἱ ρυθμοι και τα μελη φωνη ȣσα ηθεσιν εοικεν; οἱ δε χυλοι ου, αλλ' ουδε τα χρωματα, και αἱ οσμαι; η ὁτι κινησεις εισιν, ὥσπερ και αἱ πραξεις; ηδη δε ἡ μεν ενεργεια ηθικον, και ποιει ηθος· οι δε χυλοι, και τα χρωματα ȣ ποιουσιν ὁμοιως: cur rhythmi & cantus, qui voces ſunt, moribus adſimilantur; ſapores vero, quin & colores, & odores nullam eiuſmodi ſimilitudinem gerunt ? An quia motiones ſunt , non ſecus ac actiones ? Energia profecto quid morale eſt, & mores creat; ſapores autem, & colores nihil ſimile efficiunt.* Ceterum idem Peripateticorum Princeps ſaporum comparationem ad res Muſicas adferre non dubitavit , cum ibidem *probl.* 44 quaerens , *cur ſuavius cantilenam audimus, cum ad tibiam, quam cum ad lyram canitur? Vini, & aceti mulſi comparatione utitur* .

V.21, 22. *φυσικως ουκ αναγκαιως*) Diſtinctio , ut ait Athenaeus *lib. XIII cap.* 1 *θρυλλουμενη ὑπο των Επικȣρειων*, *apud Epicureos vulgatiſſima*, ſcilicet: *ὁτι επιθυμιων αἱ μεν εισι Φυσικαι μεν, ȣκ αναγκαιαι, αἱ δε ȣτε φυσικαι, ȣτε αναγκαιαι: cupiditatum quaſdam eſſe naturales, at non neceſſvrias, quaſdam vero nec naturales, nec neceſſarias*. Sed Tullius triplicem eam refert in *I De finibus*, cum ex perſona Torquati ſic ait: *quae eſt enim aut utilior, aut ad bene vivendum aptior partitio, quam illa, qua eſt uſus Epicurus? qui unum genus poſuit earum cupiditatum, quae eſſent & naturales & neceſſariae, alterum, quae naturales eſſent, nec tamen neceſſariae, tertium, quae nec naturales eſſent, nec neceſſariae*. Epicuri autem verba haec ſunt in *epiſt. ad Menoeceum apud Laërt. lib. X* : *αναλογιστεον δε ὡς των επιθυμιων αἱ μεν εισι Φυσυκαι, αἱ δε κεναι· και των φυσικων, αἱ μεν αναγκαιαι, αἱ δε φυσικαι μονον· των δε αναγκαιων αἱ μεν προς ευδαιμονιαν εισιν αναγκαιαι, ὡς αἱ προς την τȣ σωματος αοχλησιαν, αἱ δε προς αυτο το ζην: conſiderandum vero, cupiditates alias eſſe naturales, alias inanes; & naturalium alias eſſe neceſſarias, alias tantummodo naturales; ex neceſſariis vero alias ad felicitatem adtinere, ut quae ad corporis indolentiam, alias ad ipſam vitam* . Quam mox diviſionem *lib. II* ut *ineleganter* factam traducit. Hinc autem penitus Epicurei noſtri mentem adſequimur. Ait enim agriculturam , textoriam , architecturam *neceſſariis malis occurrere*, quippe ſcilicet iis cupiditatibus ſatisfacerent, quae & *naturales eſſent & neceſſariae* ; Muſicam vero *naturaliter, non neceſſario oblectare*, quippe eam cupiditatem, *quae naturalis, non tamen neceſſaria eſt, expleret.*

V. 36, 37. *μεθαρμοσαι*) Integrum heic vocem ſupplevimus indicio eiuſdem, quae recurrere videtur *v.* 41 , 42. Sententiae enim quadrat; ſiquidem teſte Budaeo , optime adcipitur *μεθαρμοζω* pro *immutare* , & *meliorem reddere* . Praeterea nulla aptior vox uſurpari poterat ab Harmonicis, qui ope Muſices mores iuvenum emendari ſolere iactitabant.

CO-



ΚΑΙΔΑ ΩΝ ΤΟΙΑΥΤΑΧ
ΠΡΟΣΤΟΥΣΑ ΗΘΙΝΟΥ ΑΡΕΟ
Α ΤΑ ΕΝΕΓΕΚΑΙ ΗΙΟΙΣ
ΠΛΑΤΤΟΜΕΝΟΥΣΕΦΕΝ Κ Ι
ΖΕΝΑΤΗΡΩΣ ΟΥΘΑΥΜΑΣΤΟΝ
ΔΑΥΤΗΝΟΥ ΟΤΙΠΑΡΑΘΗ
ΝΑΙΟΙΣΕΓΓΜΗΘΗΚΑΙΠΑΣΙΝ
ΤΟΙΣΕΛΛΗΣΙΝΚΑΙΤΩΝΙΣΩΝ
ΚΑΙΤΟΙΣΙΕΡΟΝΙΚΑΙΣ ΞΙΩ
ΤΑΡΑ ΑΠΟΛ
ΜΑΠΟΛΛΑΔΕΚΑΙΜΕΓΑΛΑ
ΚΑΚΑ ΚΑΙ ΙΛΟΣΟΦΙ ΝΔΕ
ΔΙΑΤΟΜΗΤΕΤΕΥΧΕΝΑ ΟΙΣ
ΟΛΟΙΣΕΠΑΘΟΝΑΤΕΙ ΑΧ
ΖΕΙΝΩΡΑΚΑΙ ΙΑΤΑΣ ΠΕ
ΠΛΕΓΜΕΝΑΠΡΟΗΓΑΓΟΝΣΦΟ
ΔΡΑΚΑΙ ΤΗΣΥΠΟΤΟΥΤΩΝΕ
ΠΑΙΝΟΥΜΕΝΗΣΟΥΔΕΕΝΔΙ
ΔΟΑΣΙΝΕΙΡΗΤΑ ΕΠ Ι
ΤΟΥΜΕΡΟΥΣΚΑΝΤΑΥΤΑΜΕΝ
ΕΠΙΠΛΕΙΟΝ ΛΕΝΤΩ ΛΕΥΤΕ
ΡΩΤΩΝΥΠΟΜΝΗΜΑΤΩΝ
Α ΛΑΜΗΔ ΟΣΜΕΝ Υ
ΘΕΙΣΕΥΡΕΤ ΕΓΕΝ ΤΟΤΗΣ
ΜΟΥΟΙΚΗ ΔΕΠ Ε
ΔΩΚΕΤΟΙΣΑΝΘΡΩΠΟ
ΛΟΥΤΩΠΑΡΑ ΜΑΘΟΝΩΣ
ΠΡΟΤΕΡΟΝΑ ΠΕΔΩΚΑ ΕΝ
ΛΟΓΟΙ ΔΕΚΑΙΦΡΟΝΗ
ΚΑΙΠΑΙΔΕΥΤ ΧΑΣΕΠ
ΜΑΣΟΥΔΕΙΣΕΥΣΕΒΗΣΝΟ
ΤΟΝΕΡΜΗΝΚΑΙΤΗΝΑ Η
ΝΑΝΚΑΙΤΑΣΜΟΥΣΑΣ ΕΔΟΧ
ΛΟΓΟΣΗΛΟΓΙΣΜΟΣΕΠΗΓΑ ΕΝ
ΤΗΝΜΟΥΣΙΚΗΝ ΟΥΚΗΔ Χ
Χ ΙΣΙΜ ΔΙΑ ΟΚΑΙΤΑ ΕΙ
ΡΙΣΤΑΤΟΝΔΕ ΟΝΑΝΑ Ω
ΚΑΙΦΡΟΝ Σ ΚΑΙΤΑ ΠΑΙ
Δ ΤΙΚΑΣΕ ΥΟ Α
ΒΕΙΝΑ Σ ΕΙΔΤΑΣ ΤΙΑΣ
ΕΙ ΕΥ ΘΕΟ ΙΜΟ Σ
ΤΑ ΤΕΚΝΑ

COL. XXXIV

G. B. Malesci del. — *Gen. Casanova inc.*

COLUMNA XXXIV.

και Δαμων , ει τοιαυτα
προς τους αληθινους αρεο-
παγειτας ελεγε , και μη τους
πλαττομενους , εφεναχι-
ζεν ατηρως . Ου θαυμαστον
δ' αυτην , ουδ' ότι παρ' Αθη-
ναιοις ετιμηθη , και πασιν
τοις Ελλησιν , και των ίσων
και τοις ίερονικαις ηξιω-
θη · και γαρ άμα
πολλα δε , και μεγαλα
κακα · και φιλοσοφιαν δη
δια το μη τετευχεναι τοις
όλοις επαθλον ατιμα-
ζειν ωρα · και δια τα συμπε-
πλεγμενα προηγαγον σφο-
δρα · και της ύπο τουτων ε-
παινουμενης ουδεεν δι-
δοασιν . Ειρηται δε περι
του μερους , καν ταυτα μεν
επι πλειονα εν τω δευτε-
ρω των ύπομνηματων .
Αλλα μηδε θεος μεν ου-
θεις έυρετης εγενετο της
μουσικης , μηδε παρε-
δωκε τοις ανθρωποις , αλ-
λ' ούτω παρεκμαθον , ώς
προτερον απεδωκαμεν .
λογον δε , και φρονησιν ,
και παιδευτικας επιστη-
μας ουδεις ευσεβης νοει
τον Ερμην , και την Αθη-
ναν , και τας Μουσας . Ει δ' ό
λογος , η λογισμος επηγαγεν
την μουσικην , ουκ ηδη
χρησιμη , δια το και τα χει-
ριστα · τον δε λογον αναγνω-
μι , και φρονησιν , και τας παι-
δευτικας επιστημας δυο λα-
βειν λαβας · ώστ' ει δια τας αιτιας
εξευρον θεοι την μουσικην ,
και τας αλλας τεχνας απε-

etiam Damon , ſi talia coram veris , non fictis Areopagitis adſeruit , perverſe eos ludificavit . Minime vero mirari debemus , ſi ipſa apud Athenienſes , Graecoſque univerſos in honore habita ſit , & iiſdem digna praemiis , quae ſacrorum ludorum victoribus dantur ; etenim & multa alia ſimul , & magna mala *in pretio habuère* ; ideoque Philoſophiam , utpote quae univerſis praemium non pariat , deſpectam cerne ; & propter eidem adiuncta Muſicam nimis produxerunt ; & eius Muſicae , quae hodie ab iſtis laudatur , nihil tradiderunt . Atque haec de prima parte ; etſi pluribus de hiſce in ſecundo Hypomnematum differemus . ❡ Iam vero neque Deorum aliquis inventor fuit Muſices, neque eam hominibus tradidit , ſed ſic eam didicerunt , uti nos ſuperius explicavimus . Loquendi autem , & ratiocinandi artem , & eruditivas ſcientias nemo vel religioſus vir ſibi perſuadet Mercurium , & Minervam , & Muſas *nos docuiſſe* . Quod ſi ratio , vel ratiocinium Muſicam induxit , non protinus utilis illa erit , propterea quod etiam peſſima rationis ope inventa ſunt : rationem vero , & intelligentiam , & eruditivas ſcientias duas capere anſas novimus . Itaque ſi ob haſce cauſas inventores Muſicae ſunt Dii , reliquas etiam artes tradi-

CAP. XVIII. An Muſicam Dei invenerint?

V. 1. Δαμων) Sic legendum eſſe nullus dubito. Fuit enim Damon Athenienſis celebris Muſicus, qui eam artem Periclem docuit, teſte Plutarcho in eius vita, nec non alios nobiles adoleſcentes, uti diſcimus a Platone *in Lachete*, qui eum ſummis laudibus extollit, dignumque ait, cuius diſciplinae pueri committerentur: και γαρ αυτῳ μοι εναγχος ανδρα προυξενησε τῳ υἱει διδασκαλον μουσικης Αγαθοκλεους μαθητην Δαμωνα ανδρων χαριεςατον ου μονον την μουσικην, αλλα και τ᾽αλλα ὁποσα βουλει, αξιον συνδιατριβειν τηλικουτοις νεανισκοις: *nuper enim mihi conciliavit hominem, qui filio meo praeceptor Muſices eſſet, Damonem Agathoclis diſcipulum, omnium non in Muſica modo, ſed & in ceteris facultatibus quibuslibet elegantiſſimum atque excultiſſimum, dignumque qui talibus adoleſcentibus operam praeſtet*. Quare ait Ariſtides *Damonem manifeſtum reddidiſſe, quomodo Muſica non exſiſtentes in pueris, & in provectioribus mores fingere, & latentes educere valeat*. Eius verba recitavimus ad *Col. III v.* 24 *pag.* 19. Vide etiam Galeni locum, quem adlegavimus ad *Col. XIX v.* 14 *pag.* 89. Quadrat igitur Damonis exemplum huic loco, ubi de puerorum inſtitutione per Muſicam, eorumque emolumento verba fiunt. Quid autem illud ſit, quod coram Areopagitis ipſe dixiſſe ferebatur, quodque in dubium revocat Noſter illis verbis προς τους αληθινους αρεοπαγειτας, και μη τους πλαττομενους, penitus ignoramus: niſi hoc unum novimus, teſte Iſocrate *in Areopag.*, publicam puerorum inſtitutionem apud Athenienſes Areopagitis fuiſſe concreditam.

V. 6, 7. παρ᾽ Αθηναιοις ετιμηθη και πασι τοις Ελλησιν) Id quidem in dubium a Noſtro revocari non poterat. Qua de re ait Athenaeus *lib. XIV cap.* 8: το δε ὁλον εοικεν ἡ παλαια των Ελληνων σοφια τῃ μουσικῃ μαλιςα ειναι δεδεμενη . . . . και παντας τους χρωμενους τῃ τεχνῃ ταυτῃ σοφιςας απεκαλουν: *ad ſummam vetus Graecorum ſapientia Muſica maxime contenta eſſe videtur . . . . & omnes artem illam profitentes Sophiſtas adpellarunt*.

V. 10, 11. ἁμα πολλα) Vel animo abalienatus, vel craſſe nimis dictanti addictus, cum is eadem verba ἁμα πολλα iterum efferret, bis exaravit: quare expungenda duximus; etſi puncta in male habita papyro non adpareant.

V. 12. και φιλοσοφιαν δη) Heic iterum ab imperito librario pro δη, poſitum erat δε.

V. 16. προηγαγον) Eadem diverſis verbis ſcripſerat ſuperius *Col. XI v.* 16 συμπλακεντα περιβλεπτον εποιησεν. Utitur autem verbo προαγω *produco*, ut adludat ad Stoicorum προηγμενα, in quorum numero cenſebant Muſicam, uti iam diximus ad *Col. X v.* 32, & *ad Col. XI v.* 14.

V. 18. ουδεν διδοασιν) Non alio plane ſenſu exponi poſſe verba iſthaec, fortaſſe non abnuent peritiores: his enim ad recentiorem Muſicam, quam minime veteres agnoverunt, adludit.

V. 19, 20. ειρηται περι του μερους) Haec procul dubio aliquam diviſionem reſpiciunt initio propoſitam, quo nos deſtituimur.

V. 21, 22. εν τῳ δευτερῳ των ὑπομνηματων) Vide quae adnotavimus ad *Col. XXIV v.* 5.

V. 24. ευρετης εγενετο) Muſicam divinitus hominibus datam vulgo veteres adfirmarunt. Sic Plutarchus *De Muſica*: ἡμεις δ᾽ ουκ ανθρωπον τινα παρελαβομεν ευρετην των της μουσικης αγαθων: *non hominem aliquem nos adcepimus Muſicae bonorum inventorem*; & paullo infra: σεμνη ουν κατα παντα ἡ μουσικη θεων ευρημα ουσα: *venerabilis igitur per omnia Muſica, quae Deorum inventum eſt*; & in *De Superſtitione*: μουσικην φησιν ὁ Πλατων εμμελειας και ευρυθμιας δημιουργον ανθρωποις ὑπο θεων ου τρυφης ἑνεκα και κνησεως ωτων δοθηναι: *Muſicam ait Plato elegantiae, & concinnitatis opificem hominibus a Diis datam, non luxus gratia, & pruritus aurium*. Et ipſe Plato diſputat *in Phaedro* απο μουσων, *a Muſis* eſſe Muſicum furorem, *natiſque Muſis cantum extitiſſe*, γενομενων μουσων και φανεισης ωδης. Strabo *lib. X pag.* 468: καθ᾽ ἁρμονιαν τον κοσμον συνεςαναι φασι, παν το μουσικον θεων εργον ὑπολαμβανοντες: *mundum ſecundum harmoniam conſtare tradiderunt, omne, quod Muſicum eſt, opus Dei cenſentes*. Pindarus Apollini & citharae, & totius Muſicae inventum tribuit *Pyth. Od.* 5: πορεν τε κιθαριν, διδωσι τε μοισαν, οἱς αν εθελῃ: *ſuppeditavit citharam, & Muſicam, quibuſcumque voluerit, concedit*. Idemque lyricus Minervae tibias adceptas refert, uti etiam Diodorus Siculus, quorum loca recitat Bartholinus *De Tibiis cap. III.* Item Callimachus *Hymno in Delum v.* 53 ſeptichordis lyrae Apollinem auctorem facit:

Ενθεν ὁ παις τοσσασδε λυρῃ ενεδησατο χορδας
Υςερον ὁσσακι κυκνοι επ᾽ ωδινεσσιν αεισαν.
Hinc Puer (Apollo) tot lyrae intendit chordas
Poſtea, quoties cycni partui adcinuerant.


Mi-

Minervae vero tibiae inventum adtribuit *Hymn. in Dianam v.* 244.

Ου γαρ πω νεβρεια δι' οςεα τετρηνοντο
Εργον Αθηναιης ελαφω κακον.
Nondum enim hinnulorum oſſa perterebrabant,
Quod inventum eſt Minervae cervo noxium.

Sic etiam Hygino *fab.* 165 Minerva dicitur prima ex oſſe cervino tibias compegiſſe, & ad Deorum epulum adceſſiſſe. At Plutarchus *De Muſica* ſub Soterici perſona non tantum citharam, ſed & tibiam Apollini adiudicat: ου μονη δε κιθαρα Απολλωνος, αλλα και αυλητικης, και κιθαριςικης ευρετης ο θεος: *non modo cithara Apollinis eſt, ſed cum tibiae, tum citharae inventor Deus*. Vulgo autem lyra Mercurio tributa fuit, ut in eius hymno, qui Homero adſcribitur, & paſſim apud Muſicae tractatores. Videſis Ariſtidem *Lib. II apud Meibomium pag.* 109, ubi, quae ſingulis Deorum Muſica inſtrumenta adſcriberentur, enarrat. Ad ſummam communi fere veterum eruditorum conſenſui oppedere non dubitat Epicureus noſter.

V. 28. προτερον απεδωκαμεν) Ubinam huiuſmodi rem tradiderit, plane neſcimus. Sed procul dubio in aliquo antecedentium volumine, ubi fortaſſe propius rem Muſicam adtingens, quomodo eam primitus homines didicerint, explicaverat.



COL. XXXV

G. B. Malesci del. *A. Lentari inc.*

δοσαν · οἱ δ᾽, ὡς ταυτην μονην απεδοσαν, ὑμνουσιν. Εω γαρ το πονηματων χαλεπων Θεους εισηχθαι καταδεδοικοτας. Την μεν τοι γ᾽ Αθηναν και μεμισηκεναι τους αυλους μεμυθευκασιν, και τον Ερμην αλλω παραδεδωκεναι την λυραν. Τουτο δε και προς τον μουσικη θεους χρησθαι λεγοντα πεπαιχθω, και τα δυο τα προ αυτου μεταφερεσθω, και το μουσικον μηδενα ειναι λεγεσθω. Χωρις δε του τελευταιου, ταυτα και προς τους μεγαλυνοντας επι τω χαιρειν δια μουσικης τιμωμενους εφαρμοττεσθω, και το μη προσδεισθαι των τοιουτων, μηδε πιπτειν κατ᾽ αυτους · και το θαυμασεσθαι δια ταυτα, και την των βαρβαρων τιμην, ατοπον Ελλησιν ειναι · και γαρ δια τουτων θεους τιμαν νομιζουσιν · και το τους νομοθετας, και πολιτικους ισως πεπλανησθαι τουτο συνεθισαντας, και τω νενομισθαι, καθαπερ ἡμεις ακουστικως ὑπ᾽ αυτης τερπομεθα, κακεινους, ἑτερως δ᾽ ουδαμως · και τ᾽ αλλα τα περι του μηδεν προς ευσεβειαν οικειαν εχειν ειρημενα μεχρι του νυν. Οἱ δ᾽ ἡρωες ουτε θεατρα παρεθηκαν, και ουτε παιδευει μαλλον, η φιλοσοφια, το θεατρον . . . .

. . . .

. . . .

tradiderunt : hi vero, quaſi hanc unam tradiderint, hymnis extollunt. Omitto enim Deos nobis repraeſentari laborioſa & difficilia refugientes : Minervam profecto tibias etiam odiſſe fabulati ſunt ; & Mercurium alteri ſuam tradidiſſe lyram. Hoc autem *de Mercurio* adverſus hunc, qui Muſicam Deos exercere adfirmat, iocandi gratia dictum eſto : & duo priora metaphorice ſumantur : & Muſicum neminem eorum eſſe dicamus. Sepoſito autem hoc ultimo argumento, haec etiam adaptentur adverſus eos, qui Deorum gaudium, cum per Muſicam honore adficiuntur, exaggerant, nimirum nec eos tali honore indigere, neque illo quidquam adfici; tum vero minime Graecis eſſe conveniens Deos venerari hoc pacto, quod idem eſt, ac Barbarorum cultu eos proſequi: illi enim per iſthaec Deos rite colere autumant ; tum etiam legislatores, & politicos aeque deceptos fuiſſe, cum ad haec eſſent adſueti, cumque putarent illos etiam (*Deos*), aeque ac nos, aurium ſenſu per Muſicam oblectari, nequaquam vero aliter; tum denique alia illa, quae uſque adhuc diſputavimus in illud argumentum, quod Muſica nihil ad veram germanamque pietatem conducens habeat. Neque porro Heroes theatra conſtituerunt, neque ſane theatrum magis, quam Philoſophia publicae inſtitutioni inſervit . . . .

. . . .

. . . .

V. 6, 7. Αθηναν και μεμισηκεναι τους αυλους) De hac fabula Minervae tibias proiicientis ſic Ovidius *Faſt. VI* cecinit:

Prima terebrato per rara foramina buxo,
Ut daret effeci tibia longa ſonos.
Vox placuit: faciem liquidis referentibus undis
Vidi, & virgineas intumuiſſe genas.
Ars mihi non tanti eſt: valeas mea tibia dixi:
Excipit adiectam ceſpite ripa ſuo.

De eadem fabula meminerunt etiam Propertius, *Lib. II Eleg.* 23. Claudianus *in Eutropium Lib. II*; nec non Ariſtoteles *Politic. Lib. VIII.* Hyginus *Fab.* 165; Plutarchus, Gellius, Euſtathius, & Fulgentius, quos omnes adlegat Bartholinus *De Tibiis cap. III.* Sed praeter iſtos ſervavit nobis Athenaeus duo veterum Poëtarum loca; alterum Melanippidis lyrici ex poëmate, cui nomen *Marſya Lib. XIV cap.* 2:

τα μεν Αθαναια οργανα
Ερριψε τε ιερας απο χειρος ειπε τε·
Ερρετε αισχεα σωματι λυματ'· εμε δ' εγω
Κακοτητι διδωμι;

Pallas quidem ſacra de manu abiecit inſtrumenta, dixitque abite in malam rem corporis probra turpia: Ego ne me turpi rei dedam? Quae poſtrema verba ſic optime vertit Caſaubonus cum interrogatione legens, atque adnotat: κακοτητα *adpellat* την ασχημοσυνην, *indecoram vultus compoſitionem tibias inflantium.* Quod diſcere eſt ex aliis Teleſtae Selinuntii verſibus, quos ibidem Athenaeus adlegat: δρυμοις ορειοις οργανον διαν Αθαναν δυσοφθαλμον αισχος εκφοβηθεισαν, αυθις εκ χερων βαλειν, νυμφαγενει χειροκτυπῳ θηρι Μαρσυα κλεος: *in montium nemoribus divam Minervam deformitatem oris viſu turpem expaveſcentem inſtrumentum ſtatim e manibus abieciſſe, quod gloriae foret feroci Marſiae Nymphae genito manu illud percutienti.* Hinc Clemens Alexandrinus, quem ibidem citat Caſaubonus, *Paedag. Lib. II*: προνοητεον δε μαλιστα της ευσχημοσυνης, ἡ και την Αθηναν φησιν ὁ μυθος, ἡτις ποτε ην, προμηθουμενην, αυτης των αυλων επιρριψαι το επιτερπες δια το απρεπες της οψεως: *decori quam maxime eſt nobis providendum, cuius gratia etiam fabula ait, Minervam, quaecumque tandem ea foret, ſe ipſam proſpicientem tibiarum oblectamentum proieciſſe propter oris indecentiam.* At myſticum huius fabulae ſenſum ſic explicat Ariſtides *Lib. II pag.* 109; ubi cum dixiſſet quamdam tantum tibiae melodiam multa ſcientia, & pudicitia plenam Minervae fuiſſe adtributam, ſic pergit: τοιγαρουν βραχειαν ειναι την δι' αυτης ωφελειαν επιδεικνυμενοι, και τοις σοφοις φευγειν κατα το πολυ την δι' αυλητικης ραστωνην παραινουντες, αποῤῥιψαι την θεον φασι τους αυλους, ὡς ου προσφορον ἡδονην επιφεροντας τοις σοφιας εφιεμενοις· τοις δε δια συνεχεις δημιουργιας τε, και εργασιας καματηροις τε, και επιπονοις των ανθρωπων χρησιμευουσαν: *quocirca modicam, quae per ipſam fit, utilitatem eſſe oſtendentes, ac ſapientibus plerumque fugiendam relaxationem, quae per tibias confertur, inſinuantes, Deam tibias abieciſſe inquiunt, utpote quae minime convenientem voluptatem ſapientiae cupidis adferrent; hominibus autem ob continua opificia, atque opera languidis, ac defeſſis adcommodatam.*

V. 9. Ερμην αλλῳ παραδεδωκεναι την λυραν) Orpheo ſcilicet ſuam lyram tradidiſſe aiebant veteres. En quomodo alterum *Harmonici Manualis* librum orditur Nicomachus Geraſenus: Την λυραν, την εκ της χελωνης φασι τον Ερμην ἑυρηκεναι, και κατασκευασαντα ἑπταχορδον, παραδεδωκεναι την μαθησιν τῳ Ορφει: *Lyram ex teſtudine fabrefactam Mercurium inveniſſe, eiuſque doctrinam, cum ſeptem ab ipſo chordis inſtructa eſſet, Orpheo tradidiſſe ferunt.* Ubi ſane non lyram ipſam, ſed lyrae ſcientiam tradidiſſe dicitur; at alii lyram ipſam traditam confirmant. Sic Hyginus *Poët. Aſtron.*: *Lyra inter aſtra conſtituta eſt, hac, ut Eratoſthenes ait, de cauſa, quod initio a Mercurio facta de teſtudine, Orpheo eſt tradita.*


V. 21, 22. μη προσδεισθαι των τοιουτων) Id iam inculcavit *Col. IV v.* 7, 8. Vide, quae ibi adnotavimus.

V. 23, 24. μη πιπλειν κατ' αυλους, και το θαυμασεσθαι δια ταυτα) In eamdem prorſus ſententiam ſic diſputat Arnobius *lib. VII adverſ. Gent.*: *Etiamne Dii aeris tinnitibus & quaſſationibus (adficiuntur)? etiamne ſymphoniis? Quid efficiunt crepitus ſcabillorum? ut cum eos audierint Numina honorifice ſecum exſiſtiment actum, & ferventes animos irarum oblivione deponant? An numquid, ut parvuli puſiones ab ineptis vagitibus crepitaculis exterrentur auditis, eadem*

dem ratione omnipotentia Numina tibiarum ſtridore mulcentur? Et infra: *vos aeris tinnitibus, & tibiarum ſonis . . . perſuaſum habetis Deos delectari & adfici, iraſque aliquando conceptas eorum ſatisfactione molliri.* At vero Ptolemaeus *Harmonic. lib. III cap.* 7 eius moris hanc rationem reddit: δοκει δε και το τȣς Θεους μετα μȣσης τινος επικαλεισθαι και μελωδιας, οἱον ὑμνων τε και αυλων, η των αιγυπτιακων τριγωνων, εμφαινειν, ὁτι μετα πραοτητος ευμενȣς επακουειν αυτȣς προκαλȣμεθα των ευχων: *mihi videtur hoc ipſum, nimirum Deos cum Muſica quadam, & melodia invocari ſolitos, ut puta hymnis, & tibiis, aut trigonis Aegyptiacis, id indicare, quod eos ad preces noſtras cum benigna clementia audiendas invitemus.*

V. 25. την των Βαρβαρων τιμην) Barbara Numina teſte Apuleio *de Deo Socratis* magno ſtrepitu in primis colebantur: *Aegyptia Numina ferme plangoribus (gaudent), Graeca plerumque choreis, Barbara autem ſtrepitu cymbaliſtarum, tympaniſtarum, & choraularum.*

V. 41, 42. παιδευει μαλλον, η φιλοσοφια, το θεατρον) Huiuſmodi ſupplementum & reſidua elementa, & contextus non reſpuunt. Ceterum non unus Stoicus tam praeclare de theatris ſentiebat. Ecce tibi prae reliquis Halicarnaſſeus in *I de figurata Oratione:* ἡ δε γȣ κωμῳδια, ὁτι πολιτευεται εν τοις δραμασι, και φιλοσοφει, ἡ περι τον Κρατινον, και Αριστοφανην, και Ευπολιν· τι δει και λεγειν; ἡ γαρ τοι κωμῳδια αυτη το γελοιον προστησαμενη φιλοσοφει: *Comoedia, utpote quae rempublicam adminiſtrare docet ſuis repraeſentationibus, etiam philoſophatur: qualis ſcilicet eſt illa Cratini, & Ariſtophanis, & Eupolis: quid porro aliud eſt dicendum? enimvero comoedia ipſa, quae ad riſum captandum eſt comparata, philoſophiae ſchola eſt.* Idem de Tragoedia ſuperius dixerat.



G. B. Malesci del. *Gius. Aloja inc.*

COLUMNA XXXVI.

δευον θαυμαζειν , και επιτηδευειν ματαιον ὑπο γε ποιητων παραδιδομενον . Ουκ εστιν πικρον , ει δε μη γ' εχρην , τας αιτιας δι' ἁς εδιδασκοντο την μȣσικην λεγειν , και προσεμφανιζειν · Ως ευλογοι Φαινονται δ' ȣν οἱ μεν μȣσικοι γεγονοτες ȣκ ευγενεις , ȣδ' ευτυχεις , αλλα δημιȣργοι τινες , και λειτȣργοι παρα τας ευωχιας , ειμη τινας επλασαν οἱ ταυτα διαπονησαντες · των δε μεγαλων εἱς τις , η δευτερος ὁσον μετριον κιθαρᾳ και μελωδιᾳ χρωμενος , ——

———————————

———————————

———————————

———————————

———————————

απαντες δε παραδεχομενοι ταυτας δια τερψιν · Τα γαρ των αγαθων ανδρων πραξεις και τ' αλλα διανοηματα λογον ἑτερον εχει . Δημοκριτος μεν τοινυν , ανηρ ȣ Φυσιολογωτατος μονον των αρχαιων , αλλα και των ἱστορȣμενων , ȣδε νεοτητ' αν πολυπραγμων , μȣσικην Φησι νεωτεραν ειναι , και την αιτιαν αποδιδωσι λεγων · μη αποκρινω τ' αναγκαιον , αλλα εν τȣ περιευντος ηδη γινεσθαι · πλην αλλα αρχαιοτατη δοκει τε , και Φερειν τι θαυμασιωτατον , και εγκλειειν . . . .

. . . .

admirari & ſectari ſtultitias , quas Poëtae tradunt .

CAP. XIX. Quibus de cauſſis vulgo Muſicam diſcerent ?

❡ Non diſplicet nunc , niſi etiam neceſſe eſt , cauſſas , ob quas Muſicam vulgo didicerunt , ediſſerere , & aperire . Quippe ſcilicet inepti viderentur homines quotquot nec genere , nec fortunis diſtincti Muſicam profiterentur , & opifices , & quaſi conviviorum miniſtri eſſe ducerentur , niſi aliquas commenti eſſent rationes , qui huiuſmodi exercerent : mox vero magnorum hominum unus vel alter, qui moderate cithara & melodia uſus eſt , & vulgus omnis rationes haſce delectationis gratia receperunt . Excellentium enim virorum acta , diverſaeque opiniones alio pacto loquuntur . Enimvero Democritus maximus naturae interpres non ex antiquis ſolum , ſed etiam inter quotquot ad noſtram uſque memoriam floruere, vir minime novitatis ſtudioſus , Muſicam ait iuniorem eſſe, & rationem reddit dicens : Non iudico neceſſariam , ſed ſuperflui loco iam eſſe; attamen antiquiſſima aliquibus videtur , & mirabilia admodum ferre , & in ſe includere . . . . . .

. . . .

V. 15, 16. *των δε μεγαλων*) Magni iſti viri non admodum multi, quos Muſica moderate uſos fuiſſe, & praeclara de eadem praedicaſſe fatetur Noſter, non alii fortaſſe ſunt, quam Pythagoras, Socrates, Archytas, aliique Philoſophi, quos a Muſica minime abhorruiſſe conſtat: ipſis propterea opponit mox Democriti auctoritatem, & Platonis.

V. 19 *uſque ad* 23. En rurſus uncis incluſos redundantes quatuor *στοιχους* per errorem bis exaratos, quos minime dictatos, ſed ex *αυτογραφω* exſcriptos adparet. Fraudi enim exſcribenti fuit particula *δια*, quae bis in hiſce ſex verſibus recurrit. Cum enim ligneus ille, ſententiaeque minime addictus deſcripſiſſet *παραδεχομενοι ταυτα δια*, mox retortis ad *αυτογραφον* oculis, ut quid poſt illud *δια* inſequeretur cerneret, in aliud ſuperius poſitum *δια* incidit, qui eſt *v.* 14; quodque ſibi adhaerens habet *πονησαντες*; atque iterum ea verba ſecurus adpinxit.


V. 26. *των αγαθων ανδρων κ. τ. λ.*) Non alios heic profecto vocat *αγαθους*, quam quos ſupra *v.* 15 16 dixerat *μεγαλους* h. e. *ſapientia eximios*, *&* *hominum vulgo praeſtantiores* inter quos Democritus, & Plato, quos infra adlegat. Iſtos enim longe aliter factitaſſe, & ſenſiſſe adfirmat.

V. 29. *Δημοκριτος κ. τ. λ.*) Non immerito tantis laudibus Democritum Epicureus Noſter mactat, quem Magiſtro ſuo in pluribus, & praecipue in atomorum doctrina praeiviſſe, diffiteri non poterat. Qua de re Tullius *I De Fin.*: *Democrito* (*Epicurus*) *adiicit perpauca mutans, ſed ita, ut ea, quae conrigere vult, mihi quidem depravare videatur*: & infra: *Epicurus, in quibus ſequitur Democritum, non fere labitur*. Ceterum de eximia Democriti doctrina apud omnes conſtabat, qui propterea teſte Laërtio *lib. IX* in philoſophia *πενταθλος* dictus eſt: *τα γαρ φυσικα, και τα ηθικα, αλλα και τα μαθηματικα, και τους εγκυκλιους λογους, και περι τεχνων πασαν ειχεν εμπειριαν*; *phyſica enim, moralia, mathematica, diſciplinarum liberalium rationes, artiumque omnem habebat peritiam*. Eum autem inter alia innumera etiam Muſica tractaſſe, librumque, cui titulus *περι ρυθμων και αρμονιης*, *de Rhythmis* & *Harmonia* adornaſſe teſtatum facit idem Laërtius ibidem; unde iſta fortaſſe, quae Noſter recitat, deſumta ſunt.

V. 35. *νεωτεραν*) Antiquiſſimam *Μουσοφιλοι* eam artem praedicabant, quos inter Plato. Sic Maximus Tyrius Platonicus illam *πρεσβυτατον των εν ψυχη επιτηδευματων*, *antiquiſſimam omnium animi diſciplinarum*, dicit. Democritus contra iuniorem, quippe eam non neceſſariam, ſed inter ſuperflua haberet. Neceſſaria enim profecto ſunt antiquiſſima.

V. 37. *μη αποκρινω κ. τ. λ.*) Democriti ipſius verba procul dubio ſunt haec, utpote quem *ιωνιζειν* in voce *περιευντος* vides.

CO-



G. B. Malesci del. ed inc.

COLUMNA XXXVII.

. . . . δοκει δε
και τα φαυλα κατατετε-
μησθαι , καταρχας ὡς αν
ὑπο πηλωδεστερων , ὑστε-
ρον δ' ὑπο των συνετωτε-
ρων . Τα δυσγνωστα μεν ἁ
Πλατων , ὁσῳ συμφορω-
τερα . Μικροψυχον δε και
μηδεν αξιολογον εχον-
των , ᾧ παραπεμψουσιν
αὐτους . Τι γαρ δει λεγειν ;
ευδαιμονας ποησουσιν
τῳ δια την ἑαυτοις ποτε
παρασκευην της τερψε-
ως πονειν μανθανειν ,
και την αφθονιαν ουχ ὁ-
ρωντων , ὁση των ακροα-
ματων εστιν , των δημο-
σιᾳ παρισταμενων , ουδε
την εξουσιαν του δια παν-
τος , ει βουλοιμεθα μετεχειν
κατα πολιν · ουδ' εφισταμε-
νων επι το και δια μα-
κρων χρονων την φυσιν
επικυπτειν , και ταχεως προσ-
κορη γεινεσθαι · διο και
παρεκτεινοντων πολλα-
κι των αγωνων αλλο τι
πραττομεν . Εω γαρ το , την
μεν ἡδονην ουκ αναγ-
καιον ειναι , την δε μαθη-
σιν , και μελετην , ἱνα τερ-
πωμεν αὐτους , επιπονον
τ' ειναι , και των κυριωτα-
των προς ευετηριαν εκκρει-
ουσαν , και την συνεχως α-
πρεπειαν του μειρακιω-
δως ᾀδοντος , η κιθαριζον-
τος εν εργῳ . Περι δε του μη-
δεν διαφορωτερον , η δεον
. . . .
. . . . τοις

. . . . Puto autem vitioſa etiam ab ea defecta fuiſſe, utpote cum initio a lutulentis hominibus tractaretur, poſtea vero a ſolertioribus. Cognitu quidem difficilia ſunt, quae ſcribit Plato, quo utiliora. Puſillanimi autem viri, & qui nihil egregium praeſtare queat, illud eſt, quo ſeſe committent. Quid enim dicendum? ſemet felices reddent, diſcendo nunc laborare, ut aliquando ſibi oblectationem comparent: cum neque videant, quot acroamatis publice abundemus, quantaque dignitas nobis parata foret, ſi vellemus noſmet publicis negotiis immiſcere: neque illud animadvertant temporis longitudine naturae propenſionem deficere, & brevi exſaturari. Propterea fit, ut ſaepe nos, ſpectaculis in longum abeuntibus, alia omnia agamus. Praetereo enim dicere eam oblectationem minime neceſſarium quid eſſe, diſcere vero & ſtudere, ut noſmet oblectemur, non modo laborioſum eſſe, ſed etiam proprium principum virorum, propter reginam opulentiam, *qua perfruuntur*; neque dicam, quam indecorum ſit virum, quaſi pro ſuo munere, pueriliter perpetuam dare operam cantui, & fidibus. Quod autem nihil praeſtantius, vel opportunius . . .
. . . .
. . . .
ad-

V. 6, 7. *δυσγνωςα μεν ὁ Πλατων*) De Platone, cuius auctoritati aperte oppedere veretur Noſter, ut videre eſt in *Col. XXIV*, cum ad ſuas trahere partes non poſſet, tribus verbis more ſuo ſe expedit dicens, *intellectu difficilia eſſe*, *&* *arcana quae Plato ſcripſerat*, *quo magis utilia*, iis nempe, qui eius mentem adſequi valerent: re tamen vera Plato ſatis aperte Muſicam extollit. Epicurus profecto Pamphili Platonici auditor Sami fuerat, teſte Laërtio, & Tullio *de Nat. Deor.*, *ſed hunc Platonicum*, ait, *mirifice contemnit Epicurus: ita metuit*, *ne quid unquam didiciſſe videatur*. Sed Noſter Epicureus fortaſſe aequior eſt.

V. 16. *&* *ſeq.* *και αφθονιαν κ. τ. λ.*) Stultum nempe fuiſſe contendit ſtudere, ac laborare in Muſica addiſcenda, ut quis ſibimet oblectationem in poſterum compararet, cum publice praeſto eſſent innumera acroamata, id eſt aures oblectandi rationes, a quibus, ut adnotavimus, minime Epicurei abhorrebant; atque ita alienis impenſis ſe quiſque poſſet oblectare.

V. 21. *ει βωλοιμεθα μετεχειν κατα πολιν*) Amanuenſis fraude hinc excidiſſe reor poſt *μετεχειν* particulam *των*: ita enim ſyntaxis melius conſtaret. Ceterum haec reſpiciunt Epicuri dogma, qui Sapienti, teſte Laërtio, *πολιτευεσθαι*, *ad Rempublicam adcedere* interdixerat; & ipſemet, ut idem Laërtius habet, *ὑπερβολη επιεικειας ωδε πολιτειας ἡψατο*, *per ſummam modeſtiam ad Rempublicam non adceſſit*. Hinc Tullius *Fam. VII ep.* 10 ſic Trebatium Epicureum adloquitur: *Quid porro fiet populo Ulubrano*, *ſi tu ſtatueris πολιτευεσθαι non oportere*? Seneca vero *Lib. de Otio Sapientis* ſic Epicuri ſententiam conceptam refert: *non adcedet ad Rempublicam ſapiens*, *niſi ſi quid intervenerit*. Conſule, ſi lubet, Gaſſendum de hac Epicuri doctrina fuſius diſputantem.


V. 30. *ἡδονην ωκ αναγκαιον ειναι*) Quandoquidem Epicurei *την ἡδονην* bonorum finem agnoſcebant; videri poſſet ſibi non conſtare Epicureus Noſter, qui *την ἡδονην* non neceſſariam heic edicit. Atqui ſecundum Epicurum non omnes voluptates neceſſariae ſunt, ſed eae tantum, per quas naturalibus, & neceſſariis cupiditatibus occurrimus; ſcribit enim ipſe in *epiſt. ad Menoeceum apud Laërt. Lib. X*: *τοτε ἡδονης χρειαν εχομεν*, *ὁταν εκ τω μη παρειναι την ἡδονην αλγωμεν*, *ὁταν δε μη αλγωμεν*, *ουκετι της ἡδονης δεομεθα*: *tunc voluptate egemus*, *cum ex illius abſentia excitatur in nobis dolor*: *at cum non dolemus*, *tunc nulla in nobis voluptatis indigentia eſt*. Vide Petrum Gaſſendum in hunc locum. Iure igitur dicit eam voluptatem, quae Muſica percipitur, neceſſariam non eſſe, ideoque ſtultum, velle in praeſentia laborare, & diſcere; ut aliquando nos hoc pacto oblectemur; non ſecus ac apud Tullium *I. De Finib.* ait Torquatus Epicureus: *propter voluptatem & parvam*, *& non neceſſariam*, *& quae vel aliter pararetur*, *& qua etiam carere poſſent ſine dolore*.

V. 31. *αναγκαιον*) Vide heic inficetam ſcioli emendationem, qui refinxit *αναγκαιαν*, infra vero reliquit *επιπονον*.

V. 35. *προς ευετηριαν εκκρειουσαν*) Quid aliud eſſe poteſt *ευετηρια εκκρειουσα*, quam *regina pecunia* Horatii, qui *I Epiſt.* 6, *v.* 32 ait:

Et genus, *&* *formam* regina pecunia *donat*.

Vidimus iam altera vice horatianam phraſim in hoc Philodemi ſchediaſmate *Col. IX v.* 37, 38 occurrere. Anne Flaccus in Epicureorum ſchola, cui nomen dederat, huiuſmodi phraſes didicerat, quas latinas fecit?



G. B. Malesci del. *Bart. Oratij inc.*

παθημασιν , υστερον που διασκεψομεθα . Οταν δε περι ȣσιαν , και δοξαν εκ τȣ μαθηματος φωσι περιγινεσθαι λεγωμεν , οτι κοινα τε προφερονται πολλων επιτηδευματων , και λειπομενα πλειονων · και μετα πονων λυσιτελειν , και μαλλον μηριω τοις αγωνισταις , η τοις αρμονικοις . Το δ' εν συμποσιοις και συλλογοις αλλοις εχειν τι λεγειν και απαρχεσθαι και κοινον εστιν αλλων , και ȣ παρα παντων , ως επ' ενιων , αξιȣμενον · ισως δε νυν καταγελωμενον , ει φιλοσοφος ποιοιη τοδε θεωρητικον υπο των πλειστων ȣ συνιεμενον , και προς το συντελεισθαι δεομενον μελετης , η των προς μακαριοτητα τεινοντων αφιστησι · και μυριω κρειττον εχειν την ευθυμιαν , η την αχρηστιαν επιδεικνυμενȣς των αλλων τιλων εκ της διεξοδȣ περαινοντας . Τοσαυτα τοινυν ειρηκως , προς α τινες εγκεχειρηκασι , δια τ' ειναι μην αν δεοντως . οτι χαριν μεν πιθανοτητος αυτων ȣδε πολλοστημοριον ωφειλον εκτεινειν , δια δε την δοξαν των προσταντων , και την των πλειστων συγκατακοσμησιν ανθρωπων , και τον λεγοντα θαυμασια . . . .

. . . .

. . . .

adfectibus, poſtremo conſiderabimus. Cum autem opes, & gloriam ex iſta diſciplina provenire aiunt, reſpondeamus, iſthaec proferri multis ſtudiis communia, & a quamplurimis etiam abeſſe; nec ſine laboribus eam proficuam eſſe, multoque magis Scenicis, quam nudis Harmonicis. Illud vero, in conviviis, aliiſque coetibus habere, quod dicas, & primas capere tum commune eſt aliorum ſtudiorum, tum etiam non ab omnibus, uti a quibuſdam, iſtud expetitur: fortaſſe etiam nunc ridiculum fuerit, ſi Philoſophus theoreticum huiuſmodi argumentum *in conviviis* proponat, quod a pleriſque minime intelligatur, quodque, ut explicetur, ſtudio indigeat, quod utique iis, qui ad beatitatem contendunt, deficit: atque id cum nos multo potiorem eſſe animi tranquillitatem, quam aliarum quiſquiliarum inutilitatem in totius operis concluſione ex iſta digreſſione oſtendamus. Tot igitur tantaque diſſerui adverſus ea, quae aliqui tractarunt, propterea, quia opportunum fortaſſe erat. Namque profecto propter ipſorum ſuadelam ne minima quidem parte debebam me extendere; ſed propter opinionem eorum, qui praeſunt, & propter multorum hominum conſtitutionem, & propter hunc, qui mirabilia praedicat . . . .

. . . .

. . . .

V. 12. 13. *εν συμποσιοις και συλλογοις εχειν τι λεγειν*) Plura habet Plutarchus Muſicarum quaeſtionum exempla, quae in conviviis proponi ſolebant cum in ſuis *Convivalibus*, tum in libro cui titulus: *Non poſſe ſuaviter vivi ſecundum Epicurum*, quas Epicureos ait *βδελυττεσθαι και Φευγειν*, *abominari & fugere*.

V. 16. *ου παρα παντων . . . αξιουμενον*) Id eo ſenſu intelligendum, quod plures huiuſmodi gloriolam, primas ſcilicet in coetibus capiendi, minimi ducerent, quos inter profecto erant Epicurei, hoc Magiſtri ſui dogmate, quod ad Pythoclem ſcripſerat *apud Laërt. lib. X*, edocti: *ουκ ιδιολογιας, και κενης δοξης ὁ βιος ἡμων εχει χρειαν, αλλα του αθορυβως ἡμας ζην*: quae optime Gaſſendus vertit: *ad vitam noſtram nihil confert placita propria iactitare, inanique gloria geſtire, ſed animo imperturbato eſſe*.

V. 18. *& ſeq. καταγελωμενον ει Φιλοσοφος κ. τ. λ.*) Quidvis enim potius, quam Muſicas quaeſtiones in conviviis propoſitas ferre quibant Epicurei. Hinc Plutarchus in Libro, cui titulus: *Non poſſe ſuaviter vivi ſecundum Epicurum*: *προβλημασι μουσικοις, και κριτικων Φιλολογοις ζητημασιν ουδε παρα ποτον διδους χωραν, αλλα και τοις Φιλομουσοις των βασιλεων παραινων στρατηγικα διηγηματα, και Φορτικας βωμολοχιας ὑπομενειν μαλλον εν τοις συμποσιοις, η λογους περι μουσικων, και ποιητικων προβληματων περαινομενους· ταυτι γαρ ετολμησε γραΦειν εν τω περι βασιλειας*: *Muſicis quaeſtionibus, & eruditis Criticorum diſquiſitionibus ne inter pocula quidem locum concedit (Epicurus): imo Regibus Muſarum ſtudioſis auctor eſt, ut in conviviis narrationes militares, & importunas ſcurrilitates potius tolerent, quam diſputationes de Muſicis, & Poëticis quaeſtionibus inſtitutas. Haec enim auſus eſt ſcribere in libro de Regno.* Et plura alia in idem argumentum infra habet. Vide etiam, quae idem diſputat *Convivalium lib. I. quaeſt. 1. An Philoſophandum ſit inter pocula?*

V. 19. *ποιωη*) Male adpingitur I poſt H, quod *τῳ* Ω eſt ſubſcribendum.

V. 26. *την ευθυμιαν*) *Περι ευθυμιης de ſecuritate*, ſive *animi tranquillitate*, ut interpetratur Cicero *de Finibus* librum ſcripſerat Democritus, de quo Laërtius, Plutarchus, Clemens Alexandrinus, Tullius, Seneca, aliique meminerunt, qui forte, ut recte coniicit Menagius in Laërtium, non eſt diverſus ab eo, quem inſcripſerat *περι τελους*, *de Fine*: animi enim tranquillitatem tanquam homini finem, ſummumque bonum proponebat. Quare ſcribit Tullius l. c. *Democriti autem ſecuritas, quae eſt animi tamquam tranquillitas, quam adpellant ευθυμιαν, eo ſeparanda fuit ab hac diſputatione. quia iſta animi tranquillitas ea ipſa eſt beata vita.* Eius libri initium ſervavit nobis Stobaeus *Serm. CI*, quod eſt: *Τον ευθυμεισθαι μελλοντα χρη μη πολλα πρησσειν μητε ιδιῃ, μητε ξυνῃ*: quae verba ſic vertit Seneca *lib. de Tranquillit. Animi*: *Qui tranquille volet vivere, nec privatim agat multa, nec publice.* Inertia igitur comparandam animi tranquillitatem putabat Philoſophus ille: quare in libro, quem *περι ευθυμιας* adornavit Plutarchus, ſic ipſum carpit: *ο μεν ουν ειπων ὁτι δει τον ευθυμειν μελλοντα μη πολλα πρησσειν, μητε ιδιῃ, μητε ξυνῃ, πρωτον μεν ἡμιν πολυτελη την ευθυμιαν καθιστησι γιγνομενην ωνιον απραξιας*: *is igitur, qui dixit, animi tranquillitatem adfectantem neque privatim multa, neque publice debere agere, primum magno nobis emendam proponit rem, venalem nimirum inertia.* Hanc porro ipſam doctrinam ſibi uſurpaverat Epicurus; mutato tamen nomine vocabat *της ψυχης αταραξιαν*, *animi imperturbabilem ſtatum*. Sed nemo non agnovit utriuſque doctrinae adfinitatem. Sic Theodoritus *Serm. XII*: *Δημοκριτῳ δε, και Επικουρῳ λιαν μεμΦομεθα παραιτεισθαι και τον γαμον, και την παιδογονιαν κελευουσι· την γαρ τοι ἡδονην ὁρισαμενοι τελος, τα Φροντιδας εχοντα, και τινας ανιας παντελως απεκηρυξαν*: *Democrito, & Epicuro valde ſuccenſemus, qui & a nuptiis, & a liberorum procreatione homines dehortantur. Qui enim felicitatem voluptate ſola finiebant, quidquid vel curarum aliquid, vel faſtidii adferre poſſet, omnino reiiciebant.* Eadem habet Clemens Alexandrinus *II Stromat.* Quare Tullius *I De Nat. Deorum* ſic Velleium Epicureum loquentem inducit: *Nos beatam vitam in animi ſecuritate, & omnium vacatione munerum ponimus.* Itaque Noſter nunc ipſam Democriti vocem uſurpare non dubitat. At non modo Epicurus ſuo ſapienti, ſive beato a nuptiis, a liberis procreandis, ab amore, a republica abſtinendum eſſe edicebat, ſed etiam ab omni diſciplina addiſcenda. Siquidem ad Pythoclem ſcribebat: *παιδειαν πασαν μακαριε Φευγε*: *diſciplinam omnem o beate fuge.* Hinc Quintilianus *lib. II cap. 18*: *Epicurus in primis nos a ſe ipſe dimittit, qui fugere omnem diſciplinam navigatione quam velociſſima iubet.* Et Plutarchus *de Audiendis Poëtis* ait praeceptum Epicuri eſſe *ποιητικην Φευγειν, και παρεξελαυνειν*: *poëticam fugere, & praeterire.* Ea nempe de cauſſa, quia inutilia huiuſmodi ſapienti, beatoque viro duceret: id quod Tullius ex Torquati perſona in *I De Finib.* ſic exponit: *nonne ei (Epicuro) maximam gratiam*

tiam habere debemus , qui , exaudita quaſi voce naturae , ſic eam firme graviterque comprehenderit , ut omnes bene ſanos in viam placatae , tranquillae , quietae , beatae vitae deduceret ? qui , quod tibi parum videtur eruditus , ea cauſſa eſt , quod nullam eruditionem eſſe duxit , niſi quae beatae vitae diſciplinam iuvaret ? An ille tempus aut in Poëtis evolvendis . . . . conſumeret , in quibus nulla ſolida utilitas, omniſque puerilis delectatio ; aut ſe, ut Plato , in Muſicis, geometria , numeris , aſtris contereret ? Iure ergo Noſter ſecundum ſuae ſectae placita ευθυμιαν multo pluris, quam *inutiles alias quiſquilias* faciendam eſſe pronunciat.

V. 29. τιλων) MS. offert τιτων, vel τιπων. Quid monſtri hoc eſt ? Refinge igitur τιλων. Τιλας enim adpoſite adpellat Epicureus Noſter prae ευθυμια Muſicam ſcientiam, & gloriolam, quam ex ea quidam captare ſtudebant, utpote αχρηϛυς, *inutiles* ad beatitatem adſequendam. Id enim in totius operis concluſione ſe intendere profitetur.

V. 39. συνκατακοσμησιν) Nulli dubium, quin ita legendum ſit; etſi ante K adſit N pro Γ, quod ſcribere ſolemus. Sed huic Calligrapho, quem minime Graecum hominem ducimus , cuiuſque oſcitantiam ab ovo , ut aiunt , ad malum uſque experti ſumus , quis fidere auſit, ut certam inde ſcripturae normam capiat? Συγκατακοσμησις vero nihil aliud heic ſignificare poteſt , quam *conſtitutio*, qua nempe fiebat, ut apud plures gentes vulgo recepta eſſet Muſica, & in honore habita: quapropter ſe tam multa ſcriptitare , noſque defatigare opportunum Noſter exſiſtimavit.

MOleſto ac ſalebroſo itinere tandem, ut licuit, perfuncti ab aequis harum rerum aeſtimatoribus noſtram qualecumque operam, quam in reſtituendo hoc volumine locavimus, probatum iri ſperamus: qua enim ſupplendo, qua emendando ſatis probabilem, ni fallimur, lectionem, ſententiamque expiſcati ſumus. Atque utinam vel eius argumentum praeſtantius fuiſſet, vel certe robuſtiorem, elegantioremque Scriptorem nacti eſſemus! Atqui nec ipſo argumento, neve Scriptoris artificio, elegantiaque ſatis commendabile, imo leve, Atticoque ſale omnino expers, ne dicam inficetum, illud fateri cogimur. Itaque adprime verum experti ſumus, quod ait Tullius III De Finibus Epicureos homines minime verſutos in diſſerendo fuiſſe. Immo vero inconditam quamdam inelegantiam de induſtria eos adfectaſſe crediderim, utpote qui eam profiterentur ſectam, quae eruditionem omnem, dicendique veneres averſabatur, & ut in reliquis, ſic in ſcribendo Magiſtri ſui negligentiam imitari ſtuderent: quam ob cauſſam fiebat, ut eorum ſcripta nemo legere pateretur, teſtante eodem Tullio Tuſcul. II: Epicurum & Metrodorum non fere praeter ſuos quiſquam in manus ſumit. Quo enim alio pacto fieri poterat, ut Philodemus noſter, quem idem Cicero in Piſonem ait, non philoſophia ſolum, ſed etiam ceteris ſtudiis, quae fere ceteros Epicureos negligere dicunt, perpolitum; eiuſque carmina, ita feſtiva, ita concinna, ita elegantia, nihil ut fieri poſſit argutius, & ipſemet teſtatur, & eruditi omnes ex iis, quae adhuc reſtant, agnoſcunt; adeo negligens & inconcinnus non in hoc uno tantum volumine, ſed & in aliis, quae iam patuerunt, adpareat, niſi haec vel ſtans pede in uno dictaſſet, vel elegantiam omnem de induſtria repudiaſſet? Attamen noſtros labores tanto κειμηλιῳ, utpote vetuſtiori, quotquot uſquam exſiſtunt, manu exaratorum codici in hujuſce ſaeculi lucem promendo, & Europae univerſae ſtudiis & expectationi implendis impendiſſe non piget: quidquid moroſi & inficeti vetuſtatis contemtores obganniant. Norunt enim, qui vere ſunt eruditi, quantum ex hiſce antiquorum reliquiis, adcipiant bonae litterae incrementum. Immo vero, antequam manum de tabula, in eorum gratiam, qui pleno hauſtu Graeca non guſtant, ne in verſione καλα λεξιν adornata, & frequentibus lacunis interrupta haereant, commentarios in ſingula capita inſtruemus, e quibus tota Epicurei noſtri mens in huiuſmodi diſputatione uno veluti obtutu perſpici queat, addita textus paraphraſi, quae cum liberior, & ad latinae linguae ingenium adcommodatior ſit, tum etiam continenti ſermone proferatur. Lacunas enim ex coniectura noſtra oppletas, & curſivo charactere deſcriptas paſſim invenies. Itaque & mutilationibus, & obſcuritati, & inelegantiae Epicurei ex tempore dictantis, & incuriam adfectantis mederi ſtudebimus.

Quando autem, ut in antecedentibus probavimus, fere tota Philodemi noſtri diſſertatio in confutando Stoico Diogene, vulgo Babylonio, verſatur; huius ſcriptis nos orbari ſane moleſtum eſt: quae, ſi extarent, incredibili nos labore levaſſent. Idcirco ut Diogeneae diſputationis veluti συνοψιν lectores propoſitam habeant, atque expeditius ad Philodemum adcedant, Maximi Tyrii fruſtum, ex eius Diſſertatione XXXVII, ſive XXI, heic adſuere iuvat. In eo enim Platonicus iſte omnia encomiorum capita, quibus Muſicam veteres Μουσοφιλοι mactabant, quaeque convellenda ſibi adſumſit Philodemus, per compendium, diverſo licet ordine, recenſet. Itaque hinc nullo negotio, unoque obtutu univerſae Philodemi tractationis argumenta ediſces; & ex adſcriptis paſſim in verſione numeris, quo in capite a Philodemo illa tractentur, invenies.

EX MAXIMI TYRII DISSERTATIONE XXXVII, VULGO XXI.

Ει συμβαλλεται προς αρετην τα ενκυκλια μαθηματα?
An quidquam ad virtutem artes liberales conferant?

§. δ. Νυν δε δη μουσικης περι του πρεσβυτατȣ των εν ψυχῃ επιτηδευματων προχειρισαμενοι λεγωμεν τα εικοτα· ὡς εϛι καλον μεν και ανδρι ἑνι μουσικη, καλον δε αυ και πολει, και γενει συμπαντι, ᾧ των θεων μοιρα μουσικην συνεβη επιτηδευθηναι. Ου τι τοι λεγω την δι' αυλων, και ῳδων, και χορων, και ψαλματων ανευ λογου επι τῃ ψυχῃ ιουσαν, τω τερπνῳ της ακοης τιμηθεισαν. Ταυτην μεν γαρ εοικεν ἡ ανθρωπινη αγαπησασα πλημμελεια, ἑπομενη τῳ ἡδει Φαινομενῳ, νοθευσασα δια τȣ ερωτος

§. 4. Nunc vero de Muſica omnium animi diſciplinarum antiquiſſima (XIX), ut inſtituimus, convenientia dicamus: eam nimirum & unicuique homini, & univerſis urbibus, & nationibus, quibus Deorum munere ipſam exercere contigit, conducere (XVII). Non eam dico, quae tibiis, vel cantiunculis, vel choreis ſimul & cantibus ſine ullo verborum ſenſu animum penetrat, & ob unam aurium oblectationem in praetio habetur (XIV). Hanc enim amplexa eſſe videtur humana conruptio adparentem voluptatem ſequuta, & ob huiuſce

τος τουτου την ακριβειαν της μουσικης. Το γαρ νυν εχον εξιτηλος ἑμιν γενομενη οιχεται, αποδυσαμενη το αυτης καλλος το υγιες εκεινο, και αρχαιον εξαπατωσα ἡμας . . . . . ἡ δε παρανομια κατα σμικρον συμφορηθεισα ἡμιν την ψυχην εις τον ολισθον τουτον κατεσπασε και ιδια, και δημοσια . . . . μεταπεσουσα δε ἡσυχῃ επι τεχνην ακορεστου χαριτος εν σκηνῃ και θεατροις αρχη της περι πολιτειαν αυτοις πλημμελειας εγενετο. Η δε αληθης ἁρμονια, ἡ ᾳδει μεν ὁ μουσων χορος, εξαρχει δε αυτης ὁ Απολλων ὁ μουσηγετης, σωζει μεν ψυχην μιαν, σωζει δε οικον, σωζει πολιν, σωζει ναυν, σωζει στρατοπεδον.

§. ε. Ει δε Πυθαγορᾳ πειθομεθα, ὡσπερ αξιον, και μελωδει ὁ ουρανος, ου κρουομενος, ὡσπερ λυρα, ουδ' εμπνεομενος, ὡσπερ αυλος· αλλ' ἡ περιφορα των εν αυτῳ δαιμονιων και μουσικων σωματων, συμμετρος τε ουσα και αντιρροπος ηχον τινα αποτελει δαιμονιον. Της ᾠδης ταυτης το καλλος Θεοις μεν γνωριμον, ἡμιν δε αναισθες δι' ὑπερβολην μεν αυτου, ενδειαν δε ἡμετεραν ... Η δε γε ανθρωπινη, και περι την ψυχην ιουσα τι αν ειη αλλο, η παιδαγωγημα των της ψυχης παθηματων, το μεν εξαττον αυτης και φερομενον κατεπαδουσα, το δε παρειμενον και εκλελυμενον εμπαλιν επαιρουσα, και παροξυνουσα; Δεινη μεν γαρ επελαφρυναι οικτον, δεινη δη αμβλυναι οργην, δεινη δε επισχειν θυμον, αγαθη επιθυμιαν σωφρονισαι, και λυπην ιασασθαι, και ερωτα παραμυθησασθαι, και συμφοραν κουφισαι· αγαθη και εν θυσιαις παραστατις, και εν δαιτι συσσιτος, και εν πολεμῳ στρατηγος· δεινη δε και εν ἑορταις ευφραναι, και εν Διονυσιοις κωμασαι, και εν τελεταις επιθειασαι· δεινη και πολιτειαις ηθος κερασαι τῳ μετρῳ. Ουτῳ Βοιωτους τους αγροικους αυλος επιτηδευμενος ἡμερωσε, και ποιητης Πινδαρος συνῳδος τῳ αυλῳ· και Σπαρτιατας ηγειρε τα Τυρταιου επη, και Αργειους τα Τελεσιλλης μελη, και Λεσβιους ἡ Αλκαιου ᾠδη· οὑτω και Ανακρεων Σαμιοις Πολυκρατη ἡμερωσε, κερασας τῃ τυραννιδι ερωτα, Σμερδιου και Κλεοβουλου κομην, και καλλος Βαθυλλου, και ᾠδην Ιωνικην.

§. ϛ. Τα δε τουτων αρχαιοτερα εις τι χρη λεγειν; Ορφευς εκεινος ην μεν Οιαγρου παις, και Καλλιοπης αυτης, εγενετο δε εν Θρακῃ εν τῳ Παγγαιῳ ορει· νεμονται δε τουτο οἱ Οδρυσαι, ορειον γενος, λησται, και αξενοι· αλλ' ειποντο γε Οδρυσαι εκοντες ἡγεμονι Ορφει καλῃ κηλουμενοι τῃ ᾠδῃ. Τουτο αρα δρυς, και πετρας εγενετο αγειν, εικαζοντων το αγεννες του των κηλουμενων τροπου αψυχοις σωμασιν....

§. ζ. Και τι δει πλειω λεγειν; η μουσικης περι απομηκυνειν; αγαθη μεν εν ειρηνῃ επιστατις,

huiuſce voluptatis amorem veram legitimamque Muſicam adulterans. Hodie enim vera illa penitus evanuit; haec autem depoſita antiqua illa & ſincera pulchritudine imponit nobis . . . . depravatio autem paullatim ſeſe inſinuans, animum noſtrum cum publice, tum privatim in hanc perniciem traxit . . . . . Cum porro ſenſim ſine ſenſu ad artem inſatiabilis voluptatis plenam in ſcena, & theatris deflecteret, conrumpendae reipublicae fuit principium. At vera harmonia, quam Muſarum canit chorus, dux earum inchoat Apollo (XVIII), animum in ſuo ſtatu retinet (I), domum ſervat (VI), ſervat navem, ſervat exercitum (V).

§. 5. Quod ſi Pythagorae, ut par eſt, credimus, caelum (XV) quoque modulationem edit; non quod, ut lyra, pulſetur, aut infletur, ut tibia, ſed quod divinorum muſicorumque corporum concinna, aptaque circumlatio divinum quemdam in eo excitant concentum: cuius quidem pulchritudinem Dii ſentiunt, nos vero non item, propter eius excellentiam, noſtramque imbecillitatem (XV) ... At vero humana, quae circa animum verſatur, quid aliud eſt, quam animi adfectuum moderatrix, quae ſcilicet eum elatum, & exſultatem demulceat, & manſuefaciat, vel demiſſum, & diſſolutum excitet, exacuatque (I & XVI)? Haec enim luctum levare (III), haec iram obtundere, haec animi impetum cohibere valet (XVI), cupiditates moderatur, & ab bonum dirigit (VII), dolores mitigat, amores ſolatur (VII), calamitates leviores reddit: optima haec in ſacrificiis comes (II), in epulis convictrix (VIII), imperatrix in bello (III): nos in feſtis exhilarat, in Bacchanalibus ſaltat (V), in myſteriis adflat (XI): ipſa etiam ſua menſura in Republica mores temperat (X). Sic agreſtes Boeotas tibiae ſtudium, & Pindari carmina tibiis aptata mitigarunt; ſic Tirtaei numeri Spartanos, Argivos Teleſillae modi, Lesbios Alcaei cantus excitarunt; ſic & Polycratem Samiis mitiorem reddidit Anacreon (VII) temperans eius tyrannidem amore, Smerdiae & Cleobuli coma, Bathilli ſpecie, & Ionicis modis.

§. 6. Antiquiora vero quid adtinet dicere? Orpheus ille (V) Oeagri, & Calliopes ipſius filius erat, natus in Pangaeo Thraciae monte, quem incolunt Thraces Odriſi, montanum genus latrociis victitans, & inhoſpitale: ſola tamen cantus voluptate deliniti Orpheum ſponte ſequuti ſunt Odryſi. Hoc nempe erat quercus, & lapides ducere, hac ſcilicet ſimilitudine indicantibus priſcis feros mores illorum, qui trahebantur, quaſi inanima corpora habentium.

§. 7. Quid autem pluribus opus eſt? aut de Muſica quid ultra agimus? cum optima ſit pacis

τις, αγαθη δε εν πολεμω παραστατις, αγαθη δε εν πολιτεια ξυνοικος, αγαθη δε και παιδων τροφος. Ταχεια γαρ των αισθησεων ἡ ακοη, και οξεως επι την ψυχην τα γνωσθεντα αναπεμπουσα, και προσαναγκαζουσα συμφθεγγεσθαι, καὶ συνορμαν τοις αυτοις παθεσιν. Οθεν αμουσοι ψυχαι και εκμελεις παντι τω ηδει φαινομενω ενδιδουσαι ουδαμως αν ποτε γενοιντο μετοχαι ορθου νομου, μουσικην δε ονομαζουσι την αὐτων ἡδονην δι᾽ ὁμοιοτητα ου του τελους, αλλα της περι τα μελη πραγματειας· οἱον ει τις ιατρικην καλοι τεχνην απεληλαμενην μεν του ὑγιεινου, περι δε αυτα τα φαρμακα εξεταζομενην. κ. τ. λ.

cis adminiſtra, optima belli comes, optima rei publicae ſocia (VI), *optima puerorum nutrix* (I). *Omnium enim ſenſuum velociſſimus auditus eſt, omnium celerrime, quae percepit, animo communicat, ſuiſque eum convenire, & conſentire cogit adfectionibus* (I). *Quo fit, ut animi a vera Muſica, & concentu alieni, qui ſe unicuique adparenti voluptati dedunt, numquam participes fieri poſſunt recti Muſicae nomi, Muſicamque ſuam ipſorum voluptatem adpellant ob ſimilitudinem non quidem finis, ſed tractationis, utpote quia utraque circa cantum verſatur: non ſecus ac, ſi quis medicinam vocet eam artem, quae ſanitatem expellat, ſed circa medicamina verſetur.*

Quo poſtremo commate ipſam Philodemi, aliorumque Epicureorum ſententiam Maximus Tyrius perſtringit; qui ſcilicet eam adpellabant Muſicam, quae ad aurium oblectationem unice foret comparata, ſecluſo quocumque alio animi commovendi, nedum conrigendi fine, ut mox videbis.

COMMENTARIUS
IN CAPUT I.

Nullam eſſe Muſicam, quae ad animos informandos ſit idonea.

CUm veterum ſapientum plerique, inter quos in primis Pythagorei, atque Platonici, ſibi perſuaſum haberent magnam eſſe Muſicae vim ad hominum animos percellendos, adfectuſque ciendos, optime ea uti poſſe cenſebant ad recte informandos teneros puerorum animos, excitandis ſcilicet illis adfectibus, qui ad virtutem, & modeſtiam inclinarent. Quare hoc praecipuum, atque nobiliſſimum ei munus adſignabant, eaque ſic perquam utiliter uſos eſſe vetuſtiores tradebant. Hinc iure merito ſummis laudibus modeſtam, atque ad id adcommodatam Muſicam extollebant, in eiuſque conruptores invehebantur. Sic audire licet paſſim in hanc ſententiam diſputantem Platonem & in Timaeo, & in libris de Republica, & de Legibus, atque alibi. Quapropter Tullius in *II De Legibus* ſcripſit: *Adſentior Platoni, nihil tam facile in animos teneros ac molles influere, quam varios canendi modos, quorum vix dici poteſt, quanta ſit vis in utramque partem: & incitat languentes, & langueſacit excitatos, & tum remittit animos, tum contrahit.* Hinc Plutarchus in *Convivio Sapientum*: *Muſarum opus praecipuum illud eſſe*, ait, παιδευειν τα ηθη, και παρηγορειν τα παθη, *mores inſtruere, atque animi adſectus emendare*; & proinde in *De Muſica* ſcribit: φανερον ουν εκ τουτων, ότι τοις παλαιοις των Ελληνων εικοτως μαλιςα παντων εμελησε πεπαιδευσθαι μουσικην. των γαρ νεων τας ψυχας ῳοντο δειν δια μουσικης πλαττειν τε, και ρυθμιζειν επι το ευσχημον, χρησιμης δηλονοτι της μουσικης ὑπαρχουσης προς παντα, και πασαν εσπουδασμενην πραξιν: *ex his autem planum fit priſcis Graecis haud iniuria id praecipuae curae fuiſſe, ut adoleſcentes Muſica diſciplina imbuerent. Horum enim animos exiſtimabant Muſicae opera fingi, atque concinnari ad decorum poſſe; quippe quod Muſica ad omnia, & ad omnem ſeriam actionem utilis eſſet.* Ea igitur erat Muſicae pars, quam παιδευτικην, *inſtitutricem*, vel *eruditivam* Veteres adpellabant; in qua adſerenda, atque explicanda totum fere alterum περι μουσικης librum inſumit Ariſtides Quintilianus, quem idcirco ſic orditur. Τοδε μετα τουτο δεοντως αν επισκεψωμεθα, ποτερον δυνατον παιδευειν δια μουσικης, η τουναντιον. *Hoc deinceps, uti convenit, inſpiciamus, num poſſibile ſit erudire per Muſicam, an contra.* Atque huiuſmodi Muſicam *eruditivam a veteribus ad centum uſque dies fuiſſe adhibitam* tradit, την παιδευτικην και μεχρι των ἑκατον ἡμερων παρελαμβανον: eamque propterea adpellat: πλαττουσαν τε ευθυς εκ παιδων ἁρμονιαις τα ηθη, και το σωμα ρυθμοις εμμελεςερον κατασκευαζουσαν: *fingentem iam inde a pueritia mores per harmonias, & corpus per rhythmos concinnius efficientem.* Iam vero de hac ipſa παιδευτικη Muſica nos diſſerentem Philodemum nacti ſumus: quod quidem ſatis ſuperque ex integro verborum contextu innoteſcere poterat; ſed ipſemet Scriptor de hac ſibi inquirendum propoſuiſſe diſerte palam facit, cum demum *Col. V, v.* 13 hac utitur tranſitione: επει δε αποχρωντως και περι του δια μουσικης παιδευεσθαι λελεκται, περι των εγκωμιων αυτα ταυτα ειπωμεν: *quoniam vero ſufficienter & de inſtitutione per Muſicam diſſeruimus, de Encomiis eadem ipſa dicamus.* Cum igitur eius ανταγωνιςης Diogenes Stoicus (1) Muſicam extollens id ſibi in primis, ut decebat, adſumſiſſet, per eam ſcilicet animos ad honeſtatem, atque virtutem poſſe informari, hoc ipſum fruſtra a Muſica exquiri Philodemus ex Epicuri dogmate contendit: quippe quae ad hunc effectum per ſe inepta omnino foret. Veterum autem auctoritati mox *Cap. VII* occurrit. Atque hinc coniecturam facimus non multum nos a voluminis initio abeſſe; ſiquidem poſt hoc primarium ſane commendandae Muſicae argumentum, alia fere omnia, quae eidem laudi verti a veteribus ſolebant, tractata deinceps inveniemus. Itaque cum alia, quae deſunt, praefatus eſſet, in hanc ſententiam pergit:

Column. I. „ Fatetur *Diogenes* prae nimia modorum „ quantitate, qua hodierni homines, quaſi „ ebrii & repleti obſtupuere, Muſicos artifices, & eos omnes, qui Muſicae ſtudent, plurimum inſudare, ut certos inveniant modulos, quibus vel pulchra & „ decora, vel aſpera & moleſta animi commotio proprie reſpondeat; ſed id, quod „ aequipollet, fateri recuſat, nullam nempe eos invenire Muſicam, quae morum „ nobilitatem creare in animis valeat; itaque neque data opera animos contrahe-„ re, *neque remittere, neque alio quovis pacto adficere poſſe Muſicam, quae, ut optime diſputat Epicurus, brutum quid eſt, &* „ *irrationale* (2), *quod nonniſi ſenſum percellere poteſt, & proinde ad animos nullo modo pertingere.* Et re quidem vera cum „ Muſica, tum Poëſis inventa ſimul fuiſſe „ dicuntur ope eius potentiae, qua ſenſus „ pollent, percipiendi ſcilicet ſenſibiles qualitates, nec non voluptates, & moleſtias, quae inde ortum ducunt: quae „ quidem potentia partim cuique eſt inge-„ nita,

(1) Vide, quae diſſeruimus in *Praefatione* §. *XIV*, & *XV*.

(2) Confer huc, quae habet *Col. III v.* 9, & *ſeq.* & quae adnotavimus ad *Col. I v.* 43.

„ nita, partim ſtudio comparatur. Et ſane ex
„ ea parte, quae ingenita eſt, & inrationalis,
„ melius diiudicari putat ipſius facultatis ro-
„ bur, quam a parte, quae ſcientiam reſpi-
„ cit; quippe cum eam magis evidentem,
„ magiſque parabilem, & expeditam repu-
„ tet. Hoc autem inrationale, & adeo ex-
„ peditum, quod evidens eſſe ait, vulgo
„ recipitur. Etenim qui in eadem ferme
„ ſunt haereſi, *ac Stoicus iſte*, non modo
„ ſenſum ſecundum propriam diſpoſitionem
„ nequaquam inhabile fatentur ſubiectum,
Column. II. „ ſed etiam eumdem pro Muſices criterio
„ conſtituunt, quantumvis in eo inter ſe
„ diſcrepent, num aliquando iucunde, an
„ iniucunde a certis cantilenis auditus ad-
„ ficiatur. Et re quidem vera, quantum
„ ad hoc adtinet, evenit ſaepe, ut diſcre-
„ pent inter ſe auditores; ſed id non aliun-
„ de, quam a praeviis animorum diſpoſi-
„ tionibus ortum ducit. Nam inter aures
„ nulla omnino eſt differentia, ſed omnes
„ aeque hominum aures ſimilibus cantibus
„ adficiuntur, & ſimili voluptate fruuntur.
„ Adeo ut Enarmonium, & Chromaticum
„ genus non ex inrationali auditu, ſed ex
„ praeconceptis opinionibus diſtinguantur.
„ Ii enim, qui ſtant pro Enarmonio, *quem-*
„ *admodum Stoici* (1), hoc Muſicae ge-
„ nus dicunt eſſe grave, & generoſum, &
„ ſimplex, & purum; Chromaticum con-
„ tra effeminatum, adfectatione plenum,
„ & inliberale: alii vero, qui pro Chro-
„ mate pugnant, hoc lene & flexanimum
„ adpellant, uti contra illud auſterum, &
„ imperioſum traducunt: utrique tamen
„ ea, quae ipſimet ſomniantur, non quae
„ ipſis generibus re vera inſunt, in me-
„ dium proferunt. At qui rerum naturam
„ penitius noverunt, *Epicurei ſcilicet* (2),
„ quantum ad aurium oblectationem, utro-
„ vis Muſices genere fruendum cenſent,
„ propterea quod iſti nullum eorum bono-
„ rum, quae Muſicae *a pleriſque vel Philo-*
„ *ſophis, vel Artificibus* adſcribuntur, alicui
„ eius generi ſecundum naturam ineſſe pu-
„ tant. Eodem ferme pacto variae ſunt
„ etiam ſententiae, quae circa rhythmos &
„ melopoeias feruntur; quaeque item a
„ praeconceptis oriuntur opinionibus. Et-
„ enim, ut patet, Muſica, quantumvis va-
„ ria, & multiformis eſſe ſuapte natura
„ concedatur, non idcirco ad virtutem con-
„ ducet, & morum ſimilitudinem adſumet,
„ *nec unquam commovere, & flectere animos*
„ *poterit, qui numquam in eodem ſtatu per-*
„ *manent, ſed modo inflammantur*, modo fri-
„ geſcunt, modo indignantur, modo quie-
„ ſcunt. Et propterea, cum Muſicus quae- *Column. III.*
„ rit talem ſcientiam, qua poſſit dignoſce-
„ re, quo pacto certae quaedam ſenſuum
„ adfectiones animis commovendis idoneae
„ excitari queant, ſcientiam, quae nuſquam
„ exſiſtit, venatur, & fruſtra tradendis prae-
„ ceptis inſudat. Quandoquidem nullum
„ melos, quatenus melos nudum eſt, quid
„ ſcilicet inrationale & brutum, neque a-
„ nimum quieſcentem & immobilem exci-
„ tabit, & urgebit ad capeſſendos mores
„ naturae magis idoneos; neque dum ad-
„ huc fervet & agitatur, unquam compe-
„ ſcet, & tranquillum efficiet; neque ex
„ una in alteram propenſionem inclinabit;
„ neque praeſentem eius adfectionem vel
„ adaugere, vel minuere valebit. Nec e-
„ nim Muſica, auribus titillandis unice de-
„ ſtinata, eſt quid imitativum, ut quidam
„ ſomniantur (multo minus ut iſte Noſter,
„ qui varias modorum Muſicorum concin-
„ nationes, quae certum cantilenae mo-
„ rem, ſive genium conſtituunt, non qui-
„ dem imitativas eſſe adſerit, ſed omnes
„ omnino tales, quae in ſe, & magnani-
„ mitatem, & demiſſionem, & virilita-
„ tem, & ignaviam, & modeſtiam, & au-
„ daciam contineant), non eſt, inquam,
„ imitativa magis, quam ars coquinaria,
„ *quae palatu vellicando ſapores excitat*. Et
„ propterea concludendum Enarmoniam,
„ & Chromaticam Muſicam neque per ſe
„ differentes eſſe, neque per mutuam ea-
„ rum admixtionem, neque oppoſitas inter
„ ſe invicem habere qualitates, quantum
„ ad aurium ſenſum ſpectat. Has enim di-
„ verſas earum adfectiones ſoli artifices,
„ prout ſibi finxerunt, adgnoſcunt. Quae
„ autem Stoicus Noſter praedicat de eo,
„ quod homines ad laborandum incitent
„ cantilenae, atque adeo generatim ſermo-
„ ne ipſo ſint magis commoventes, quip-
„ pe apud operarios ſimilis canendi mos
„ adhuc perduret (3), alio loco infra vi-
„ debimus.

IN CAPUT II.

An Muſica Divinitati colendae per ſe ſit idonea?

CUm Philodemus pro viribus probare ſtuduerit, nullam inveniri poſſe Muſicam, quae animos παιδευειν, *inſtituere*, & *informare* valeret, pauca ſubnectenda ſibi eſſe cenſuit de Muſica, quae Deorum cultui impenderetur; propterea quod ſacra Muſica in primis παιδευτικη apud veteres audiebat, utpote quae hominum animis percellendis praecipue eſ-
ſet

(1) Vide adnotata ad *Col. II v.* 20.

(2) Conſule, quae in *Praefatione* diximus de Epicuri circa Muſicam ſententia, Plutarcho auctore.

(3) Vide, quae coniecimus ad *Col. III v.* 43.

ſet idonea (1), & proinde de ea, ut par erat, mentionem Stoicus Muſicae fautor iniecerat. Cumque Philodemus de huiuſmodi Muſica iam aliqua delibaſſe, in antecedentibus fortaſſe voluminibus, profiteatur, atque iterum de ea ſe pertractaturum ſpondeat (quam fidem mox *Cap.XI*, *&* *XVIII* liberat), pauca ſubiicit non quidem, ut eam animis percellendis idoneam eſſe deneget (quippe quod univerſam Muſicam in animos hominum influere non poſſe ſatis ſuperque iam eviciſſe putaret), ſed ut ipſam ne cultui quidem Divino inſervire doceat: deinde aliqua de *Theatri* etymo, quod aliqui a nomine Θεος derivabant, ſubnectit. Quare ſic diſſerit:

Column. IV. „Iam vero de honore, quo per Muſicos „ Divinitas adficitur, ſatis quidem ſuperque in antecedentibus diſputavimus, & „ rurſus aliqua dicenda mox occurrent (2); „ pauca tamen, quae magni ſunt momenti, libet nunc proferre. Divinitas profecto nullis noſtris indiget honoribus: cum „ autem natura nobis eam venerandam eſſe dictet, in primis quidem per ſanctos „ animi impulſus, quos Deo ipſo adflante „ perſentiſcimus, deinde etiam per ceremonias patrio ritu unicuique ſingillatim „ traditas colimus: Muſica vero nequaquam inter huiuſmodi ceremonias praecepta invenitur. Quapropter male inde „ infertur Muſicam, etſi eas ceremonias „ aliquando comitetur, ſingulis utilem eſſe: „ ſi modo ipſas publicas preces, quae cum „ cantu proferuntur, excipias. Et proinde „ perſpicuum eſt nec quamlibet Muſicae „ ſpeciem, nec quidquid olim traditione „ adcepimus factitatum ab antiquis (non „ tamen ab omnibus, ſed a quibuſdam „ Graecis, & certis tantummodo temporibus), quodque nunc per homines mercenarios, & multum laſcivienti voce perſtrepere peritos perficitur, ad Divinitatem „ colendam rationabiliter conducere: & „ praeſertim cum hodie multo maior ſit „ hominum venalitas, conſtanterque iam „ Muſicam a ſacris deturbaverint, & nonniſi in ſpectaculis recipiant. Atqui priſcis temporibus celeberrimorum etiam „ ſpectaculorum (3) maxima pars nequaquam in cantibus, & inſtrumentorum „ concentibus conſiſtebat. *Itaque* θεωρειν *ſpectare*, *&* θεκτου, *ſpectatoris*, *&* *Theatri* *&* „ *ſimilia nomina fruſtra quidam a nomine* Θεος „ *derivant, ut probent Muſicam, quae primitus in ſolis templis Divino cultui inſerviret,* „ *cum in exſtructa poſtmodum theatra fuiſſet* „ *inducta, divinum ipſis nomen communicaſſe.* „ *Etenim recte utique* dici poſſet a verbo „ θειν, quod eſt *currere*, facta eſſe θεωρειν, „ *ſpectare*, & θεκτην, *ſpectatorem*, & θεκτοον, Column. V. „ *ſpectaculum* (*nempe quia in curſu vetuſtiſſima ſpectacula* (4) *conſiſterent*); non enim „ quid magis commune cum hiſce vocabulis habet nomen θειον, quam verbum θειν. „ Ad haec addi poſſet, nos Diis adceptam „ referre ſpectaculorum indictionem in ſacris ſolemnitatibus eorum honoris gratia, „ non vero Muſicam, quae ad auditum „ unice pertinet. Quin potius dicendum, „ ſpectacula inde adpellationem adcepiſſe, „ quod tum oculis, tum mente ſpectarentur.

IN CAPUT III.

An Muſica aliquid conferat Encomiis, Hymenaeis, Epithalamiis, Eroticis, Threnis?

CUm multa Noſter diſſeruerit, ut Muſicae omnem inſtruendi facultatem abiudicaret, ad Encomiaſticam Muſicam gradum facit, quidque de ea ſentiendum ſit, diſputat; qua in re procul dubio ſuum adverſarium inſequitur. Huiuſce autem tranſitionis ſatis probabilem protulimus cauſam in *Schol. ad Col. V v.* 15: quia ſcilicet heroum encomia, quae canerentur, non parum ad rectam animorum inſtitutionem conferre merito crederentur, & proinde certam της παιδευσεως partem non ſecus, ac ſacra Muſica, conſtituerent. Cum vero ab Encomiis ſeſe paucis expediverit, aliqua de Hymenaeis, & Epithalamiis ſubnectit, deinde de Amatoriis cantilenis, denique de Threnis diſputat, ut probet nihilo horum carminum vim per modos Muſicos adaugeri. Hunc autem tractationis ordinem rem ipſam expoſcere docuimus in eodem *Scholio* ad *v.* 31. Namque melici omnes huiuſmodi cantus, docente Proclo *in Chreſtomathia*, ex eorum erant genere, qui ad homines referrentur. Quibus ſane adcenſeri oportebat etiam epinicia h. e. carmina in victorum laudes decantata. Idcirco ſe alibi diſputaſſe de muſica in bellis energia, & iterum adverſus alios Philoſophos diſputatum iri profitetur; ut arguas ſe iis in locis de Epiniciis verba feciſſe. Heic ergo Encomiis, quae aliquo pacto ad praecedentium Capitum argumentum pertinebant, adnectit Hymenaeos, Epithalamia, Erotica, Threnos, quae omnia eiuſdem generis erant. Atque ita proſequitur:

Column. V. „ Cum ergo ſufficienter iam de animorum inſtitutione per Muſicam diſputaverimus, de Encomiis eadem dicamus, „ quod ſcilicet Encomia, & heroum laudes

(1) V. *Schol. ad Col. IV v.* 2.
(2) Id expedit *Col. XX*, *XXI*, & iterum *XXXV*.
(3) V. *Schol. ad Col. X v.* 1.
(4) V. *Schol. ad Col. IV v.* 37.

,, des poëtae carminibus contineantur; car-
,, mina vero minime id praeſtent , quia
,, adnexam habent Muſicam , de qua nunc
,, quaerimus : ad haec eiuſmodi carmina
,, ita plerumque ſcribi, ut nullius ſint pre-
,, tii , & ipſis , qui laudantur , parum in-
,, telligibilia : quod quidem vitium non
,, Poëtarum ſolummodo eſt, ſed etiam Ora-
,, toribus , & univerſis Scriptoribus com-
,, mune . Quod vero ad carmina Nuptia-
,, lia ſpectat , aio ad nuptialia convivia
,, tum coquos , tum etiam cupedinarias
,, ſolere advocari ; quid mirum , ſi Muſi-
,, cos ? Praeterea Poëmata, quae adcinun-
,, tur, non Muſica , ſunt , quae utilita-
,, tem , quam hic Noſter dicit , praebere
,, poſſunt ; in Hymenaeis enim brevis
,, quaedam nubentium genealogia olim te-
,, xebatur . Praeterea apud quoſdam, non
,, apud omnes ſunt in uſu : denique ſolis
,, coniugibus, non vero aliis prodeſſe poſ-
,, ſunt ; *eos enim ad mutuum amorem , fi-*
,, *dem , perpetuamque vitae concordiam adhor-*
,, *tantur* (1) . Porro etiamſi dederimus nu-
,, ptias abſolute bonum dici poſſe, nunc ſa-
,, ne, cum iam fere apud omnes antiquata
,, ſint Epithalamia, nemo fortaſſe ea, quae
,, nunc minoris ducimus, (2) nuptiis, velu-
,, ti quid proprium , adtribuet . Iam vero
,, amoris adfectio non quidem ſancta res eſt,
,, ſed potius abnormis , criminumque foe-
,, cunda, *ut Muſica excitari debeat , neque ſua-*
,, *vem illam eſſe novimus* (3) , ſed vero etiam
,, ab ea turbas quamplurimas exiſtere . Ne- *Column. VI.*
,, que tamen , quos ipſe recenſet effectus, a
,, Muſica perficiuntur, ſed potius a poëma-
,, tis ; neque porro a Muſica, & a Poëſi a-
,, mor adiuvatur, ſed multa ſunt, quae illum
,, fomentant , uti plurimae ſunt rationes ,
,, quibus adcenditur : & ea ipſa, quae hic
,, vocat in re amatoria Muſicae , & Poëſis
,, effectus, cauſae ſunt potius rei utriuſque,
,, interveniente quidem Deo , ut in omnibus
,, vitae negotiis. Threnos vero etiam poëma-
,, ta eſſe conſtat, atque eos, quanti quanti
,, ſunt, Muſica ſcilicet, & Poëſi ſimul ſum-
,, ta , mederi non poſſe triſtitiae adparet .
,, Eam enim aliquando ad tempus cohibent,
,, ut plurimum vero amplius adaugent : &
,, quidem, cum ad id peragendum certatim
,, Threnorum Scriptores contendant; animi
,, autem compoſitionem , decentemque ha-
,, bitum ex illis conſequi non poſſe patet,
,, cum contra ipſi in doloris exceſſum ad-
,, flictos evocent, nullam in eo partem ſu-
,, ſcipiente Muſica . Quod vero ad illam
,, adtinet, quae bellicam virtutem adiuvare
,, fertur , ſatis in antecedentibus diſputavi-
,, mus, & mox etiam adverſus alios Philo-
,, ſophos alia differemus.

IN CAPUT IV.

De Muſica , quae ludicris certaminibus inſerviret , quid ſentiendum ?

CUm de omnibus fere Poëmatis, quibus Muſica adiungebatur, verba feciſſet Diogenes, poſtremo loco de Epiniciis, hoc pacto videtur diſſeruiſſe, ut per ea bellicam virtutem foveri diceret, idcirco quia canendis victorum laudibus in aliorum animis virtutis amor inflammaretur : atque obiter aliqua etiam delibaſſe de Muſica, quae pugnantium militum pectora incenderet , quibus ſe iam ſatisfeciſſe ait Philodemus . Hinc autem facili negotio pertranſiverat ad ludorum athleticorum utilitatem exaggerandam , quibus Muſica inſerviret : in primis vero ſaltationis, quae non ſine Muſicae ſubſidio perageretur . Huic ergo Noſter ſic paucis more ſuo reſpondet :

Column. VI. ,, Quod autem ad publicorum ludorum
,, genus, aio ludos iſtos athleticos non ae-
,, que ab omnibus probari , atque laudari :
,, atqui nos communem quaerimus utilita-
,, tem, non ſingulorum ; nec enim bonum
,, aliquid reapſe continere ducimus id ,
,, quod univerſis non prodeſt; imo vero iis
,, ipſis, qui recipiunt, atque probant, mi-
,, nime ſuffragatur. Neque porro ducendam
,, reor hominum illiberalium, & abiectiſſi-
,, morum, & impudentium peritiam, *ita ut*
,, *horum gratia Muſicam extollam , vel alia ,*
,, quae ad ludos pertinent, etſi ea ludionum
Column. VII. ,, arte multum oblectari fatear (4). Et pro-
,, pterea , cum hodie e dramatis amputata
,, ſit ſaltatio , nihilo inferiores veteribus
,, ſumus ; quandoquidem nihil in ulla ſal-
,, tationis ſpecie inerat, quod ad decorem,
,, & nobilitatem conduceret . Etſi vero
,, hodie poëmata ſine interruptione reprae-
,, ſententur (5) , tantum abeſt, ut putem
,, femineis ſaltationibus aliquid per Muſi-
,, cam adcedere , quod ad nobilitatem, &
,, modeſtiam , & decorem conducat , ut
,, potius valde lubricam & ſuſpectam eam
,, ſcholam reputem, ne quando plura inci-
,, tamenta praebeat ad intemperantiam, &
,, licentiam hodie debacchantem : de qui-
,, bus alibi aliquando progreſſus verba fa-
,, ciam.

(1) Vide, quae adnotavimus ad *Col. V v.* 31.
(2) Sic fortaſſe melius vertenda verba τα τȣλασσον εχομεν, quae habes *Col. V v.* 40.
(3) Confer , quae ait *Col. XIII* , & quae ibidem adnotavimus.
(4) Vide , quae in *Praefationem* §. *XIII.* ex Plutarcho adtulimus.
(5) *V. Schol. ad Col. VII v.* 10.

IN CAPUT V.

An Muſica ſuapte natura vi movendi polleat?

INter alias ſaltationis ſpecies illa erat, quam in ſacris celebrandis veteres uſurpabant. Proinde cum de Athletica, & Theatrali ſaltatione facta primum eſſet mentio a Diogene, ad tertiam, id eſt *ſacram*, quae in Deorum celebritatibus adhiberetur, pergere opus erat. In ea autem ſpecie principem obtinebat locum Dionyſiacorum antiquiſſima ſaltatio ſumma cum corporis agitatione in Muſicorum modorum rhythmum peracta. Huius igitur horriſonae, & agitatiſſimae Muſicae exemplum propoſuit, ut inde ſibi viam ad aliud theorema firmandum muniret, Muſicam ſcilicet vi commovendi, & excitandi animos ſuapte natura pollere. Illam proinde diſertis verbis definiverat *κινητικον ειναι φυσει*, *eſſe quid naturaliter commovens*. Atque hinc factum eſſe aiebat, ut remigibus, & meſſoribus, & vinitoribus, & aliis laborioſa opera exercentibus adiungi ſolerent muſica inſtrumenta, quemadmodum Ptolemaeum naves trahentibus feciſſe fama erat. Huc etiam detorquebat Orphei fabulam, qui canendo lapides, arboreſque pellexerat. Huiuſmodi praeterea motricem vim a Muſica exſeri praedicabat non ſolum in animos, ſed etiam in corpora. Id autem ut probaret, duo in medium protulerat exempla, alterum ſcilicet cantoris cuiuſdam, qui adſpectu hominis in canentium morem conformati, ad cantum fuerat excitatus; alterum vero Pictoris, qui canentis citharoedi ope ſimilitudinem, quam intendebat, viviſſime expreſſerat. Quin etiam magis commovere poſſe melos, quam verborum ſententiam, inde arguebat, quod & Crexi poëmata, & hymni qui Epheſi, & Spartae canebantur, demto cantu, multo minus commoverent. Huiuſmodi igitur argumenta non modo inridet Philodemus, ſed etiam Stoicum exagitat, ea potiſſimum de cauſſa, quod in Logicam peccans his ipſis argumentis uti neſciverit, atque exempla peſſime adaptaverit; utpote qui ad demonſtrandam Muſicae vim in corpora adtulerit ea exempla, quae, ſi quid valerent, potius in animos, quam in corpora Muſicae influxum probare potuiſſent; & vice verſa animorum commotionem per ea exempla docuerit, quae potius corporibus communicatam energiam oſtenderent. Denique tam varias eſſe ea de re Scriptorum opiniones docet, ut inde argumentum ſumi nequeat. In hanc igitur ſententiam ita diſſerit:

Column. VII. „ Iam vero ulterius progrediens ſic lego
„ apud noſtrum Stoicum: Cum Dionyſia
„ ipſo Baccho auctore primum celebrata
„ fuerint, vetuſtum illud melos habet ne-
„ ſcio quid commovens, & animos ad a-
„ gendum excitans. At vero, ſi illud divi-
„ no Numinis adflatu inductum ait, pro-
„ fecto ad noſtram quaeſtionem non perti-
„ net, neque de eo inquirere laborabimus;
„ ſin autem hoc naturae ipſius carminis
„ eſſe putat, ut commoveat, non ſecus ac
„ dicimus ignem ſuapte natura urere, quia
„ naturam habet uſtricem, per Iovem toto
„ caelo fallitur. Nihil enim aliud ſignificat
„ *το παριστασθαι*, *excitare ad agendum*, quam
„ motu interiore & ſuo cieri, & ſponte in
„ aliquid ferri. Melos autem, neque impel-
„ lit hortando, ut ſermo, neque concipitur,
„ quomodo poſſit ſponte ſua ad aliquid ferri,
„ & in animis operari, eodemque tempore
„ ſocordes animos muſicorum modorum ope
„ excitare, eoſque ſocordia ſolutos promtio-
Column. VIII. „ res efficere. Ipſe enim melos definiens in-
„ quit, eſſe quid ſuapte natura commovens.
„ Tradita igitur definitione tam abſurda,
„ viſum eſt ei, hinc deductum eſſe morem
„ adiungendi aliquod muſicum inſtrumen-
„ tum & iis, qui remos in navibus age-
„ rent, & olim etiam meſſoribus, & vini-
„ toribus, & pleriſque aliis, qui laborioſa
„ opera exercerent; quemadmodum ipſe ſcri-
„ bit feciſſe Ptolemaeum (1) iis, qui naves
„ ſubducerent. Atqui non modo non com-
„ movet, & impellit ad laborandum can-
„ tus, ut etiam operi non intendant, qui
„ Muſicam praebent, & interea, dum ca-
„ nitur, opus non perficiant operarii. Sine
„ Muſica vero idcirco minus valent, quia
„ languide in opus incumbunt, & labor
„ levior evadit, cum voluptas, & ſolatium
„ ei admiſcetur. Quod ſi fabulis traditum
„ adcepimus Orpheum ſuae excellentis mo-
„ dulationis ope & lapides, & arbores pel-
„ lexiſſe, uti etiamnum ſoliti ſumus hy-
„ perbolice loqui, numquid propterea ho-
„ minem conſtituemus, qui perpetuo aedi-
„ ficatoribus praeſit tibicinum choro cir-
„ cumdatus, ut iſte Stoicus docet? Ob eas
„ igitur cauſas concedimus Muſicam labo-
„ rantibus conferre poſſe, non vero ob hu-
„ ius deliramenta. Sed lepidum ſane illud
„ eſt, quod ait, cantum non modo ani-
„ mos quodammodo diſponere, ſed etiam
„ corpora, quaſi hoc pacto eius oratio ma-
„ ius incrementum ſumeret. Sed non con-
„ ſiderat ad corpora cantum pertinere, ut-
„ pote qui ad ſenſum, & auditum perti-
„ net; *& proinde, etiamſi verum illud eſ-*
„ *ſet, tamen* quo phaenomenon oſtenderet, Column. IX.
„ oportebat, ut illud, quod praeter opinio-
„ nem magis erat, ſuperſtrueret, atque po-
„ ſtremo loco ponens diceret: Muſica non
„ modo corpus, ſed etiam animum quodam-
„ modo diſponit. Verumtamen admirari li-
„ cet, quomodo per ea, quae profert, oſten-
„ dere poſſe autumat illud, quod ait, nempe
„ Muſicam impellere etiam corpora. Si enim,
„ ut inquit, perſona canentium habitu ex-
„ ornata

(1) Vide *Schol. ad Col. VIII v. 13.*

„ ornata commovit, & incitavit hominem
„ ad canendum ; non fuit profecto melos,
„ quod corpus impulit, & quodammodo
„ diſpoſuit, niſi velit dicere melos corpo-
„ ris eſſe habitum. Si autem verum eſt,
„ quod narrat, pictorem adſequutum eſſe ſi-
„ militudinem, interea dum caneret citha-
„ roedus (1), atque concedamus, quod ipſe
„ vult, cantus ope id obtinuiſſe : attamen
„ huiuſmodi exemplum ad animi commo-
„ tionem oſtendendam multo magis erat i-
„ doneum, quam illud ab eo ante adla-
„ tum de navium ſubductoribus per Muſi-
„ cam excitatis, qui procul dubio corpo-
„ re laborabant. Etenim corporeum il-
„ lud eſt, quod ſuum robur oſtendit, cum
„ manibus capitur, ſive *quod tactui ſub-*
„ *eſt. Atqui tactui minime incurrit ſimilitu-*
„ *do, quam pictor adſequitur coloribus ; cor-*
„ *porea igitur dici nequit* (2). Itaque ei, ſi
„ ſaperet, permutandum erat, atque picto-
„ ris exemplo utendum, quo animum per
„ Muſicam commoveri, ſive impelli doce-
„ ret; ſubductorum vero, ut etiam corpo-
„ ra adfici probaret. Attamen cum certus
„ quidam lepidiſſime eam quaeſtionem exa-
„ minaret, quomodo cantus conferre poſſet
„ ad ſimilitudinem capiendam, ſcripſit ab-
„ ſurdorum maximum. Quidni enim ?
„ Statuit melos artifices reddere peritiores:
„ homo ſane felix cerebri. Hic autem No-
„ ſter miraculis hiſce alia opinionum mon-
„ ſtra ſuperaddit. Commovens ait eſſe me-
„ los magis, quam verborum ſententiam.
„ *Ut id autem probaret ridiculum produxit ar-* Columm. X.
„ *gumentum* ; atque hoc tantummodo adfe-
„ rens, quod Crexi (3) poëma, quamquam
„ per ſe minime inconcinnum, multo au-
„ guſtius videatur addito cantu ; & quod
„ hymni, qui Epheſi, & qui Spartae a
„ choris canuntur, tantumdem in audito-
„ rum animis non efficiant, ſi ſublato can-
„ tu audiantur : ſatis ſuperque exiſtimavit
„ ſe probaſſe, quod adſumſerat, h. e. Mu-
„ ſicam magis commoventem eſſe, quam
„ verborum ſententiam : nihil ſecum ipſe
„ reputans, quod non admodum difficile
„ erat, quam variae ſint hac de re Scripto-
„ rum opiniones. Sunt enim, qui dicunt
„ melos, quantumvis penetrantius, nihil
„ ad ſententiae dignitatem, & eius em-
„ phaſim adaugendam conferre; ſed illi ſo-
„ lam aurium oblectationem ſuperaddere ;
„ alii vero opinantur eam, quam ait, dif-
„ ferentiam non ipſius cantus cauſa, ſed
„ propter praeſumtum Deorum, hominum-
„ que honorem, qui Muſica tum exhiberi
„ vulgo putatur, adparere : alii denique
„ hoc fortaſſe, ut ipſe ait, ita eſſe conce-
„ dunt, & poëmatum ſententiam ope can-
„ tus acutiorem, & penetrantiorem eva-
„ dere adfirmant.

IN CAPUT VI.

Generali argumento, quod in honore apud Veteres fuerit Muſica, obviam itur.

Ex adlatis porro variis veterum Scriptorum ſententiis ea ſuper quaeſtione, cur carmina quaedam, ſublata Muſica, minus animos percellant, viam ſibi aperit ad aliud Diogenis argumentum oppugnandum, generale ſcilicet illud, quod vulgo apud Veteres ſummo in honore habita fuerit Muſica, quippe de eius utilitate conſtaret. Ipſe enim primo flocci faciendum huiuſmodi argumentum putat, tum quia abſurdam docet Stoicorum doctrinam *de productis*, h. e. de iis, quae communi exſiſtimatione gauderent, tum etiam quia alii eorum dogmati de multitudinis inſania ipſa doctrina repugnaret. Docet deinde Muſicam in praetio ab antiquis idcirco habitam, quia ſcilicet oblectationi inſerviret ; imo univerſam bonarum artium inſtitutionem Muſicam primitus fuiſſe adpellatam, eo quod primaevi illi homines feri & inculti non alio pacto, quum voluptatis ſenſu caperentur : ex eo autem minime conſequens eſſe, ait, eam fore omnibus addiſcendam. Poſtremo Adverſarii verba referens, qui eam ex veterum auctoritate & ad animos virtute informandos, & ad amorem excitandum, & ad convivia recte inſtituenda idoneam praedicabat, deinceps confutare pergit.

Columm. X. „Cum igitur tam variae fuerint hoc uno
„ in capite ſcriptorum opiniones, profecto
„ generale illud eius utilitatis argumentum
„ inde deſumtum, quod a veteribus hono-
„ rata fuerit Muſica, apud rudes tantum,
„ & inlitteratos aliquid momenti habere
„ poteſt, erudito autem viro, & multo
„ magis Philoſopho, qui illo moveatur,
„ magnum dedecus adfert. Numquid enim
„ ſecundum Stoicos in praetio Muſicam ha-
„ bebimus, quippe innumera ſint alia, quae
„ nihil boni per ſe ferant, quorum quae-
„ dam ſunt reiecta (4), alia vero, & qui-
„ dem omnino mala vulgo ſunt producta,
„ h. e. *communi exiſtimatione gaudentia* ; etſi
„ a ſapientibus nullo honore habeantur ?
„ *Numquid ergo honore illa proſequemur*, Columm. XI.
„ quae apud cordatiores viros nulla laude
„ digna cenſentur? An contra opinabimur,
„ dum novimus Muſicam fere omnem ad con-
„ vivia

(1) V. *Schol. ad Col. IX v.* 8, & 16.
(2) Huiuſmodi additamenti ratio ex iis, quae ad *Col. IX v.* 22, diximus, conſtat.
(3) V. *Schol. ad Col. X v.* 2.
(4) Conſule *Schol. ad Col. XI v.* 32.

„ vivia deveniſſe? Praeterea huic Noſtro
„ minime licet ad multitudinis iudicia con-
„ fugere; utpote qui cum reliquis Stoicis
„ multitudinem ſemper, & omnino inſa-
„ nire doceat (1). Ceteri vero, qui ad
„ multitudinis iudicia provocant, ne hoc
„ argumento quidem uti poſſunt, imo Mu-
„ ſica ipſis eſſet hodie improbanda, propter-
„ ea quod recentiorum multitudo eam ar-
„ tem negligit. Verum enim vero, ſi Stoi-
„ corum doctrinae de *productis*, & *reiectis*
„ aliquid dandum eſſet, Poëſis potius di-
„ cenda eſt producta, Muſica autem mul-
„ tarum rerum complexione conſpicua.
„ Etenim propter oblectamentum, animi-
„ que diſtractionem antiquitus recepta fuit,
„ minime vero propter fabellas, quas iſti
„ venditant: neque alia eius initia fuere, &
„ fortaſſe etiam prae aliis tum ſtudiis mul-
„ to utilior fuit. Adcepimus enim a Muſis
„ nomen obtinuiſſe Muſicam, quibus &
„ univerſam inſtitutionem, arteſque om-
„ nes (2) ſingillatim adceptas referunt, pro-
„ pterea quod in Mundi initio ubique fe-
„ ritas dominaretur; minime vero hinc
„ conſequens adparet, ab omnibus neceſſa-
„ rio ipſam Muſicam eſſe addiſcendam.
„ Neque enim Themiſtocles eam novit,
„ etiamſi peritiſſimus, atque ſummus au-
Column. XII. „ diret imperator. *Ipſe autem nobis obiecta-*
„ *re non deſinit veterum auctoritatem, qui*
„ *Muſices ope informari hominum animos ad*
„ *virtutem, nec non amorem, alioſve adfe-*
„ *ctus* (3) *in ipſis excitari poſſe teſtati ſunt*,
„ *atque praeceperunt*, ut ad barbitum luderent,
„ qui animum ſimul cum voce in vino ſe-
„ miſepultum haberent, ipſamque Muſi-
„ cam dixerunt quaſi dulce bellarium eſſe
„ in conviviis; id autem eo ſenſu adcepiſ-
„ ſe illos docet, quaſi quidam cantus vim
„ haberent excitandi, intendendique men-
„ tem ad conloquia, & concinnas conver-
„ ſationes. At vero de eo quod veteres
„ Muſicam ad puerorum inſtitutionem ad-
„ hibuerint, ut ad virtutem eos informa-
„ rent, iam habitus eſt a nobis ſermo (ex-
„ cepta fortaſſe religionis virtute, de qua
„ iucunde eum diſputantem audivimus, &
„ iam iam reſponſiones comparamus); ſiqui-
„ dem virtus, ait, ſecundum Muſicae ſpeciem
„ animos informat, & proinde etiam ad
„ virorum diſciplinam conducit. Quamob-
„ rem etiam aedificandi ſtudium aliquan-
„ do ope Muſices excitatum eſſe Zethi (4)
„ fabula teſtatur. Veteres enim, *ipſe ſe-*
„ *quitur*, Muſicam inſtitutionem unice lau-
„ dant, &, qui ea exculti non fuerint, vitu-
„ perant, & a magiſtratibus arcent. Qua-
„ rum ſane rerum prima quidem vera eſt (5);
„ altera vero, cum de pueris & adoleſcenti-
„ bus ſermo ſit, neque ab ipſis dici, ne-
„ que ita eſſe potuit. Pueri enim ad vir-
„ tutem praeformantur, quae mox in vi-
„ ris eluceſcet. Quid enim aliud dicemus
„ adverſus huiuſmodi Philoſophum, qui
„ ſibimet indignum non reputat ſummo-
„ rum ſcurrarum verba pro demonſtratio-
„ nibus adcipere; *contrarias vero aliorum* Column. XIII.
„ *opiniones nihili facit, imo omnes ait tam-*
„ *quam abſurdos vulgo eſſe damnatos*, & im-
„ probos fuiſſe eius aevi philoſophos, & a-
„ lios, quotquot Muſicam vituperarunt.

IN CAPUT VII.

An ad rem amatoriam Muſica quid olim contulerit?

PErſequens porro Diogenes antecedentis capitis argumentum ex veterum uſu, & auctoritate deſumtum, Muſicam non modo fortitudini, & temperantiae comparandae, ſed rei etiam amatoriae proficuam antiquitus fuiſſe habitam praedicaverat. Triplici autem modo adſumſerat hoc alterum eam praeſtitiſſe. Primo ſcilicet excitanda ea, quae apud Stoicos audiebat virtus ερωτικη, h. e. rectum amoris uſum inſinuando; tum amoris ipſius, ſive rei venereae adpetitum inflammando; tum denique ſolandis illis, qui adverſa in amore uſi eſſent fortuna. Philodemus contra omiſſis, quae de fortitudine, & temperantia dixerat, quibus ſe iam occurriſſe adfirmat, inridet virtutem illam ερωτικην, amorem ſemper malum eſſe adſeverans; hinc invehitur in Stoicum, qui puerorum amorem non improbare videbatur; mox Muſicam omnino imparem tum amori excitando, tum infortuniis ſolandis eſſe pronunciat, quippe haec ſint unius του λογου munera. Denique obiectionem ſolvit, cur veteres Erato adpellaverint amoris Muſam. Itaque ſic pergit:

Column. XIII. „ Praetereuntes itaque, quae heic ab eo
„ dicta ſunt de temperantia, & fortitudine
„ per Muſicam comparanda, ſiquidem de
„ iis alibi diſputatum eſt, ad rem amato-
„ riam gradum faciamus. Illud vero ante
„ omnia opus eſt animadvertere, quod,
„ cum amoris adpetitus malum ſit, &
„ quidem grande (6), is ſcilicet adpetitus,
„ qualem profecto intelligunt univerſi Grae-
„ ci; maxime ridiculum eſt reputare Ama-
„ toriam dari poſſe virtutem, atque inſu-
„ per opinari cantus ad rectum amoris u-
„ ſum

(1) V. *Schol. ad Col. XI v. 6.*
(2) *Ibidem ad v. 27.*
(3) Haec reſpondent iis, quae habentur cap. ſeq.
(4) V. *ad Col. XII v. 24.*
(5) Eo ſcilicet ſenſu, quo modo explicuit, Muſicam dictam eſſe antiquitus univerſam bonarum artium inſtitutionem.
(6) V. *ad Col. XIII v. 10, 11.*

ſum conducere ; quippe cantus in ſola vocis qualitate conſiſtant , hoc autem rationis opus ſit , quae una docere poteſt vanitatem & nocumentum eius , qui & inexplebilis eſt , & iracundus , & rixarum foecundus (id inquam animadvertere iuvat , donec aliis reſponſionibus huiuſmodi Philoſophis occurramus); atque adeo, quantam licentiae & intemperantiae praebuerit Amor occaſionem non agnoſcere : niſi vero (1) ipſi Muſica videtur ſuapte natura bonis moribus contraria . Adhaec porro , utpote quod iure ex eius doctrina dependet , ipſe putat indecens non eſſe ingenuis viris amorem puerorum ſibi per Muſicam conciliare : praeterea vult Timothei (2) ſententias poëmatum gratia excelluiſſe , poëmata vero *Muſicorum modorum cauſa* , *quibus non ſecus* , *ac Anacreontis* , *Ibycique cantibus adoleſcentuli fuerint conrupti* . *Verum in primis* meretricias huiuſmodi turpitudines exercere ingenuis pueris minime convenit ſecundum naturam , neque adeo per vanas hominum conſtitutiones . Neque porro ipſe exempla protulit talium cantuum , qui ad amorem inflammandum eſſent idonei , ſed una cum pravis carminum ſententiis perperam ad ſuam rem detorſit etiam cantum : neque adoleſcentes cantu conruptos fuiſſe ab Ibyco , & Anacreonte , aliiſque eiuſdem furfuris demonſtravit , ſed lubricis potius eorum ſententiis . Enimvero , quae Perſaeus vocabula *in ſuis* περι ερωτων *libris* (3) conlegit , his iuvenes conrupit . Siquidem cantus ſententiarum ſequax , in vocis qualitate conſiſtens , conruptor neutiquam eſſe poteſt . Quapropter non huiuſmodi cantibus, ſed vocabulis , atque ſententiis pellici etiam amaſios , ſi lubet , non diffitebimur . Ariſtophanes autem in ſuis comoediis innuit veteres in ſubſtrata herba (4) , ut in antiquis moribus erat poſitum , voce atque oculis fuiſſe abuſos , ut ſemet in puerorum animos inſinuarent , non quidem cantilenis . Quod ſi ſub *vocis* nomine cantilenas intellexit , vapulare ipſi iam praediximus . At procul dubio huiuſmodi facta , quae hic noſter tamquam indubitata refert , nemo ſanus in conſuetudinem iterum revocaret , quantum in ipſis eſt , neque in huiuſmodi coitiones pelliceret viros , & mulieres , neque maturos adoleſcentes ad turpia muliebriter patienda . Etenim nec iſte , nec Comici quid tale ab Agathone , & Democrito (5) effectum demonſtrarunt , ſed tantummodo id adſerunt : nec Nicander (6) & . . . in medium quid produxit , ſed decepit , ſi tamen id dici poteſt . Atqui neque infortunia in amore conſolari valet Muſica , ſermonis enim , & rationis ſolius hoc munus eſt ; niſi forte ipſa efficit , ut animus alio abſtractus ea non reſpiciat tantiſper, non ſecus ac , cum venere , & ebrietate eſt abalienatus . Quod ſi poëmata ad id valere malit , utique conceſſerim ; atque dederim Philoxenum (ſi quidem hoc ſuis aenigmatis voluit) non plane falli , ſicuti nec Menandrum , qui multis ſceleſtis illam inceentivum eſſe ait , eo quod aliquas praebeat opportunitates . At enim , ait , quaero , Erato quanam de cauſſa adpellata eſt inter Muſas illa , quae proprie dictam Muſicam ad amatoriam virtutem confert? Patet , inquam , Muſices nomine intellexiſſe veteres vel Poëſim , vel potius Sapientiam . Omnia enim Muſis antiquitus tributa fuere : & proinde etiam hoc fortaſſe , non quia adfectus in animos immittant , ſed potius quia adverſus eos dimicent , & remedium praebeant . Taceo autem nunc (numquid enim vos id latere poteſt) omnem animi impetum , & cupiditatem amorem fuiſſe olim nuncupatum . Stultiſſimum vero illud foret , ſi apud veteres lege (7) receptus eſſet , tamquam opportunus ad ſuſcipiendam puerorum inſtitutionem is , qui privo amoris nomine a poſterioribus eſt adpellatus , eumdemque mox virginibus omnino eſſe indecentem adſeruiſſent . Videntur ergo non uno eodemque ſenſu ſemper amorem intellexiſſe . Si modo convenit etiam a nominibus pendere , atque ab iis , quae amator aliquis fortaſſe impoſuit , quemadmodum & alia : atque ita perſuaderi privatas nominum impoſitiones vel tales divinitus eſſe , vel ab omnibus & ubique eaſdem receptas (8) .

Column. XIV.

Column. XV.

IN CAPUT VIII.

Quid in Conviviis praeſtiterit Muſica ?

AD amorem conciliandum , atque inflammandum convivia plurimum valere vulgaris erat opinio . Hinc Stoicus *Amatoriae* virtuti *Convivalem* iugaverat , quaſi illius adfinem , atque adiutricem . Muſicam propterea in conviviis opportune etiam adhibitam olim

(1) Hoc in loco , ſcilicet *Col. XIII v.* 30 , ubi refinximus επει , repone ει μη .

(2) V. quae coniecimus in *Schol. ad Col.XIII v.* 38.

(3) V. *ad Col. XIV v.* 14.

(4) Quo haec ſpectent , ſatis explicuimus ad *Col. XIV v.* 25.

(5) V. ibidem *v.* 39.

(6) Deeſt heic aliud proprium nomen , quod divinare non licuit .

(7) V. *ad Col. XV v.* 31.

(8) V. ibidem *v.* 37.

olim praedicabat, quia Convivali huic proforet virtuti. Adhaec Homeri auctoritate fretus docuerat per Muſicam convivia meliora fieri, & pernicioſos vini effectus cohiberi, atque emendari. Philodemus contra *Convivalem*, item ac *Amatoriam* virtutem negat, & irridet: Homeri, & antiquorum, qui Muſicam in convivia induxerunt, ſententiam explicat; & quo ſenſu carmina Convivis prodeſſe poſſint, docet:

Column. XVI. „At vero, quoniam ad Amatoriam vir-
„ tutem nihil conferre Muſicam poſſe ad-
„ paret; manifeſtum quoque fit, ne ad il-
„ lam quidem, quam eius adfinem hic
„ Noſter adpellat, hoc eſt Convivalem
„ virtutem (1), minime conducere, neque
„ generatim ad convivia. Ego ſane neque
„ uſquam eſſe hanc, quam dicunt, Convi-
„ valem virtutem, neque adeo ipſam pru-
„ denti admodum conſilio ab iſtis confi-
„ ctam eſſe autumo, utpote quae in pru-
„ dentes viros cadere nullo modo poteſt: ne-
„ que adeo conviviis amores belle copulari,
„ quippe qui turbas facile cient, & ani-
„ mis oblectandis impares ſunt, & in diſ-
„ ſenſiones ut plurimum convivas conii-
„ ciunt. Atqui, aiunt, vel ea, quae apud
„ Homerum leguntur, Muſicam convivio-
„ rum familiarem ſatis ſuperque oſtendunt.
„ Propterea, inquam, libenter concedo o-
„ portere in conviviis animum relaxari, &
„ ludere; non utique tamen concedam nul-
„ lam eſſe ingenuis viris decentiorem re-
„ laxationem & luſum, quam ut alius ca-
„ nat, alius citharam pulſet, ſaltet alius;
„ atque hinc fieri, ut coenarum pleraeque
„ meliores evadant. Conceſſerim utique
„ meliores fieri per Muſicam, non tamen
„ per ſe, ſed per ea, quae muſicis modis
„ decantata exaudiuntur. Atque hinc mini-
„ me dederim vinum ex neceſſitate quadam
„ Muſicam adpellare (2); neque cordatos
„ viros ea omnia facere, quae iſte ait, ſed
„ *potius eam antiquitus in coenas oblectationis*
„ *ergo fuiſſe inductam; ut ſcilicet non modo*
„ *gula, ſed etiam oculi, atque aures ſalta-* Column. XVII.
„ *tione & Muſica voluptatem caperent; mi-*
„ *nime vero ut ſic diſcerent* concinne, non
„ ruſticiter converſari. Illud autem cum
„ diſcendi utilitate inventum eſt, ut fabu-
„ lemur in menſa, quin etiam idiotae ex
„ communi conſuetudine in conviviis a-
„ croamata adſumant, & propterea non
„ inde abſint neque Homerus, neque He-
„ ſiodus, neque alii vel metrici, vel me-
„ lici Poëtae. Potiora enim profecto ſunt
„ convivia, quae hiſce utuntur acroama-
„ tis. Horum ſane Muſica quodammodo
„ melior eſt, utpote quae non a Muſicis,
„ ſed a Poëtis efficitur, & quidem ab iis,
„ qui modum atque menſuram in reliquos
„ etiam vitae actus induxerunt. Itaque etſi
„ admittamus aliquando (non autem fere
„ ſemper, ut iſte ait) variam oblectatio-
„ nem per Muſicos adportari, huiuſmodi
„ varium, & plus minuſve ex aliarum re-
„ rum complexione oriri putamus, non
„ ab ipſamet Muſica; quidquid iſte ſcripti-
„ tet: animi vero diſtractionem privatim
„ cantilenis adceptam deberi; eodem ferme
„ pacto ac per Chamaeleontem colorum ad-
„ tractiones fieri novimus; ita ut omnes
„ fere a ſententiis, & poëſi eius colores
„ proveniant.

IN CAPUT IX.

An ad amicitias conciliandas quid conferre queat?

CUm in re amatoria, aeque ac in conviviis ſummopere proficuam Muſicam adſeveraſſet Stoicus, conſequenter etiam ad amicitias conglutinandas plurimum valere concludebat; quippe cum amicitia brevi gradu ab amore diſtaret, eidemque foret cognata; adhaec vero unicus conviviorum finis eſſet familiaritates, & benevolentias conciliare (3). Cuiuſmodi argumentum ſic reiicit Philodemus.

Column. XVII. „ Rurſus autem dicamus. Quoniam ad
„ amorem nihil Muſicam conducere poſſe
„ deprehendimus, ne ad amicitiam quidem
„ eam adtinere patet, etſi *cum Stoicis* (4)
„ amicitiam prope amorem ſtatuendam con-
„ ceſſerimus. Atqui nos aeque ac alii, qui
„ in diverſam abeunt ſententiam, neque a-
„ mori ullo pacto cognatam eſſe amicitiam
„ naturaliter arbitramur, neque eum ſequi,
„ vel iuvare poſſe concedimus. *Praeterea vero*
Column. XVIII. „ *etiamſi* ipſam Muſicam conviviorum ve-
„ luti vinculum eſſe concedamus, profecto
„ cum illud alterum non admittamus, ſo-
„ lum ſcilicet conviviorum finem eum eſ-
„ ſe, ut benevolentiam concilient, ſed mul-
„ ti inſuper alii; ad voluptatem potius,
„ quam ad familiaritatem conducere Muſi-
„ cam fatebimur, atque adeo ne ad ami-
„ citiam quidem. Horum porro utrumque
„ evidens eſſe puto, ſcilicet iucunditate
„ quadam adfici, cum Muſicam auſculta-
„ mus, & nobismetipſos conſcios eſſe nul-
„ lum unquam ex cantibus & rhythmis
„ impulſum ad benevolentiam, & ami-
„ citiam adcepiſſe. Neque porro verum
„ eſt, quod huiuſmodi cantus & rhythmi
„ animos

(1) V. adnotata ad *Col. XVI v.* 5.
(2) V. ibidem *v.* 19 & 33.
(3) Vide Plutarchum in initio *lib. IV Convivalium*, ubi inter alia in hoc argumentum ait: εις συμποσιον οἱ γε νυν εχοντες αφικνουνται κτωμενοι φιλους: *qui ſapiunt in convivium amicorum parandorum cauſſa veniunt.*
(4) V. *Schol. ad Col. XVII v.* 41.

„ animos relaxent , ſententiae vero , quatenus ipſis complexae ſunt, exhilarent; ſed potius idcirco animos exhilarari puto , quia cani ſolent ea , quae novimus adficere homines, qui remiſſo fuerint animo, & ad hilaritatem diſpoſito. Sed tamen fac Muſica & animos remittat , & hilares reddat , quemadmodum & potus , & ciborum , & coitus fruitio : quid tum porro ? ne ob id quidem amicitiae , & concordiae cauſam eſſe poſſe reputamus . Nec enim hoc pacto amicitias conciliari ducimus; quin etiam propter hilaritatem ſaepe evenire ſolet , ut amicitiae noſtrae diſſolvantur.

IN CAPUT X.

Quid de Thaletis , & Terpandri hiſtoriolis ſentiendum ?

QUoniam ſibi Noſter adfatim demonſtraſſe videbatur nihil Muſicae ineſſe, quod ad animos coniugandos, & invicem conciliandos valeret , ac proinde ipſam inutilem in conviviis eſſe, ſi quidem eius ope amicitia comparari vellet, occurrere obiectioni ſtudet, quae in promptu erat alterius ſententiae fautoribus, & quam Diogenes nae praeterire non debuit: eam nempe, quae ex antiquorum exemplis deſumeretur, qui populares etiam ſeditiones Muſices ope compeſcuiſſe dicebantur: adeo aiebant κατασταтικην illam eſſe. Ea inter exempla praecipua ſane erant, utpote antiquiora, duo Thaletis , & Terpandri , quorum utrumque Lacedaemones teſtabantur oraculo adcitos apud ſe civiles tumultus per Muſicam ſedaſſe: atque id Terpandrum, canendo in ipſis publicis conviviis, quae Phiditia vocabant Lacones, perfeciſſe Diogenes aiebat. Horum igitur exemplorum vim declinare pergit. Principio Lacedaemones carpit , qui huiuſmodi incomprehenſibilia venditarent ; tum varias eſſe Scriptorum ſententias ; neque Thaletis factum ex adlata inſcriptione (ſi tamen vera eſſet) abunde conſtare ; de Terpandro autem plures conſentientes eſſe fatetur, excepto quod in Phiditiis caneret : at huiuſmodi negotia una Scriptorum auctoritate definienda non eſſe contendit, ſed potius argumentorum robore. Philoſophum enim putat minime decere hiſce narrationibus fidem dare, niſi prius rationes invenerit, quî fieri potuerint, quae narrantur: ſecus abſurdas, & fabuloſas omnes narrationes liceret admittere , qualis erat illa Sybaritarum , qui ſe olim oraculo admonitos aiebant, ut coquos, piſtores, & unguentarios ad delicate vivendum arceſſerent. Denique concludit, etiamſi pro certis huiuſmodi fabulae habeantur , effectum non Muſicae tribuendum, quae modo potuit eos tantiſper abalienatos a concepto furore diſtrahere , ſed rationibus, quas illi mox canendo inſtillarunt. Ad ſummam ſermoni, non cantui adceptum id refert, ut Lacones a ſeditione ceſſarent ; quare eos fortaſſe, ait, citius cohibuiſſent, ſi pedeſtri ſermone eſſent dehortati. En eius verba :

Column. XVIII. „ Lacedaemonios autem portentoſa , & incomprehenſibilia narrantes non recipimus teſtes , cum aiunt ſe Pythio monitos oraculo, ut Thaletem adcirent , & eo adveniente protinus ab animorum diſſentione populum ceſſaſſe. Teſtantur illi quidem, ſed tantum qui veteribus fabulatoribus, & Muſicis ſunt addicti (1), alii Column. XIX. vero etiam contradicunt: neque *inducimur, ut fidem Thaleti ipſi ſemet de hoc facinore* iactitanti in oblato anathemate adhibeamus (ſi modo verum eſt ab eo anathema cum inſcriptione , quam iſti proferunt, fuiſſe oblatum); neque pro certo habemus Terpandrum oraculi monitu ad civilem diſſenſionem cohibendam fuiſſe advocatum, etiamſi in huiuſmodi narratione quamplurimi eorum , qui Muſico furore correpti ſunt , conveniant ; hic autem prope unus eum in Phiditiis ceciniſſe adfirmet. Enimvero operae praetium erat , ut Philoſophi prius explicarent , quonam pacto rationale diſſidium per inrationales cantus cohiberi poſſet, atque tum demum credere, Thaletis, & Terpandri cantu quieviſſe Lacones ; ſecus recipere debebimus etiam Sybaritarum teſtimonium (2) , atque credere Apollinis iuſſu quondam adcitos fuiſſe ab ipſis coquos, & unguentarios : & quidem iſtorum potius ope ut plurimum amica convivia agitantur, quam cantu. Verum etſi tumultum quieviſſe admittamus, & Lacedaemonios ſtatim ab illorum adventu concordes evaſiſſe, in promtu eſt multo veroſimilior rei explicatio, h. e. Thaletem, cum prius muſicorum modorum oblectamentis eorum animos diſtrahere occoepiſſet, cumque, ut in his maxime eſſent, fuiſſet adhortatus , tum denique rationum ope, quas canendo inſtillaret, ipſis perſuaſiſſe, ut ad ſaniorem mentem redirent; atque inter canendum tamquam divino Numine correptum Laconibus imperaſſe, ut ob partam publicam quietem donarium ſuſpenderent : quod illos in gratiarum actionem addita epigraphe perfeciſſe ſit veriſimile. *Eodemque fortaſſe pacto* Column. XX. *egiſſe Terpandrum putamus ; eos enim* ipſe cithara & carmine in agonibus oblectabatur :

(1) In hac *Col. XIX v.* 40, re melius perpenſa, pro ει , quod proſtat, legendum remur οἱ, atque hoc pacto interpetrandum.

(2) V. *Schol. ad Col. XIX v.* 20.

„ tur : Lacedaemonios vero , quibus obe- „ diendi nullum propoſitum erat , tum va- „ ticinio , tum etiam fortaſſe rationibus „ impulſos a ſeditione deceſſiſſe . Atqui „ etiam primum illud de Thalete a Steſi- „ choro minus adcurate narratur ; ex Pin- „ dari autem teſtimonio , an re vera diſſi- „ dentes compoſuerit Terpander , non pla- „ ne eruimus (1) . Attamen , ſi utraque „ narratio vera eſt , effectum procul dubio „ non alteri cauſae adſcribemus , quam „ rationum momentis poëtice adornatis ; „ quandoquidem cantus tantumdem prae- „ ſtare nullo pacto poterat : & fortaſſe „ etiam facilius id eſſent adſequuti , ſi il- „ los proſa oratione eſſent dehortati . Eos „ enim nequaquam deterrebat latae legis „ tranſgrediendae timor , quemadmodum „ Solonem (2) , qui cum de recipienda Sa- „ lamine Athenienſes vellet adhortari , ne- „ ceſſe habuit ſe veſanum ſimulare , & per „ elegos , quos cecinit , ipſis conſilium prae- „ bere . Eadem prorſus dicamus oportet de „ portentoſis effectibus , qui inſequentium „ Muſicorum carminibus vulgo adſcribun- „ tur , nec aliam improbabiliorem , **ut iſte**, „ explicationem amplectamur .

IN CAPUT XI.

An Muſica eo nomine ſit commendanda , quod religioni vulgo inſerviat ?

CUm illud argumentum de Muſicae apud veteres uſu , & commendatione Stoicus pro- ſequeretur , omittere ſane non debuit vulgarem , & antiquiſſimum Muſicae uſum in ſacris ; inde enim communis hominum conſenſus hac de re luculentiſſime adparebat . Itaque , ut opinor , quaſi adpendicis loco ſubdiderat Muſicam apud omnes fere gentes veluti rem ſacram fuiſſe habitam , & religioni valde familiarem , quin immo Diis valde gratam , utpote quibus univerſis Muſica , & ſingulis ſingulae eius ſpecies , ex Pindari , & Comici teſtimonio forent adceptae . De ſacra quidem Muſica iam antea verba fecerat , (ut *Cap. II.* videre eſt) , cum eam Divinitati honorandae per ſe ſatis idoneam praedicaſſet , heic autem ex eiuſdem vulgari in ſacris uſu commendare inſtituit : rurſus etiam de ea loquuturus *Cap. XVIII.* , cum de illius inventione vulgo Deis adſcripta verba faciet . Hic igitur eſt locorum unus , ubi de ſacra Muſica Philodemus differit , id praeſtans , quod ſuperius *Cap. II.* pollicitus erat ; etſi περι της δια των μουσικων του θειου τιμης , *de honore , quo per Muſicam Divinitas adficitur* (quod illius II capitis eſt argumentum) preſſius pertractet infra in citato *Cap. XVIII.* Itaque more ſuo praedicatam Muſicae cum religione familiaritatem inridet ; tum iterum Stoicum vellicat , quod univerſorum hominum conſenſum , quaſi pro Achilleo habeat argumento is , qui ſecundum tritiſſimum ſuae ſectae παραδοξον *omnes homines putet inſanire ;* tum denique veterum ſcriptorum auctoritates de Poëſi potius , quam de Muſica eiuſdem adpendice eſſe intelligenda contendit :

Column. XX. „ Iam vero de Comici interpetratione „ dicendum eſt (3) . Itaque ad ea , quae de „ religione ſcribit , gradum facientes , re- „ ponere haec poſſumus . Si ea de cauſſa , „ quia ab hominum multitudine per Mu- „ ſicam Divinitas honoretur , ipſam Muſi- „ cam religioni familiarem , atque adfinem „ reputabimus , procul dubio tales etiam „ reputandae a nobis erunt plures aliae ar- „ tes , coquinaria nempe , & corollaria , & „ unguentaria , & piſtoria ; adhaec etiam „ agricultura , architectonica , pictura , pla- „ ſtica ; huiuſmodi enim artes , aeque ac „ plures aliae religioni aliquatenus ſunt fa- „ miliares . *Praeterea huic Noſtro* Philoſo- „ pho *huiuſmodi argumentum minime ſuffragatur* ; ſiquidem per eam , *ſi ſibi conſtare* „ *velit* , nullus unquam Deorum honoratur. „ Propterea quod ſecundum Stoicorum dog- „ mata , cum univerſa hominum multitudo „ Diis ſit infenſa , & ſtulta , veros prae- *Column. XXI.* „ ſtantiſſimae naturae honores ne ſomnia- „ runt quidem . Tum vero etiam , quia per „ Poëmata potius honor comparatur , quam „ per cantum , qui tantillum vix poëma- „ tis addit . Atque eam fuiſſe Pindari men- „ tem dicendum eſt , cum ſcripſit , ſe ſa- „ crificaturum compoſuiſſe dithyrambum ; „ immo etiam Comici , cum ſingulis Deo- „ rum ſingula carmina adſignavit . Quod „ ſi alia eorum mens fuit , ipſis valedice- „ re una cum aliis ineptientibus Muſicis „ iubemus . Non alius utique , quam Dio- „ genes hoc ſibi etiam perſuadere potuit , „ Deorum alios aliis cantibus oblectari , & „ ſingulis proprios convenire .

IN

(1) Vide ad *Col. XX v.* 8 , & 9.
(2) V. ibidem *v.* 18.
(3) Huc verba iſta pertinere , uti iam coniecimus in *Schol. ad Col. XX , v.* 25 , pro certo nunc habemus .

IN CAPUT XII.

An Muſica intellectum acuat, & relationem ad alias ſcientias prae ſe ferat?

ETiam hoc nomine commendandam Muſicam Diogenes docuerat, quod ad intelligentiam acuendam plurimum conferret, & criticam ſpeculandi vim ſuis cultoribus inſinuaret, utpote quae frequentes diſputandi, & latentium inveſtigandarum rationum occaſiones praeberet: praeterea etiam neceſſarias quaſdam haberet ad alias ſcientias relationes, ut ad Poëſim, ad Grammaticam, ad Hiſtrionicam. Quae omnia ſic elevat Philodemus.

Columm. XXI. „Atqui etiam alia eius opinionum mon-
,, ſtra admiremur oportet. Ad intellectum
,, enim exacuendum adprime idoneam eſſe
,, Muſicam praedicat, propterea quod mul-
,, tae inde ſuppetant Harmonices perito &
,, definiendi, & diſtinguendi, & arguendi
,, occaſiones. Quemadmodum exempli gratia
,, cum Muſici aliquid hodie modulantur a-
,, liter, ac fuerat olim concinnatum (1), ſe-
,, cum ipſe Harmonicus diſputando adſequi-
,, tur vel quaſdam rationes, quae Muſico-
,, rum vulgus intelligere nequit, atque ri-
,, ſu excipit, vel multa tentamina eorum,
,, qui hiſce modulationibus utuntur, de
,, quibus operae praetium erit cunctas re-
,, lationes ſtudioſe inquirere. Argutare e-
,, nim, ait, & rationes inveſtigando com-
,, miniſci valde eſt utile ad intelligentiam
,, adaugendam. *Verum ſi de ea intelligentia*
,, *loquitur, quae & inanium rerum ſtudio gi-*
,, *gnitur, concedimus eum hariolando in veris*
,, *huiuſmodi rerum analogiis inveſtigandis men-*
,, *tem fatigare*, ſi modo tales invenerit, ſin
Columm. XXII. ,, minus eas, quae ad verum adcedunt; &
,, quaſdam etiam in profundo adhuc latere;
,, at enim non de omnibus poſtulabit No-
,, ſter, ut Harmonicus inquirat (2); ſin ve-
,, ro de ea loquitur intelligentia, quae a
,, rerum prudentia ortum ducit, nunquam
,, ſane oſtendet ad hanc magis Muſicorum,
,, quam aliorum artificum exquiſitiones
,, conducere. Cum autem ait Muſicae a-
,, matores quamdam ſpeculandi vim adqui-
,, rere Criticae arti admodum adfinem,
,, non modo ignorantiam prodit ſuam, ut-
,, pote qui reputans cantibus & rhythmis
,, ineſſe decorum, & indecorum, honeſtum,
,, & turpe, ſemet Criticae harum rerum ſpe-
,, culationis omnino ieiunum prodit; ve-
,, rum etiam quia, ſi quid tale foret, hu-
,, iuſmodi iudicium nequaquam Philoſophis,
,, uti par erat, demandavit. Et quidem per
,, Iovem hoc ipſo, quod Criticam artem,
,, vel quid ſimile ad Muſicam pertinere di-
,, xit, non Philoſophis, ſed Criticis pro-
,, prie dictis eam ſcientiam conceſſit. Cum
,, autem ſcribit analogam eſſe Muſicam
,, Poëticae, quod ad imitationem, & quod
,, ad alius generis inventionem; quantum
,, ad imitationem pertinet, nullam protu-
,, lit demonſtrationem, quantum vero ad
,, inventionem, non huic potius, quam
,, aliis artibus analogam eſſe probavit. In
,, quantum porro Muſica ſcripto conſignet,
,, & viciſſim reddat melos, eſto, ſi lubet
,, aliqua inter eam, & Grammaticam adfi-
,, nitas. Quid enim intereſt prudentis ſol-
,, lertiſque viri huiuſmodi analogias inve-
,, ſtigare? vel potius ſibimetipſi inludere?
,, *Analogam vero eam eſſe* cum Hiſtrionum
,, repraeſentationi, tum Hiſtrionicae arti,
,, utique ipſi concedamus. Dicamus porro, *Columm. XXIII.*
,, ſi haec omnia, nempe Critica, Poëſis,
,, Grammatica, Hiſtrionica, quibus analo-
,, gam Muſicam eſſe praedicat, manifeſtam
,, habent cum ſolertia, & intellectu adfi-
,, nitatem, neceſſe nobis videtur etiam in
,, illa ſtudioſe incumbere, nec non in Pi-
,, cturam, & Plaſticam; etenim iſtae pa-
,, riter & aliae multae artes cum Critica,
,, Poëſi, Grammatica, & Hiſtrionica, cum-
,, que pluribus aliis, quae intellectum re-
,, quirunt, relationes habent. Archeſtratus
,, autem eiuſque ſectatores (3), qui etiam
,, philoſophica dictitabant ad Muſicam per-
,, tinere, quae ſcilicet naturam vocis, &
,, ſoni, & diſtantias, & alia his ſimilia
,, ſpectarent, intollerabiles erant homines,
,, non modo, quia in alieniſſimam ſpecu-
,, lationis provinciam deſcendebant, &
,, pueriliter ad ſe, & inutiliter ad ſcien-
,, tiam aliena advocabant; ſed praecipue,
,, quia ſolam Muſicam harum rerum ſpecu-
,, latricem praedicabant.

IN CAPUT XIII.

An Muſica ad virtutes animum diſponat?

MUſicam non ſolum ad plures analogas ſcientias viam quaſi ſternere, eo quod mentem acueret, ſed etiam ad virtutes capeſſendas animos manuducere praedicabant ejus cum Diogene fautores. Id autem probabant cum Philoſophorum auctoritate, tum Mu-

---

(1) *V. ad Col. XXII v. 29.*

(2) Haec, quae habes ad *Col. XXII v. 3. 4.* cum interrogatione legeramus, ſed ſic fortaſſe melius.

(3) *V. ad Col. XXIII v. 14.*

Muſicae ipſius indole, tum ipſorum, qui didicerant, teſtimonio, tum denique Poëtarum exemplo, qui cum ſimul forent Muſici, tam bene de virtutibus cecinerant. Noſter contra, quo in loco habenda ſit Heraclidis, aliorumque auctoritas, innuit primum: tum Platonis, qui in eam ſententiam ab adverſariis trahebatur, mentem explicat: deinde in Muſica nihil eſſe adfirmat, quod ad aliquas virtutes manuducere queat, multoque minus ad omnes: mox Muſicae peritorum teſtimonium, utpote ſuſpectum, excludit: denique Poëtas vel male de virtutibus fuiſſe loquutos, vel ſi bene, id non ut Poëtas, multoque minus ut Muſicos peregiſſe:

Column. XXIII.
„ Quae vero Diogenes ait (quae quidem
„ novimus perſcripta eſſe apud Heraclidem
„ de cantu decoro & indecoro, de virili-
„ bus & effeminatis Muſicae moribus, de
„ actibus harmonicis, & inharmonicis re-
„ late ad ſubiectas perſonas) non longe a
„ vera perfectaque philoſophia diſtare Mu-
„ ſicam, eo quod ad omnia vitae negotia
Column. XXIV.
„ ſit utiliſſima, & eius ſtudium recte viam
„ ad plures, imo ad omnigenas virtutes
„ ſternat, ea nos cum exponeremus in ter-
„ tio Hypomnematum (1) libro, ſimul cum
„ aliis aliorum ſententiis, quam plena nu-
„ gacitatis forent, oſtendimus. Et re qui-
„ dem vera ridiculam neceſſe eſt quidam
„ de iuſtitia habeant opinionem. Intelligi
„ enim non poteſt, quomodo voces, quae
„ nonniſi inrationalem auditus ſenſum ex-
„ citant, aliquid conferre valeant ad ani-
„ mi diſpoſitionem ſpeculativam rerum uti-
„ lium, vel inutilium ad mutuam civium
„ inter ſe gubernationem (2), ut ex iis alias
„ eligat, alias vitet ſecundum ea theorema-
„ ta, quae conſcribere ſoliti ſumus. Huic
„ tamen argutationes demonſtrationis vim
„ habere videntur. Etenim ſi Plato dice-
„ ret Muſicam ad iuſtitiam conducere,
„ probationem fortaſſe ab ipſo adcepiſſe-
„ mus; atqui analogam tantum dixit Mu-
„ ſicae eſſe iuſtitiam, non vero Muſicum
„ iuſtum eſſe, quemadmodum neque dixit
„ Iuſtum eſſe Muſicum, vel alterutram rem
„ alterutri adiumento eſſe, vel conducere ad
„ propriam cuiuſque ſcientiam. An non
„ fortaſſe pari modo analogam iuſtitiam
„ ſutori, & pictori, & unicuique ſcien-
„ tiam profitenti dixiſſet? Numquid enim
„ aliis artificibus fraudare licet? Protinus
Column. XXV.
„ enim ipſe ſubdit (3) ... ubi ſubaudiendum
„ eſt de iniuſto, & inficeto viro id dici.
„ Neque porro legibus adſtricta eſt Muſica
„ ſuapte natura, ſed, aeque ac iuſtus ſpecta-
„ culorum adparatus (4), certis legibus mi-
„ nime coërcenda: neque ſi nos praetergre-
„ diamur, quae circa ipſam aliqui praeſcri-
„ pſerunt, non ſecus ac de ſcenae adpara-
„ tu, moleſtiam, ſed potius adiumentum
„ adcipimus: neque ipſorum praeceptis in-
„ ſiſtentes adiuvamur, ſed potius laedimur.
„ Quando igitur nihil in Muſica inveni-
„ tur, quod conferre ad aliquas virtutes
„ queat, profecto multo minus ad univer-
„ ſas ea conferet, propterea quod ſunt in-
„ vicem inſeparabiles: rurſus autem non
„ ſi inter ſe invicem copulantur ipſae, id-
„ circo, quae ad nonnullas conferunt vir-
„ tutes, etiam univerſis utilia fore neceſſe
„ erit. Ex philoſophis porro neque omnes
„ utilem eam cenſuerunt ſive ad quaſdam,
„ ſive ad omnes virtutes, neque ii, qui
„ prodeſſe adſeruerunt, argumentis id de-
„ monſtrarunt. Qui autem Muſicam didi-
„ cerunt, iſthaec ob eas rationes, quae uni-
„ cuique ſuccurrunt, venditarunt. Neque
„ porro omnes, qui didicerunt Muſicam, eo
„ conſilio didicere, quia ipſam aliquo pacto
„ ad virtutes adquirendas fore proficuam
„ reputarent. Ex iis vero, qui primis an-
„ nis non didicerant, ſi quis vel ſenex,
„ vel certe exacta pueritia addiſcere voluit,
„ adſentatus eſt, vel puerili adhuc mentem
„ gerebat is, qui ſapientiſſimus mortalium
„ audiebat, & oppreſſo inquietoque animo
„ otioſus ſedebat, atque hoc pacto gloriam
„ captabat, neque tam ferus ſtudiorum eſſe
„ erubeſcebat (5). *Quod autem Poëtae, iidem-* Column. XXVI.
„ *que Muſici ſuis carminibus ad virtutes ca-*
„ *peſſendas homines inflammaverint, id qui-*
„ *dem nihili eſt, ſiquidem ab iiſdem* dicta
„ ſunt de omnigena virtute & vulgaria,
„ & nugatoria, & ſecum pugnantia, &
„ praeſertim ab aliquibus. Verumtamen
„ neque, in quantum ſunt Poëtae, haec
„ ſcire poſſunt, nedum in quantum ſunt
„ Muſici: ſuis autem ſententiis non rhy-
„ thmis & cantilenis hominibus prodeſſe
„ poſſunt. Huiuſmodi enim ſuperflua ſunt,
„ & potius verbis adiuncta mentem diſtra-
„ hunt, ne ſententiis preſſim inſiſtat.

(1) V. *Schol. ad Col. XXIV v.* 5.
(2) V. *ibidem v.* 16.
(3) Deſunt ipſa Platonis verba, quae divinari non licuit.
(4) V. ad *Col. XXV v.* 5.
(5) Haec de Socrate dici ſatis docuimus ad *Col. XXV v.* 32.

Quid Muſicae & Muſicorum nomine eius artis laudatores intellexerint.

DErelinquit heic parumper ſuum adverſarium Stoicum Philodemus, & aliquibus ſuae aetatis hominibus reſpondet, quos obiicientes audiverat, ſe nimis agreſtem eſſe, qui putaret Muſicorum nomine, de quibus tot tantaque praedicarentur, nihil aliud fuiſſe quam factores modulorum, & inſtrumentorum pulſatores: quando ſummi viri, iidemque Poëtae hoc nomine fuerant antiquitus decorati: & proinde ab eo aërem verberari, quoties a ſermone Muſicam ſeiunctam conſideraret. Ipſe igitur tribus argumentis oſtendere ſatagit non alio, quam ipſe, ſenſu Musicam Scriptores adcepiſſe; atque heic obiter Cleanthis opinionem refert, atque inridet; tum denique clarius ſeſe explicat:

Column. XXVI. ,, Iam vero audivi nonnullos, qui dice-
,, rent admodum ruſticos nos eſſe, qui pu-
,, temus philoſophos, vel prudentes Muſi-
,, cos in ea eſſe ſententia, ut credant can-
,, tus & rhythmos, ſublata verborum ſigni-
,, ficatione, ad virtutem impellere poſſe,
,, quando homines nonniſi ſermones melo-
,, dia, & rhythmis exornatos id praeſtare
,, poſſe putent, & Plato id diſertis verbis
,, teſtetur; ideoque nos non adverſus ſa-
,, pientes, ſed adverſus indoctos quoſdam
,, argumentorum noſtrorum arma intendere
,, aiunt: quin imo ſe valde mirari, quod nos
,, Muſici nomine decoremus eum, qui in-
,, ſtrumenta unice pulſat, nec indignum
,, Muſico reputemus ſignificatione carentia
,, exhibere; *quales ſunt Muſici moduli do-*
,, *cumentis expertes*; vel quod Pindarum,
,, & Simonidem, & lyricos omnes in Mu-
,, ſicorum cenſum referre nolimus. Ego au-
,, tem iſtos a controverſia exorbitaſſe cenſeo,
,, quin & parva captare, & ad propoſitum
,, nihil adpoſite loqui exiſtimo. Et qui-
,, dem primo, quia *etſi ab initio lata adce-*
,, *ptione pro univerſa inſtitutione Muſica adce-*
,, *pta fuerit, tamen quicumque eius praecepta tra-*
,, *diderunt, aiunt eſſe Muſicos modos, qui ani-*
,, *mos ad virtutem capeſſendam flectere poſſint*; &
,, propterea enumerant tum genera harmo-
Column. XXVII. ,, niarum, tum vero etiam inſtrumentorum,
,, quae ſint variis adfectibus excitandis ido-
,, nea, ut ex ipſorum argumentis, & com-
,, muniter ex ipſorum ſermonibus innote-
,, ſcit, in quibus ut plurimum ne leviter
,, quidem adtingunt ſententias; & ſi quando
,, verborum, vel carminum mentionem fa-
,, ciunt, ex utraque cauſſa effectus illos ex-
,, ſiſtere declarant. Itaque ſatius fuiſſet
,, dicere hanc peculiarem ſibi inſidere opi-
,, nionem, non vero proprias ſubtilitates
,, illis adaptare, noſque agreſtes pronuncia-
,, re. Secundo autem, quia veteres puta-
,, bant ſufficere iis, qui cantibus & rhyth-
,, mis in poſterum operam darent, ſi iiſ-
,, dem, qui olim inventi fuerunt modi, &
,, inſtrumentorum pulſationes ab iis, qui
,, pueros inſtituerunt, & ad virtutem incita-
,, runt, & manuduxerunt, ipſi deinceps uſque
,, uterentur (1). Tertio denique, quia num-
,, quam negarunt omnia huiuſmodi phaeno-
,, mena, atque alia ſimilia ſonituum ope effi-
,, ci. Num vero iſti ipſi ſenſerint, omnes Mu-
,, ſicos dicendos eſſe, nec ne, quaerere di-
,, ſtuli; ſed dixi inſtrumentorum pulſationes
,, modo carminibus conſociatas, modo per
,, ſe ipſas, (per ſe inquam interdum, inter-
,, dum vero diviſim a ſermonibus, quibus
,, adnectuntur, ſumtas) nihil ſane in ſe ha-
,, bere eorum, quae vulgus opinatur. Quod
,, ſi antiquis minus placebant, nunc certe
,, a noſtris recipiuntur *inſtrumentorum concen-*
,, *tus verbis vacui. Illi vero* tantummodo
,, vituperant *nuda Krumata, at* nimis quan-
,, tum *extollunt*, cum verbis cantus copu-
,, latur, *eiuſque vim maximam eſſe praedicant.*
,, Niſi etiam ſecundum Cleanthem ſentire Column. XXVIII.
,, voluerint (2), qui aiebat documenta Muſi-
,, cis, & Poëticis numeris concepta meliora
,, etiam eſſe, quam ſermo philoſophicus, qui
,, licet ſufficienter cum divina, tum huma-
,, na enunciare valeat; attamen quia nu-
,, dus per ſe non habet verba Deorum ma-
,, gnitudini explicandae idonea, metra, &
,, cantilenas, & rhythmos quam maxime
,, ad divinam naturam veraciter contem-
,, plandam adcedere; quo effato nihil pro-
,, fecto ridiculum magis inveniemus. Nec
,, enim (*ipſi aiunt*) ſententiae per ſe inuti-
,, les dici poſſunt, ſed ſi cantando prolatae
,, fuerint, ex utraque re, e ſententia ſcilicet,
,, & cantu animi commotio gignitur; ete-
,, nim ab ipſis ſententiis gignitur commo-
,, tio, nec ſane mediocris; ſed addito cantu
,, maior evadit. At vero potius, ſi commotio
,, mediocris ſine cantu erat, eamdem ad-
,, dito cantu remanere dicemus; ſin autem
,, admodum abrupta erat, & brevis, cum
,, veritate remiſſiorem evadere confitebi-
,, mur & propter oblectationem, & propter
,, diſtractionem, quae cum a voluptate
,, ipſa, tum a vocum ſtrepitu, earumque
,, proprietatibus gignitur; & propter ver-
,, borum pronunciationem continenter fa-
,, ctam, non ſecundum naturam; & pro-
,, pter loca, & tempora, quibus Muſicam
,, auſcultamus, aliaſque plures cauſas. Ec-
,, quis enim eſſet, qui riſu non diffluerct
,, cernens homines cum cantu, & Muſicis
,, inſtrumentis vel conſilium dare, vel
,, conſolari afflictos? *Vel quis ferret inter*
,, *conſulendum voces tibicinum, vel citharoe-*
,, *dorum?* Nec enim ſi tragicorum, vel co- Column. XXIX.
,, moedorum more quis caneret, huiuſmodi
,, ferre poſſemus (etſi magis iſte cantus
,, vulgari

(1) V. ad *Col. XXVI v.* 16.

(2) V. ad *Col. XXVIII. v.* 1.

„ vulgari ſermoni adcedat), nedum ſi quis „ citharam pulſaret. Namque nunc omitto, quod his omnibus conceſſis, nulla „ maior utilitas Muſicis, quam eius artis „ ignaris provenit, propter quam utilitatem ipſi ſuadent huic diſciplinae operam dandam eſſe. Igitur adfirmo instrumentorum pulſatores eſſe non tibicinem modo, ſed etiam omnes quicumque ad tibiae conſonantiam canunt, & „ ipſum Ariſtoxenum (1), ſiquidem Muſicum „ eum per excellentiam adpellant: atque „ adeo adfirmo Muſicos omnes tum ſenſu „ vacuos ſonos reddere, quemadmodum „ ſunt, quos ex inſtrumentis eliciunt, „ tum ſtridulas cicadarum inſtar repetitiones, tum, quoties ſermones reddunt, „ ſermonibus ipſis ſuperflua. Porro cenſeo „ non ſolum vitae magiſtros fuiſſe Pindarum, & Simonidem, ſed etiam Muſicos „ fuiſſe, & Poëtas, atque in quantum Muſici fuere, hominum animos exhilaraſſe, „ in quantum vero Poëtae, effeciſſe, ut „ ſermones proficerent utique conceſſerim; „ neque propterea id effeciſſe (*quia ſcilicet corda exhilararent*), vel admodum certe parum; neque Muſicos ſolos, vel „ prae ceteris, ſed omnes aeque ſcientiis „ excultos homines tantumdem efficere potuiſſe, quocumque tandem modo vocarentur. Quam maxima enim utilitas a „ conloquiis provenit, nec unquam nudos „ cantus & rhythmos prodeſſe adfirmaverim (2) . . . . . .

IN CAPUT XV.

An Muſica caeleſtibus meteoris reſpondeat?

CUm obiter iis ſatisfecerit, qui ſe in Muſici nomine, & definitione errare dictitabant, ad quaeſtionem redit, quam proximo ſuperiori capite pertractabat, an ſcilicet ad virtutes capeſſendas Muſica viam ſterneret. Et quoniam ſatis aliorum, quae facti erant, argumentorum vim declinaſſe putabat, ad extremum illud eluctandum adgreditur, quod e Muſicis proportionibus cum caeleſtium corporum harmonia capiebant, quam caeleſtem Muſicam dicebant (3). Putabant enim animorum concinnitatem e Muſica ortum ducere, quemadmodum e caeleſtibus proportionibus, quae Muſicis reſponderent, Mundi concinnitas oriretur: quae ſcilicet fuit Pythagorae doctrina a Stoicis etiam recepta. Ipſe vero contendit huiuſmodi decantatam Muſicae cum caeleſtium corporum motibus, & diſtantiis analogiam, etſi concedatur, nequaquam ad virtutes comparandas, moreſque conrigendos conducere poſſe. Deinde (quantum arguere poſſumus ex detritae *Columnae XXX* reliquiis) ait, caeleſtem illam Muſicam Pythagoreorum ſomnium fuiſſe, utpote qui faterentur eam a Diis tantum exaudiri poſſe propter eius excellentiam, a mortalibus non item: praeterea ſtellarum praeſignificationes a quibuſdam quidem admitti, non tamen ſic a ſapientioribus, ut per aſtra etiam humanas mentes cieri, & inclinari putarent. Quod etiamſi detur, non inde conſequi ait, Muſicam ſecundum aſtrorum analogiam ſe habere: adeoque ipſoſmet Muſicos iſthaec ignorare, vel certe negligere adfirmat. Sic igitur procedit:

Column. XXX. „ Canoras porro nugas venditarunt quicumque de Muſices cum caeleſtium corporum motibus ſimilitudine, & adfinitate „ tractarunt. Ut demus enim ſolis, lunaeque motum, & diſtantiam Muſicis rationibus analoga eſſe, & Zodiacum eadem, ac Muſicum Canonem proportione „ dividi, non idcirco huiuſmodi, quam „ tradunt, Muſicae cum caeleſtibus corporibus cognationem demonſtrare poſſunt; „ propterea quia innumera ſunt alia, quae „ certam quamdam inter ſe analogiam exhibent, quae tamen mirum quantum „ reapſe diſcrepant. Praeterea hanc caeleſtium motuum, ac diſtantiarum, earumque differentiae in caelo regnantis obſervationem nihil ſane ad virtutes adipiſcendas, moreſque conrigendos conducere poſſe fit veriſimile. Neque ſane, ut his „ *videtur*, ſed qualis cauſa ipſa eſt, ita ſe „ res habet: *neque ex iis corporibus, quae in ſublimi videmus, alias coniecturas ducere fas eſt, quam ab illis, quae apud nos exſiſtunt; non enim perinde ſe habent, ac corpora nobis circumſtantia. Omitto autem, quod illi ipſi, qui caeleſtem Muſicam commenti ſunt, illam noſtris auribus minime percipi poſſe, ſed* „ a Diis (4) *tantummodo, exaudiri adfirmant.* „ *Praeterea quomodo ſuperna illa corpora influere in ſubiecta poſſunt* tanto interceden- „ te intervallo? *Nihilominus aſtrorum influxus, & praeſignificationes* a quibuſdam *admitti* ſcimus, non ita tamen *a ſapientioribus, ut per ea etiam humanos animos cieri, & inclinari dicant. Vulgus quidem* „ αποτελεσματα (5), *ad effectum* utrumque ar- „ tificioſe *Column. XXXI.*

(1) V. ad *Col. XXIX. v.* 16.

(2) Aliqua heic deſunt, quae divinari nullo pacto licet. Addit enim, puto, factum aliquod, quo dicta confirmet; ſiquidem ait: πολλακις ετυχον, ὅς ου . . . . προσεσχηκοσιν: *ſaepe nactus ſum, qui non . . . animadvertentibus.*

(3) Vide quae adnotavimus ad *Col. XXX*, & *XXXI.*

(4) Ex iis verbis παρα των Θεων, quae modo ſuperſunt *Col. XXX v.* 34, & ex aliis διαστημα ταυτον *v.* 38, hunc ſenſum ariolando exſculpſimus. Confer, quae habet Maximus Tyrius in adlato a nobis loco §. 5.

(5) Idem ac ὡροσκοπιας, *genituras*. Vide ad *Col. XXXI v.* 8.

„ tificioſe confici *ab aſtrologis ſibi perſuadet*. At certe ſi αποτελεσματα, adverſus vitae difficultates, calamitateſque utilia eſſe conceſſerimus, non ideo ſequitur Muſicam ſecundum ipſorum analogiam ſe habere, & caeleſtium contemplationem. Nemo enim ne ex ipſis quidem Muſicis ea cognovit, vel certe, etiamſi ſi noverit, demonſtravit; ſed eam ſententiam a quibuſdam Pythagoreis aliqui haurientes in ſuis ſcriptis recenſuerunt. Si autem e converſo exploratum diu eſt, omnes re ipſa iſthaec negligere, profecto non ſtatim illi Muſicae cognitionis omnino expertes fore dicendi erunt.

IN CAPUT XVI.

Num animi adfectus immutare queat?

SOlutis reliquis argumentis unum reſtabat, ut finem adhuc agitatae quaeſtioni imponeret, an Muſica animos ad virtutem diſponere quiret? Illud autem profecto erat, quod Diogenes, aliique fautores eam vim Muſicae tribuebant, qua animi adfectus immutare, & in contrarium ducere valeret: quod ſi verum foret, procul dubio homines ad virtutem manuducere facili negotio poſſet. Id igitur diſerte negat Philodemus primum eo argumento (ſi quid ex corruptiſſima *Col. XXXI* expiſcari licuit), quod nonniſi argumentorum robore immutari mens poſſit; deinde quod, ſi ex eorum ſententia, proba & virilis Muſica ad nobiles adfectus animum diſponeret, contra vero garrula & effeminata ad pravos molleſque inclinaret, conſequens eſſet Theatrorum Muſicam, quam nempe nimis fractam, & voluptuoſam adcuſabant, ad vitia & libidines viam ſternere. Atqui conſtare ait neque Scenicos artifices, neque Hiſtriones, neque Philoſophos, neque politiores viros, & ad ſummam univerſos eius Muſicae auditores hiſce vitiis laborare, ita quidem, ſi turpibus verbis, geſtibus, actis non eſſent adſueti. Namque Muſica per eum αδιαφορα eſt, nullumque effectum praeter oblectationem parit. Id autem procul dubio ideo dicit, ut ſe ſuoſque purget, qui ab huiuſmodi Theatrorum Muſica minime abhorrebant, ut ſatis docuimus. Praeterea, ait, ſi quis ſyllabis imitandi facultatem adſcripſerit, Muſicam vero ſpectaculis, geſtibus, verbiſque adiunctam, & apte illis reſpondentem animos flectere poſſe adfirmet, is ſane nugatur; quandoquidem etiam ſine Muſica huiuſmodi effectus exſiſtunt, & conciones eodem pacto animos commovere novimus. Ad ſummam non plus Muſicae, quae aures vellicat, quam odoribus, & ſaporibus, qui nares, & palatum percellunt, tribuendum eſſe concludit. In hunc ergo modum, quantum coniicere fas eſt, exſequitur:

Column. XXXI. „Ait *praeterea Stoicus* eo pluris prae aliis diſciplinis *ducendam eſſe* Muſicam, *quo ipſa una vetat* nos animo excruciari; *quippe* cantus magis *valent* animum commovere, *quam quidvis aliud*. Sed licet quis per eam omne *animi oblectamentum* exhibeat, & quidquid eum *mulcere poteſt*, non idcirco animum per Muſicam in oppoſitos praeſentibus adfectus *adduci*, *ut*, *puta*, ad miſericordam, vel contra, dicere *quiverit*. Non enim haec oblectamenta *miſericordes* nos reddunt, & magis *noſtros animos flectunt*, ſed ab iis, quae Tragoedi, & *Comoedi canunt*, *animus flectitur*,
Column. XXXII. & immutatur. *Nec porro verum eſt a garrulo & fracto Theatrorum cantu animos conrumpi* (1). Nec enim cantus *ſpectatorum mentes inficit*, *dum in Theatris ſedent*, *neque ipſaemet ſententiae*, ſed quas ſecum ipſi ferunt animi adfectiones, & ea, quae multis hominibus communia ſunt, nec ſane a cantu proveniunt. Atque hinc evidenter conſequitur, quod neque e ſcenicis artificibus, qui eas cantilenas perficiunt, neque ex privatis viris ii, qui ſunt politiores, non dico ſapientes, & philoſophi, quemadmodum neque hyſtriones, qui illas reddunt, ſimulque audiunt, & ad ſummam quicumque auſcultant, dummodo ii neque turpibus verbis, neque geſtibus, neque ſententiis adſueverint, dictis animi vitii laborant. Et ſi quando haec a voce quamdam originem ducunt, ſecundum quam nos ipſis ſcenicis perſonis, *adtendimus*, *vel* fortaſſe aliquibus, *id utique voci ipſi nequaquam eſt adſcribendum*. *Etenim* nec ii, qui ita adfecti ſunt, requirunt ea, quae citharoedus ad rhythmum canet. Si quis autem putet etiam ſyllabas imitandi vim habere, & ut plurimum Muſicam adſpectibus, geſtibus, verbiſque adfinibus belle conreſpondere, atque hinc animi vim emolliri, atque ita immutabilem ſapientiam (2) a leviſſimis rebus flecti, *profecto fallitur*; *aeque enim iſthaec ſemper* ſimili modo adfectos percellunt. Quip- Column. XXXIII.
pe quod etiam conciones animos contrario adfectu diſpoſitos miſericordes, & compatientes, & aeque manſuetos reddere valent. Atqui fruſtra in hiſce oppugnandis nugis tempus, & operam terimus; cum evidens omnino ſit cantus iſtos, quibus animum in contrarios adfectus immutandi facultatem tribuunt, non eſſe ab odoribus, & ſaporibus diverſos, eiſque potiores.

IN

(1) Haec omnium fere veterum Scriptorum ſententia erat, ut iam oſtendimus.

(2) V. ad *Col. XXXII v. 33*.

IN CAPUT XVII.

An utilitatem Muſica pariat?

CUm tot tantaque de Muſica adverſarii praedicarent, merito eam in primis & omnino utilem prae aliis artibus eſſe concludebant. Ipſe autem, qui cuncta inficiatus erat, & ad oblectandum unice comparatam eſſe Muſicam docebat, eam utilem dici poſſe negat. Utiles enim fore ait eas tantummodo artes, quae neceſſariis vitae malis occurrunt, ut agricultura, textoria, architectura, politica, & hiſce ſimiles, non vero eam, quae tantum oblectationem, quae minime neceſſaria eſt, pariat (1). Quod ſi oblectatio utilitas dicenda eſſet, conſequens foret Philoſophiam Muſica, aliiſque de trivio artibus deteriorem eſſe, quia perpaucis reapſe utilis evadit. Denique cur neque eorum, qui magnam eius utilitatem ſe expertos eſſe praedicarent, teſtimonia, neque Graecorum omnium, qui magni Muſicam fecerunt, auctoritas aliquem movere debeat, oſtendit:

Column. XXXIII.
,, Illi igitur, qui etiam eo devenerunt,
,, ut adſererent hanc unam artem prae ce-
,, teris aliis omni ex parte utilem eſſe,
,, mirum quantum falſi ſunt. Agricultu-
,, ra enim, & textoria, & architectura,
,, & politica, & plures aliae omnino ſunt
,, utiles; atque hae quidem dici poſſunt
,, neceſſario prodeſſe, quippe quae neceſſa-
,, riis vitae incommoditatibus occurrunt;
,, illa vero naturaliter tantummodo oble-
,, ctationem offerat, quae neceſſaria mini-
,, me eſt. Praeterea, *ſi oblectatio eſt utili-*
,, *tas*, prout iſti ratiocinantur, philoſophia
,, dici deberet tum Muſica, tum plurimis
,, vilibus artibus deterior, eo quod per-
,, rari ſint, qui inde emolumentum refer-
,, re norint. Stultum eſt autem illis, qui
,, Muſicae operam dederunt, fidem prae-
,, ſtare in iis, quae de magna eiuſdem u-
,, tilitate praedicant, quapropter cum om-
,, nibus viris, tum etiam pueris traden-
,, dam eam ſcientiam arbitrantur; fieri e-
,, nim poteſt, ut iſti vel ſe iactandi gra-
,, tia haec venditent, vel decipiantur. Et
,, quidem multi fatentur Muſicam minime
,, ſuos filios conrexiſſe, vel in melius im-
,, mutaſſe; multi autem, quia ſibi conve-
,, nire autumant, artifices recipere, & vi-
,, ciſſim recipi, ab illa ſuos filios melio-
,, res eſſe effectos praedicant. Itaque etiam Column. XXXIV.
,, Damon (2), ſi quidem talia coram veris,
,, non fictis Areopagitis adſeruit, *utpote Mu-*
,, *ſicus artifex*, perverſe eos ludificavit. Mi-
,, randum porro minime eſt, ſi ipſa apud
,, Athenienſes, atque apud omnes Graecos
,, in honore ſit habita, atque adeo iiſdem
,, digna praemiis, quae ſacrorum ludorum
,, victoribus dantur; multa enim alia &
,, magna mala cernis eos probare, & phi-
,, loſophiam porro deſpicere, propterea
,, quod univerſis praemium non pariat. At-
,, tamen ipſi & propter adiuncta eam ni-
,, mis provexerunt, nec eius Muſicae, quae
,, ab iſtis tantopere laudatur, nobis aliquid
,, tradiderunt. Atque haec hactenus de hac
,, parte dicta ſunto: licet eadem pluribus
,, in ſecundo Hypomnematon libro differe-
,, mus (3).

IN CAPUT XVIII.

An Muſicam Dei invenerint?

TOt tantiſque utilitatibus refertam Muſicae ſcientiam, non aliis, quam Diis ipſis adceptam referebant eius fautores. Philodemus contra ait, homines per ſe canere didiciſſe ope rationis, quae utique Deorum inventum nemo dixit, non ſecus ac alias elementares ſcientias. Nec tamen idcirco, quia ratiocinationis, humanaeque intelligentiae ope inventa ſit, utilis erit dicenda; quippe peſſima etiam eius ope mortales invenerunt. Quod ſi hoc ipſo Deorum inventum dicere volumus, quod intelligentia Deorum munus ſit, profecto, ait, idem de omnibus quibuſcumque artibus, non de una Muſica, ut iſti faciunt, dicendum eſſet. Mox ex ipſiſmet fabulis contrarium evinci docet. Denique nec tali Muſices honore Deos indigere adfirmat, nec ipſius tangi deſiderio, utpote qui non aurium delectatione, uti nos, capiantur: qua opinione deceptos putat cum Legislatores, tum Politicos, qui Muſicam in ſacris adhibendam praeceperunt. Subdit porro neque heroibus theatrorum inventionem adſcribendam, falſumque admodum eſſe, quod venditarent theatra populis inſtruendis magis, quam ipſa Philoſophiae praecepta eſſe utilia: immo potius moribus conrumpendis eſſe idonea; quippe ſtulta Poëtarum deliramenta proponant:

Column. XXXIV.
,, Sed neque Deorum ullus Muſicae in-
,, ventor fuit, neque ullus ipſam homini-
,, bus tradidit; ſed ita mortales didicerunt,
,, ut antea docuimus. Sermonem autem,
,, & intelligentiam, & elementares diſci-
,, plinas nemo pius cogitat a Mercurio, &
,, Minerva,

(1) Vide *Schol. ad Col. XXXIII v.* 21.
(2) V. ad *Col. XXXIV v.* 1.
(3) Ibidem *v.* 19.

„ Minerva, & Muſis fuiſſe inventa. Quod „ ſi ratio, vel ratiocinatio Muſicam induxit, non continuo illa utilis erit; propterea quod peſſima etiam invenit ratio. „ Intelligentia autem, & elementares diſciplinae quaſi duabus praeditae ſunt anſis. „ Itaque ſi quidem ob iſtas cauſſas Dei inveniſſe dicuntur Muſicam, alias etiam artes „ tradidiſſe dicemus: hi vero, quaſi hanc „ unam protulerint, Deos laudant. Omitto „ enim huc illud adferre, quod Dei ut „ plurimum ab artibus difficilibus, & laborioſis abhorrentes vulgo repraeſententur; atque adeo Minervam tibias odiſſe „ fabulati ſint (1), & Mercurium alii ſuam „ lyram tradidiſſe (2). Id tamen de Mercurio etiam adverſus hunc, qui ait Muſica „ Deos uti, iocandi gratia dictum eſto; „ duo vero alia, quae ante hoc ultimum „ diximus, metaphorice adcipiantur, ut nullum Deorum Muſicum eſſe dicamus. „ Excepto autem hoc ultimo argumento, „ haec etiam adaptentur iis, qui magnificare non deſinunt Deorum gaudium, „ cum Muſica honorantur: nimirum nec „ talibus honoribus Deos indigere, neque „ ipſos huiuſce cultus deſiderio tangi, neque honorem, quo Barbari Deos ſuos „ proſequuntur, Graecis convenire; etenim, „ & illi per cantus Deos ſuos venerari putant. Praeterea vero etiam legislatores, „ & politicos aeque deceptos fuiſſe dicamus, „ cum huiuſmodi moribus eſſent adſueti, „ cumque putarent, etiam Deos, non ſecus „ ac nos, audiendo Muſicam oblectari, aliter vero nequaquam: & alia denique huc „ referantur, quae in hoc argumentum iam „ diximus, quod ſcilicet nihil Muſica ad „ germanam pietatem conducat. Falſum „ quoque eſt Heroës theatra primitus conſtituiſſe: neque adeo Theatrum publicae „ inſtructioni magis, quam Philoſophiae „ ſcholas inſervire verum eſt (3), *ut nebulones iſti venditant; quippe quia theatra unice* doceant nos admirari, & operam „ dare iis ſtultitiis, quas Poëtae tradunt.

Column. XXXV.

IN CAPUT XIX.

Quibus de cauſſis vulgo Muſicam diſcerent?

Antequam ſuam diſputationem claudat, pauca coronidis loco addit de cauſſis, ob quas Muſicam vulgo diſcerent. Ait igitur primo huiuſmodi rationes, quas huc uſque enumeraverat, commentum eſſe eorum, qui cum Muſicam profiterentur, & nulla nobilitate, vel opibus eſſent conſpicui, hoc pacto ſuam artem magnificare ſtuduerunt: eaſque porro rationes cum perpauci magnos viros, quibus cordi fuit Muſica, tum reliquum vulgus oblectationis, quam inde caperent, gratia libenter recepiſſe: ſecus autem opinaſſe eximios homines, ut Democritus, cuius auctoritatem recitat; quandoquidem Platonis verba intellectu difficilia eſſent. Deinde contendit frivolam etiam, & minus viro dignam eam eſſe rationem, quod nempe Muſicam diſcendo quiſque ſibi in poſterum oblectationis materiem compareť, tum quia ſine labore vulgo huiuſmodi oblectatio ſuppetat; tum quia publicis negotiis tempus atque operam impendere utilius foret, quam Muſicae; tum quia temporis tractus, atque voluptatis uſus nauſeam parit; tum denique quia ea oblectatio minime neceſſaria ſit, & nonniſi hominum opibus adfluentium proprium ſit laborare & ſtudere, ut voluptatem capiant, alios autem minime deceat in cantu & fidibus operam ludere. Reſpondet poſtea iis, qui divitias, & gloriam ex ea diſciplina provenire dictitabant, eo argumento, quod haec & ex aliis ſtudiis provenirent, & quia in conviviis, coetibuſque de Muſica diſputare non admodum glorioſum eſſet apud omnes, imo vero apud quoſdam, uti apud Epicureos, ridiculum foret eas quaeſtiones agitare, quae cura & ſtudio opus haberent; quippe cura, & ſtudium non ſuppetunt iis, qui ad felicitatem unice contendunt: quam utique felicitatem in una animi ſecuritate, non in hiſce aliis nugis requirendam eſſe ait. Denique concludit, ſe tam multa ſcriptitaſſe adverſus Muſicae fautores, non quia tam multis indigere eorum confutatio videretur; ſed quia noſſet ſuae ſectae hac de re doctrinam & opinioni eorum, qui publicae educationi praeerant, & vulgaribus moribus adverſari, & mirabilia, quae Stoicus Diogenes praedicaverat, multorum animos perculiſſe; opportunum duxerat eum argutantem preſſo pede perſequi:

Column. XXXVI.

„ Iam vero non piget, imo etiam neceſſe eſt, de cauſſis, ob quas vulgo Muſica „ diſcitur, dicere, eaſque in medium proferre. Quippe enim inepti viderentur ii, „ qui Muſicae incumbunt, cum nulla nobilitate, neque fortuna diſtincti ſunt, atque „ adeo tantum artifices, & quaſi conviviorum „ miniſtri reputarentur; hinc quaſdam rationes commenti ſunt, qui haec exercent, „ quas cum unus, & alter magnorum virorum, qui cithara, & cantu moderate „ uſus eſt; tum porro vulgus oblectationis „ gratia receperunt. Excellentium enim „ virorum facta; & ſententiae aliud quodvis innuunt. Enimvero Democritus maximus naturae interpres non antiquorum „ modo

(1) V. ad *Col. XXXV v. 6.*
(2) V. ibidem *v. 9.*
(3) Ibidem *v. 41.*

,, modo, ſed etiam quotquot ad noſtram
,, uſque memoriam floruere, vir novitatis
,, minime ſtudioſus, Muſicam iuniorem eſſe
,, adfirmat, ſuaeque opinionis rationem hiſce
,, verbis reddit: Nequaquam neceſſariam
,, eſſe Muſicam, ſed ſuperflui loco haben-
,, dam iudico, etſi pleriſque antiquiſſima res
,, videatur, & quae mirabile neſcio quid
,, ferat, & in ſe claudat; *recentior enim*
,, *eſt, quam vulgus putat: etſi alia hodie ſit*
Column. XXXVII. ,, *a primaeva*. Perſuadeor enim frivolas,
,, & nugatorias adceſſiones primitus ab il-
,, la abeſſe, utpote quae olim a viris ſim-
,, plicioribus, & lutulentioribus tractaretur,
,, ſecus ac poſtea cum a ſollertioribus. Quae
,, autem de Muſica habet Plato (1), intelle-
,, ctu difficilia admodum ſunt, quo magis
,, utilia. Iam vero nihil generoſum ſapit, ne-
,, que magnificum argumentum illud, quo
,, ipſi confugiunt. Quid enim aliud dicemus?
,, Semet, aiunt, felices reddent, laborando
,, nunc, & diſcendo, ut ſibi aliquando oble-
,, ctationem comparent. Atqui non vident,
,, quot acroamatis publice abundemus, e
,, quibus ſine ullo labore oblectationem ca-
,, pere liceat: neque adtendunt, quantam ob-
,, tinendae dignitatis copiam, ſi publicis ne-
,, gotiis nos immiſcere velimus (2), habere-
,, mus: neque illud animadvertunt, temporis
,, diuturnitate naturam nos deſtituere, & cito
,, exſaturari, uti videre eſt etiam in ſpecta-
,, culis, quae cum in longum ſaepe abeunt,
,, aliud quidvis nos agimus, & abaliena-
,, mur. Illud enim praetermitto huiuſmo-
,, di voluptatem neceſſariam non eſſe; di-
,, ſcere autem & ſtudere, ut noſmet oble-
,, ctemur, cum laborioſum eſſe, tum etiam
,, proprium virorum principum propter re-
,, ginam pecuniam, qua abundant. Omit-
,, to etiam dicere, quam indecorum ſit
,, cernere viros, quaſi pro ſuo munere,
,, pueriliter in cantu, & fidibus operam
,, ludere perpetuam. Quod autem nihil
,, praeſtantius ſit, vel opportunius *ad ani-*
,, *mos avocandos, & confirmandos adverſus* Column. XXXVIII.
,, adfectuum *tumultus*, ſuo demum loco di-
,, ſceptabimus. Cum vero divitias, & glo-
,, riam ex hac diſciplina obvenire aiunt,
,, reponamus huiuſmodi res multis proferri
,, ſtudiis communia, a quamplurimis vero
,, abeſſe: ad haec non ſine laboribus Muſi-
,, cam proficuam eſſe, & multo magis Sce-
,, nicis, quam nudis Harmonicis ea emolu-
,, menta obvenire. Quod vero Muſicae pe-
,, riti in conviviis, aliiſque coetibus & ad-
,, fatim diſputandi materiam habeant, &
,, primas capiant, reponimus id & commu-
,, ne aliorum ſtudiorum eſſe, nec ab om-
,, nibus, uti a quibuſdam, in pretio habe-
,, ri; imo fortaſſe riſu excipiendum, ſi Phi-
,, loſophus huiuſmodi diſceptationis argu-
,, menta in coetu, & conviviis proponat,
,, quae a pleriſque non intelligantur, &
,, cura ſtudioque indigeant, ut explicentur:
,, quae utique iis, qui ad beatitatem con-
,, tendunt, non ſuppetunt. Siquidem nos
,, multo potiorem eſſe animi ſecuritatem,
,, tranquillitatemque prae inutilibus huiuſ-
,, modi quiſquiliis (3), demonſtrabimus, cum
,, ad operis concluſionem ex iſta digreſſio-
,, ne perveniemus. Tam multa igitur ad-
,, huc ediſſerui adverſus quorumdam homi-
,, num tractatus, & fortaſſe non abs re,
,, immo opportune. Nam profecto propter
,, iſtorum ſuadelae vim, ne minimam qui-
,, dem tot verborum partem fundere mihi
,, opus erat; ſed & propter opinionem,
,, quam de Muſica imbiberunt, qui publi-
,, cae educationi praeſunt; & propter in-
,, ductas iam multorum hominum conſtitu-
,, tiones; & propter miracula, quae Stoicus
,, iſte praedicat, *operae praetium duxi ni-*
,, *hil praeterire eorum, quae is venditaret,*
,, *ſed eum e veſtigio perſequi*.

F I N I S.

---

(1) V. ad *Col. XXXVI v.* 7.
(2) Ibidem *v.* 19.
(3) V. ad *Col. XXXVIII v.* 26, *&* 29.

I N D E X I.

Capitum, in quae partiri textus commode potuit.

C A P. I.

Nullam eſſe Muſicam, quae ad animos informandos ſit idonea. pag. 1

C A P. II.

An Muſica Divinitati colendae per ſe ſit idonea? 23

C A P. III.

An Muſica aliquid conferat encomiis, hymenaeis, epithalamiis, threnis? 27

C A P. IV.

De Muſica, quae ludicris certaminibus inſerviret, quid ſentiendum. 31

C A P. V.

An Muſica ſuapte natura vi movendi polleat? 35

C A P. VI.

Generali argumento, quod in honore apud veteres fuerit Muſica, obviam itur. 47

C A P. VII.

An ad amorem Muſica quid conferat? 59

C A P. VIII.

Quid in conviviis praeſtiterit Muſica? 75

C A P. IX.

An ad amicitias conciliandas quid conferre queat? 77

C A P. X.

Quid de Thaletis, & Terpandri hiſtoriolis ſentiendum? 81

C A P. XI.

An Muſica eo nomine ſit commendanda, quod religioni vulgo inſerviat? 91

C A P. XII.

An Muſica intellectum acuat, & ad alias ſcientias relationem habeat? 95

C A P. XIII.

An Muſica ad virtutes animum diſponat? 99

C A P. XIV.

Quid Muſicae nomine ſit intelligendum? 111

C A P. XV.

An Muſica caeleſtibus meteoris reſpondeat? 119

C A P. XVI.

Num animi adfectus immutare queat? 121

C A P. XVII.

An utilitatem Muſica pariat? 125

C A P. XVIII.

An Muſicam Dei invenerint? 127

C A P. XIX.

Quibus de cauſſis vulgo Muſicam diſcerent? 135

INDEX II.

Scriptorum aliorumque Virorum inluſtrium, quorum meminit in hoc Volumine PHILODEMUS.

A

Αγαθων *Columna XIV verſu* 39.
Ανακρεων C.XIV v.11.
Αριστοφανης C.XIV v.23.
Αρχεστρατος C.XXIII v.14.

Δ

Δαμων C.XXIV v.1.
Δημοκριτος *Abderites* C.XXXVI v.29.
Δημοκριτος *fortaſſe Chius* C.XIV v.40.
Διογενης *Stoicus* C. XXI v. 19 & C. XXIII v.28.

Z

Ζητος C.XXII v.24.

H

Ηρακλειδης *Ponticus* C.XXIII v.30.
Ησιοδος C. XVIII v.9.

Θ

Θαλης *Cretenſis* C.XVIII v.37, & C. XIX v.17.

I

Ιβυκος C.XIV v.10.

K

Κλεανθης C. XXVIII v.1.
Κρεξος C.X v.1.

M

Μενανδρος C.XV v.11.

N

Νικανδρος C.XIV v.42.

O

Ομηρος C.XVI v.20, & C.XVIII v.9.
Ορφευς C.VIII. v.16.

Π

Περσαιος C.XIV v.13.
Πινδαρος C.XX v 8. C.XXI v.10. C.XXVI v.32. C.XXIX v.28.
Πλατων C.XXIV v.25, C.XXVI v.24, C.XXXVII v.7.
Πτολεμαιος *fortaſſe Philopator* C. VIII v.13.

Σ

Σιμωνιδης C.XXVI v.33, & C.XXIX v.27.
Σολων C.XX v.18.
Στησιχορος C.XX v.8.

T

Τερπανδρος C.XIX v.4 & 18, C.XX v.2.
Τιμοθεος C.XIII v.38.

Φ

Φιλοξενος C.XV v.9.

INDEX III.

Vocum Graecarum animadverſione digniorum, quae apud PHILODEMUM occurrunt.

Littera C. indicat Columnam, *S.* Scholion, *v.* verſum, *n.* notam, *p.* paginam.

A

Αβιον ναιειν in Epigrammate, quod eſt in *Praef.* §. VI *p.* 6 v. *n.* (21)

Αγαθοι ανδρες *C.* XXXVI *v.* 26, qua ſignificatione v. *S. ibid. p.* 136.

Αγωνιϛαι *C.* XXXII *v.* 9, & *C.* XXXVIII *v.* 11 v. *S. ad C.* XXXI *p.* 124.

Αδιϛαϛος *C.* XIV *v.* 32, & *S. ibid. p.* 65.

Αθανατως ευδειν in Epigrammate, quod eſt in *Praef.* §. VI *p.* 6 v. *n.* (18)

Ακροαματα *C.* XVII *v.* 7. v. *S. ibid. p.* 78.

Αλογον *C.* I *v.* 36, quid *S. ad d. C. p.* 4.

Αλογον μελος *C.* III *v.* 12 v. *S. ibid. p.* 18, & *C.* XIX *v.* 15.

Αλογος επακοησις *C.* II *v.* 18.

Αλογος ακοη *C.* XXIV *v.* 13.

Αναμενως *C.* VIII *v.* 33, quo ſenſu v. *S. ibid. p.* 41.

Αντιληψεις ποιεισθαι *C.* II *v.* 12, qua ſignificatione v. *S. ibid. p.* 11.

Απαρχη τȣ γενȣς *C.* V *v.* 32, qua adceptione v. *S. ibid. p.* 30.

Αποθελεσματα *C.* XXXI *v.* 8. v. *S. ibid. p.* 122.

Ασημαντα διδασκειν *C.* XXVI *v.* 30, 31, quo ſenſu v. *S. p.* 112.

Ασυνετος *C.* XXI *v.* 34 v. *S. ibid. p.* 96.

Δ

Δεσποτικη μȣσικη *C.* II *v.* 26, quae v. *S. ibid. p.* 15.

Δημιȣργοι *C.* V *v.* 26 quo ſenſu v. *S. ibid. p.* 29.

Διαταξεις κεναι *C.* XIV *v.* 3, quae v. *S. ad d. C. p.* 64.

Δικαιαι οψεις *C.* XXV *v.* 5, 6, quid ſint v. *S. ibid. p.* 108.

Δυναμις περι την αισθησιν *C.* I *v.* 28, 29, quid v. *S. ibid. p.* 4.

E

Εικαδα δειπνιζειν in Epigrammate, quod eſt in *Praef.* §. IX *p.* 10.

Ενιαυσιος εικας *ibid.* v. *n.* (36)

Επι ακȣσματων μȣσικη *C.* XVI *v.* 31 v. *S. ibid. p.* 76.

Ερως quo ſenſu a veteribus adceptus *C.* XV *v.* 26 & *ſeq.* v. *S. ibid. p.* 69.

Ερωτικη αρετη *C.* XIII *v.* 13, 14 v. *S. ibid. p.* 61.

Ευετηρια εκκρειȣσα *C.* XXXVII *v.* 35, quo ſenſu v. *S. ibid. p.* 138.

Ευθυμια *C.* XXXVIII *v.* 26 v. *S. add. C. p.* 140.

H

Ηθων ποιοτης *C.* III *v.* 27, quid *S. ibid. p.* 20.

Θ

Θεατρον unde derivari queat *C.* IV, & V, v. *S. ad C.* V *v.* 1. *p.* 28.

K

Καταδιαιρεσις τȣ κανονος *C.* XXX *v.* 14 v. *S. ibid. p.* 120.

Καθελκειν *C.* VIII *v.* 14, 15, quid v. *S. ibid. p.* 40.

Κεκλιμενη χλοα *C.* XIV *v.* 25 v. *S. ibid. p.* 65.

Κηροπλαϛης in Epigrammate, quod eſt in *Praef.* §. VI *p.* 5, v. *n.* (13)

Κρισις της μȣσικης *C.* II *v.* 5, v. *S. ibid. p.* 10.

Λ

Λαλια συνεγγιζον μελος *C.* XXIX *v.* 4 quid v. *S. ibid. p.* 118.

Λιτοδμητος in Epigrammate, quod eſt in *Praef.* §. VI *p.* 5 v. *n.* (17)

M

Μακαριος της συνεσεως *C.* IX *v.* 37, 38, v. *S. ibid. p.* 45.

Μετεχειν κατα πολιν *C.* XXXVII *v.* 21, 22 v. *S. ad d. C. p.* 138.

Μονοκλινον in Epigrammate, quod eſt in *Praef.* §. V *p.* 5, v. *n.* (14)

Μȣσοπροσωπος *ibid.*

Μυρορροος *ibid.*

N

Ναι ναι in Epigrammate, quod eſt in *Praef.* §. VI *p.* 6, v. *n.* (20)

Ομ-

Ο

Ομματα τρεπειν in Epigrammate, quod eſt in *Praef.* §. IX *p.* 10, quo ſenſu v. *n.* (39)
Ουτατα in Epigrammate, quod eſt in *Praef.* §. IX *p.* 10, quid v. *n.* (37)
Οψεις δικαιαι *C.*XXV *v.* 5, 6, quid ſint v. *S. ibid. p.* 108.

Π

Παραδιδωμι *C.* III *v.* 10, quo ſenſu v. *S. ibid. p.* 18.
Παραδοχη *C.* I *v.* 4, quo ſenſu v. *S. ad d. C. p.* 2.
Ποημα, ποητικον pro ποιημα, ποιητικον paſſim v. *S. ad C.* IV *v.* 6 *p.* 32.
Πολυειδεστατη μουσικη *C.* II *v.* 40, v. *S. ibid. p.* 16.
Πολυμνηστοι αγωνες *C.*IV *v.* 37, & *S. ibid. p.* 20.
Προηγμενα *C.* X *v.* 40, v. *S. ibid. p.* 50.
Προσεπιθεινειν *C.*VIII *v.* 40, 41, v. *S. ibid. p.* 41.

Σ

Συγκατακοσμησις *C.* XXXVIII *v.* 39, quo ſenſu v. *S. ad d. C. p.* 141.
Συμπολιτεια *C.* XXIV *v.* 18, quid v. *S. ibid. p.* 105.
Συμποτικη αρετη *C.* XVI *v.* 5, & 8, v. *S. ibid. p.* 74.
Συναυλεια *C.* XXIX *v.* 15 pro συναυλια v. *S. ibid. p.* 118.
Συνεφελκομενη τας ψυχας μουσικη *C.* I *v.* 11, 12, v. *S. ad d. C. p.* 3.

Τ

Τερετιζειν *C.* IV *v.* 28, & *C.* XXIX *v.* 21, v. *S. ad C.* IV *p.* 25.
Τιλαι *C.* XXXVIII *v.* 29, quo ſenſu v. *S. ad d. C. p.* 141.
Τοκογλυφος in Epigrammate, quod eſt in *Praef.* §. VI *p.* 6, v. *n.* (21)
Τριηραυλης *C,* VIII *v.* 32, quid v. *S. ibid, p.* 41,

Υ

Υπομνηματα *C.* XXIV *v.* 5, & *C.* XXXIV *v.* 22, quid ſint v. *S. ad d. C.* XXIV *p.* 104.

Φ

Φιλιτεια *C.* XIX *v.* 11, v. *S. ibid, p.* 88.

Ψ

Ψιλα μελη *C.* XXIX *v.* 42, quid ſint v. *S. ad C.* XXVIII *v.* 9 *p.* 116.
Ψιλου a Ψιλοω in Epigrammate, quod eſt in *Praef.* §. VI *p.* 5, quo ſenſu v. *n.* (16)

Ω

Ωραιοι νεοι *C.* XIV *v.* 36, qui v. *S. ibid. p.* 65.

I N D E X IV.

Auctorum, qui in hoc volumine citantur, adlegantur, inluſtrantur, laudantur, conriguntur, notantur.

Littera C. indicat Columnam, *S.* Scholion, *v.* verſum, *n.* notam, *p.* paginam.

A

Acro Horatii Scholiaſtes *cit. Praef.* §. *III.*
Adraſtus Peripateticus *cit. S. in C. I n.* (*) *p.* 2.
Aelianus *adl. S. in C. IX v. 16 p.* 44, *in C.* X *v. 17 p.* 49, *cit. S. in C.* XIV *v. 14 p.* 64, *in C.* XIX *v.* 4. *p.* 86, & *v. 17 p.* 90.
Aeſchines *cit. S. in C. XV v.* 31 *p.* 70.
Agathias *cit. S. in C. VIII v. 8 p.* 40.
Alcaeus *cit. S. in C. XIV v. 10 p.* 64.
Ambroſius S. *cit. Praef.* §. *III* & X.
Antiphanes *adl. S. in C. V v.* 26 *p.* 29.
Apollonius *cit. S. in C. XV v. 15 p.* 68.
Appianus *cit. S. in C. VIII v. 13. p.* 40.
Apuleius *adl. S. in C. XXVIII v. 1 p. 116*, & *S. in C. XXXV v. 25 p. 133.*
Archias poëta Antholog. *cit. Praef.* §. *VI n.* (15)
Architas Tarentinus *cit. S. in C.* I *v.* 44 *p.* 7, & *S. in C. XXXVI v. 15 p. 136.*
Ariſtarchus *cit. S. in C. XVI v. 19 p.* 75.
Ariſtophanes *adl. Praef.* §. IX *n.* (36), *S. in C.* XI *v.* 27 *p.* 52 *ſeq. S. in C.* XII *v.* 28 *p.* 57 *ſeq.*, *in C.* XIV *v. 10 p.* 64, & *v.* 25 & 39 *p.* 65, *S. in C. XV v. 9 p.* 68, & *in* C. XXXIII *v. 8 p.* 126.
Ariſtophanis Scholiaſtes *cit. S. in C. XV v. 9 p.* 68, *adl. S. in C.* XVI *v. 5 p.* 74, *cit. S. in C. XXV v.* 35 *p.* 109.
Ariſtoteles *adl. S. in C.* III *v. 12 p. 18*, & *v.* 24 *p.* 19, *cit. S. in C. VIII v. 6 p.* 40, & *v.* 24 *p.* 41, *S. in C.* IX *v.* 22 *p.* 45, *in C. XIV v.* 39 *p.* 65, *in C. XVI v. 19 p.* 75, *adl. S. in C. XXV v. 5 p. 108*, & *cit. S. in C. XXXV. v. 6 p.* 132.
Ariſtoxenus Muſicus *adl. Praef.* §. *XXIII, S. in C.* I *v.* 44 *p.* 6, *cit. S. in C. II v. 15 p.* 13, & *v.* 20 *p.* 14 *ſeq.*
Arnobius *adl. S. in C.* XXXV *v. 9 p.* 132.
Artemon *cit. S. in C. VIII v.* 38 *p.* 61.
Arundelliani Chronici Auctor *adl.* & *inluſtr. S. in C. XIX v. 17 p.* 90.
Aſconius Pedianus *adl. Praef.* §. *III.*
Athenaeus *adl. Praef.* §. IX. *n.* (36), *cit.* §. X, *adl. bis* §. XIII *n.* (42), *S. in* C. *V v.* 26 *p.* 29, *in C. VI v.* 33 *p.* 33, *in* C. *VII v. 10 p.* 36, *cit. S. in C. VIII v.* 6, 8, 13 *p.* 40, & *v.* 32 *p.* 41, *in* C. XII *v. 12*, & *14 p.* 56, & *v.* 24 *p.* 57, *in C.* XIII *v.* 38 *p.* 62, *adl. S. in C. XIV v.* 3, & *14 p.* 64, & *v.* 36 *p.* 65, *in* C. *XV v. 9 p.* 68, *v. 15 p.* 69, & *v.* 31 *p.* 70, *cit. in C. XVI v. 6 p.* 74, *v.* 19 *p.* 75, & *v.* 33 *p.* 76, *in C. XVII v. 6 p.* 78, *in C. XIX v. 4 p.* 86, *v. 11 p.* 88, & *v.* 14 *p.* 89, *adl. ibid. v. 17* & 20 *p.* 90, *cit. S. in C.* XX *v.* 9 *p.* 92, & *adl. v.* 34 *p.* 93, *adl. S. in C.* XXI. *v.* 24 *p.* 96, *in C.* XXIII *v. 14 p. 100*, *cit. v.* 30 *p. 101*, *cit. S. in C. XXV v.* 36 *p.* 109, *in C.* XXXIII *v.* 21 *p.* 126, *adl. S. in C. XXXIV v. 6 p.* 128, *in C. XXXV v. 6 p.* 132.

B

Bartholinus *cit. S. in C. V v.* 31 *p.* 29 *ſeq. in C. VI v. 13 p.* 32, *in C.* XVI *v. 5 p.* 79, *in C. XXVIII v.* 37 *p.* 116, *in C. XXXIV v.* 24 *p.* 128, *in C. XXXV v. 6 p.* 132.
Boëtius *cit. S. in C. XIX v.* 4 *p.* 86, *not. ibid. p.* 88.
Brunkius *cit. Praef.* §. III, IV, V, VI, *adl. ibid. n.* (11) (12) (14) (15) (16) (18), *cit. n.* (19) (20) (22), §. *IX, ibid. n.* (33), §. X.
Bryennius (Manuel) *not. S. in C. I n.* (*) *p.* 2, *ibid. v.* 36 *p.* 5, *adl. S. in C. II v. 12 p.* 12, *not. ibid. v. 15 p.* 14, *adl. S. in C. III v.* 37 *p.* 20, *in C. IV v.* 28 *p.* 25 *ſeq.*, *cit. S. in C. XIX v.* 4 *p.* 86 *ſeq.*, *cit. S. in C. XXX v. 10 p.* 120, *adl. ibid. v.* 14.
Budaeus *cit. S. in C. XXXIII v.* 36 *p.* 126.

C

Callimachus *cit. S. in C. XXXIV v.* 24 *p.* 128.
Calliſthenes *cit. S. in C. VIII v. 13 p.* 40.
Capella (Martianus) *cit. S. in C. XVIII v.* 36 *p.* 82.
Carus (Lucretius) *adl. Praef.* §. *VIII, S. in C.* II *v. 9 p. 11*, *in C.* IX *v.* 22 *p.* 45, & *in C. XV v.* 37 *p.* 71.
Caſaubonus (Iſaacus) *laud. Praef.* §. *IV*, *cit.* §. IX. *n.* (36), *not.* §. XIII, & *cit. ibid. n.* (42), *cit. S. in C. V v.* 35 *p.* 30, *in C. VI v.* 33 *p.* 33, *in C. VII v. 10 p.* 36, *in C. VIII v. 13 p.* 40, *in C. XIII v.* 38 *p.* 62, *in C. XVI v. 19 p.* 75, *in C. XVII v. 7 p.* 78, *adl.* & *laud. S. in* C. *XXXV v. 6 p.* 132.
Caſtellanus (Petrus) *cit. S. in C. VII v.* 24 *p.* 37.
Catullus *cit. S. in C. V v.* 38 *p.* 30.
Chriſtodorus Ecphraſis auctor in Anthol. *cit. Praef.* §. *VI n.* (15)
Chryſippus *cit. S. in C. I v.* 44 *p.* 6, *in C. XVI v. 5 p.* 74, & *in C.* XXIII *v. 14 p. 100.*
Cicero (M. Tull.) *cit. Praef.* §. III., *adl. ibid. bis*, & §. VI *n.* (18), §. *VII ibid. n.* (26), *cit.* §. VIII, & IX, *adl. ibid. n.* (36), §. *X*, & *XIII*, *adl. S. in* C. I *v. 11 p.* 3, *in C.* X *v.* 32 *p.* 49, *cit. S. in C.* XI *v. 6 p.* 52, *in* C. XII *v. 12 p.* 56, *in C.* XIII *v. 10 p.* 60, *in* C. XIV *v.* 3 & *10 p.* 64, *in C.* XVII *v.* 29 *p.* 79, *in C.* XXIII *v.* 39 *p. 101*, *cit. in C,* XXIV *v. 16 p. 105*, *adl. S. in C.* XXVI *v.* 32 *p. 112*, *cit. S. in C.* XXXI *v. 8 p. 122*, *adl. in C.* XXXIII *v.* 21 *p. 126*, *in C. XXXVI v.* 29 *p. 136*, *in C. XXXVII v.* 6, 21, & 30 *p. 138*, & *in C. XXXVIII v.* 26 *p.* 140.

Claudianus *cit. S. in C.* XXXV *v. 6 p. 132.*
Clemens Alexandrinus *cit. S. in C. V v.35 p. 30, in C. XIX v.4 p. 86, in C. XXXV v. 6 p. 132, adl. S. in C. XXXVIII v. 26 p. 140.*
Columella *adl. Praef.* §. *VIII.*
Corſinius *adl. S. in C. XIX v. 4 p. 86.*
Cratettius (Herodes) *adl. S. in C. XV v. 15 p. 68, ſeq. in C. XXV v. 35 p. 109.*
Cratinus *cit. S. in C. XXV v. 41 p. 133.*

D

Dalechampius *cit. S. in C. XIX v. 4 p. 89.*
Damaſcenus (Nicolaus) *adl. Praef.* §. *IX n.* (35)
Daphnaeus *cit. S. in C. XIV v. 3 p. 64, & in C. XV v. 31 & 35 p. 70.*
Democritus *cit. S. in C. XXXVI v. 15, ſeq. p. 136, & in C. XXXVIII v. 26 p. 140.*
Demoſthenes *cit. S. in C. VII v. 24 p. 37.*
Dicaearchus *cit. S. in C. XIX v. 11 p. 88.*
Didymus *cit. S. in C. I v. 44 p. 7. & in C. XXIII v. 14 p. 100.*
Dio Chryſoſtomus *cit. S. in C. XIV v. 14 p. 64.*
Diodorus Siculus *adl. Praef.* §. *XIII n.* (41), *S. in C. VII v. 24 p. 37, in C. VIII v. 26, 29 p. 41, & cit. S. in C. XV v. 15 p. 69.*
Dorwillius *cit. Praef.* §. *VII n.* (22).

E

Empiricus (Sextus) *adl. S. in C. I v. 44 p. 6, in C.* II *v. 19 p. 14, & in C. XXV v. 36 p. 109.*
Epictetus *cit. S. in C. V v. 35 p. 30.*
Epicurus apud Laërtium *adl. Praef.* §. *VI n.* (*18*) v. Laërtius.
Euclides *adl. S. in C. I v. 11 p. 3, & v. 36 p. 5, inluſtr. S. in C. III v. 27 p. 20, cit. S. in C. XIX v. 4 p. 86, cit. S. in C. XXX v. 14 p. 120.*
Eupolis *cit. S. in C. XXV v. 41 p. 133.*
Euripides *cit. Praef.* §. *VIII, adl. S. in C. VI v. 33 p. 33, & in C. XV v. 31 p. 70.*
Euſebius *cit. S. in C. XIX v. 17 p. 90.*
Euſtathius *cit. S. in C. XXV v. 6 p. 132, in C. VIII v. 13 p. 40, & in C. XXXV v. 6 p. 132.*

F

Fabricius (Io: Albert.) *cit. Praef.* §. *III n.* (*3*), *adl. S. in C. I n.* (*) *p. 2, not. S. in C. XIX v. 4 p. 86, & 88, in C. XXIII v. 14 p. 100.*
Flaccus (Horatius) *adl. Praef.* §. *III, S. in C. IX v. 37 p. 45, in C. XI v. 6 p. 52, in C. XII v. 24 p. 57, in C. XXXVII v. 35 p. 138.*
Fulgentius *cit. S. in C. XXXV v. 6 p. 132.*
Feithius (Everardus) *not.* §. *VII n.* (25)

G

Galenus *laud. & not. Praef.* §. *XIII, adl. S. in C. XIX v. 14 p. 89, cit. S. in C. XXV v. 35 p. 109, in C. XXXIV v. 1 p. 128.*
Gaſſendus (Petrus) *adl. S. in C. I v. 29 p. 4 v. 36 & 40 p. 5, in C. II v. 9 p. 11, & v. 19 p. 14, cit. S. in C. IX v. 22 p. 45, in C. XIII v. 10 p. 60, in C. XV v. 35 p. 70, not. ibid. v. 37 p. 71, cit. S. in C. XXIV v. 16 p. 105, in C.* XXXI *v. 1 & 8 p. 122, in C.* XXXVII *v. 21 & 30 p. 138, & S. in C.* XXXVIII *v. 16 p. 140.*
Gatakerus *cit. S. in C.* XIII *v. 10 p. 60.*
Gaudentius *adl. S. in C.* II *v. 15 p. 13.*
Gellius *adl. bis Praef.* §. XV *n.* (45), *S. in C.* II *v. 9 p. 11, in C.* XIV *v. 14 p. 64, in C.* XXVIII *v. 37 p. 116, in C.* XXXI *v. 8 p. 122, & in C.* XXXV *v. 6 p. 132.*
Glaucus Italicus *cit. S. in C.* XIX *v. 17 p. 90.*
Glaucus poëta Antholog. *cit. Praef.* §. *VI n.* (*20*).
Gyraldus (Lil. Gregor.) *cit. S. in C. XI v. 27 p. 53, & in C.* XX *v. 8 p. 92.*

H

Halicarnaſſeus (Dionyſ.) *adl. S. in C. V v. 31 p. 29 & 30, & v. 32 ibid., & in C.* XXXV *v. 41 p. 133.*
Heinſius *adl. Praef.* §. III *n.* (2) & (3).
Heraclitus *adl. S. in C.* I *v. 44 p. 6.*
Hermarchus apud Porphyrium v. Porphyrius.
Hermias *cit. S. in C.* XIII *v. 10 p. 60, & adl. v. 17 p. 61, & S. in C.* XV *v. 28 p. 69.*
Herodotus *adl. Praef.* §. *V n.* (9) & §. VIII.
Heſichius *adl. S. in C. V v. 26 p. 29.*
Heſiodus *cit. S. in C.* XVII *v. 7 p. 78.*
Homerus *cit. Praef.* §. VI *n.* (*18*) *adl.* §. VII *n.* (*27*), *cit. ibid. adl.* §. *IX n.* (*38*), *adl. S. in C. XII v. 24 p. 57, in C. XIII v. 22 p. 61, in C. XVI v. 19 p. 75, cit. in C. XVII v. 6 p. 78.*
Hyginus *cit. S. in C.* XXXIV *v. 24 p. 128 ſeq. in C.* XXXV *v. 6 p. 132, adl. ibid. v. 9.*

I

Ignarra *laud. Praef.* §. *VII n.* (*25*), §. *VIII n.* (*28*).
Ionſius *cit. Praef.* §. III *n.* (*3*).
Ioſephus Hebraeus *adl. Praef.* §. *IV bis, & ibid. n.* (*6*) (*7*) (*8*).
Iuſtinus Martyr *cit. S. in C.* XXV *v. 35 p. 109.*

K

Kirckmannus (Io:) *laud.* §. *VII, not. ibid. n.* (*25*).

L

Lactantius *adl. S. in C. XXIII v. 16 p. 100.*
Laërtius *cit. Praef.* §. *III, X, & XIII, adl. ibid. n.* (*44*), §. *XVI, & ibid. n.* (*47*), *inluſtr. S. in C. I v. 36 & 40 p. 5, & v. 44 p. 6, adl. S. in C. II v. 6 p. 10, inluſtr. ibid. v. 9 p. 11, adl. ibid. v. 19 p. 14, adl. S. in C. IV v. 7 p. 24, in C. V v. 35 p. 30, in C. X v. 32 p. 49, in C. XI v. 6 p. 52, cit. S. in C. XIII v. 10 p. 60, in C. XIV v. 10 p. 64, & v. 39 p. 65, in C. XV v. 37 p. 70, in C. XXIII v. 14 p. 100, & v. 30 p. 101, adl. S. in C. XXIV v. 11 p. 104, in C. XXV v. 32 & 35 p. 109, in C. XXVIII v. 1 p. 116, in C. XXXI v. 1 & 17 p. 122, in C. XXXIII v. 21 p. 126, in C. XXXVI v. 29 p. 136, in C. XXXVII v. 6, 21 & 30 p. 138, inluſtr. S. in C. XXXVIII v. 16 p. 140.*
Lambinus *cit. Praef.* §. *III n.* (2).
Leonidas Alexandrinus poëta Antholog. *adl. Praef.* §. *IX n.* (*37*).
Lipſius (Iuſtus) *cit. Praef.* §. XIII *n.* (*42*), *S. in C.* X *v. 32 p. 49.*
Lubinus *cit. Praef.* §. *VI n.* (*15*).
Lucianus *adl. Praef.* §. *III, cit. S. in C. VII v. 10 p. 36, & in C.* XX *v. 8 p. 92.*
Lydiatus (Thomas) in Marmore Oxonienſi *cit. S. in C.* XIX *v. 4 p. 86.*
Lynocerius *cit. S. in C.* XV *v. 28 p. 69.*
Ma-

M

Machabaeorum Auctor *adl. Praef.* §. *IV n.* (*5*), *&* §. *VIII n.* (*32*).
Macrobius *adl. Praef.* §. *VII, S. in C.* XI *v. 30 p. 53, cit. S. in C. XVI v. 19 p. 75, in C.* XXXI *v. 17 p. 122.*
Marcus (Evangeliſta) *adl. Praef.* §. *IV.*
Martinus (Emmanuel) *laud. & not. Praef.* §. *II.*
Mattei (Xaverius) *laud. S. in C. XXIX v. 4 p. 118.*
Maximus Tyrius *cit. S. in C. VIII v. 8 p. 40, in C. XXXI v. 1 p. 122, in C. XXXII v. 11 p. 124, in C.* XXXVI *v. 35 p. 136, & adl. p. 142 & ſeq.*
Meibomius *adl. S. in C. I v. 4 p. 2, in C. II v. 15 p. 12. laud. ibid. v. 15 p. 13, & v. 20 p. 15, cit. S. in C. VIII v. 6 p. 40, in C. IX v. 41 p. 45, laud. S. in C.* XXVIII *v. 18 p. 116, cit. S. in C.* XXX *v. 10 p. 120, & in C.* XXXIV *v. 24 p. 129.*
Meleager *cit. Praef.* §. III, *adl.* §. *IV & V, & bis* §. *VI n.* (*15*).
Menagius *cit. Praef.* §. *III, ibid. n.* (*3*), §. *IX n.* (*36*), §. *XIII, S. in C. V v. 35 p. 30, in C. XIII v. 10 p. 60, in C. XIV v. 14 p. 64, in C. XXV v. 32 p. 109, in C. XXXVIII v. 26 p. 140.*
Menalippides *inluſtr. S. in C. XXXV v. 6. p. 132.*
Menander *adl. S. in C. V v. 26 p. 29, & in C.* XV *v. 12 p. 68.*
Meurſius (Ioannes) *cit. S. in C. VII v. 24 p. 37, & in C. VIII v. 8 p. 40.*
Minutius Felix *cit. S. in C. XIV v. 14 p. 64.*
Mneſalcas poëta Anthol. *adl. Praef.* §. *VI n.* (*15*).
Muretus (M. Ant.) *cit. S. in C. V v. 38 p. 30.*
Muſicius *cit. S. in C. XV v. 15 p. 69.*

N

Nanzianzenus (Gregorius) *cit. S. in C. XIX v. 11 p. 89.*
Nemeſius *adl. S. in C. I. v. 29 p. 4.*
Nepos (Cornelius) *cit. Praef.* §. *VIII, adl.* §. *XIII n.* (*42*).
Nicias poëta Antholog. *cit. Praef.* §. *VI n.* (*15*).
Nicomachus *cit. S. in C. I n.* (***) *p. 2, in C. XIX v. 4 p. 87 & 88, & v. 17 p. 90, in C. XXX v. 10 p. 120, & in C. XXXV v. 9 p. 132.*
Nonius *adl. Praef.* §. *VIII n.* (*29*).
Nonnus *cit. Praef.* §. *VI n.* (*14*) *&* (*19*), *S. in C. XIII v. 22 p. 61.*

O

Origenes *adl.* §. *XVI n.* (*46*).
Ovidius *adl. S. in C. XV v. 15 p. 68, & in C. XXXV v. 6 p. 132.*

P

Palmerius *cit. S. in C. XIX v. 4 p. 86.*
Panacma Pythagoraeus *adl. Praef.* §. *XIII.*
Parmenides *adl. S. in C. I v. 44 p. 6.*
Pauſanias *cit. S. in C. IV v. 37 p. 26, in C. XII v. 24 p. 57, in C. XIII v. 10 p. 60, in C. XIV v. 14 p. 64, adl. S. in C. XVIII v. 36 p. 82.*
Perſius *cit. Praef.* §. *IX n.* (*35*).
Petitus (Samuel) *cit. Praef.* §. *III n.* (*3*), *S. in C. XIV v. 3 p. 64.*
Petronius Arbiter *adl. Praef.* §. *VII n.* (*24*) *&* (*27*).
Phlegon *cit. Praef.* §. *VII.*
Philodemus (in Anthol.) *adl. & inluſtr. Praef.* §. *VI, &* IX, *adl. S. in C. XIII v. 22 p. 61.*
Philoſtratus *cit. S. in C. VIII v. 8 p. 40.*
Philoxenus *cit. S. in C. XV v. 2 p. 68.*
Phornutus *cit. S. in C.* XI *v. 27 p. 53, in C.* XV *v. 15 p. 68.*
Photius *cit. S. in C.* I. *n.* (*) *p. 2, inluſtr. S. in C.* II *v. 15 p. 14.*
Pindarus *cit. S. in C. XX v. 9 p. 92, adl. S. in C. XXXIV v. 24 p. 128.*
Plato *cit. Praef.* §. *XIII, adl. S. in C. I v. 4 p. 3, in C.* III *v. 12 & 14 p. 18, & v. 24 p. 19, in C. IV v. 12 p. 25, in C. V v. 26 p. 29, cit. S. in C. XI v. 27 p. 53, in C. XII v. 12 p. 56, in C. XIII v. 10 p. 60, not. ibid. v. 17 & 29 p. 61, adl. S. in C. XIV v. 15 p. 64, cit. S. in C. XV v. 28 p. 69, cit. ibid. v. 31, 35, & 37 p. 70, adl. S. in C. XVI v. 33 p. 76, in C. XX v. 8 p. 92, in C.* XXIV v. *28 p. 105, in C.* XXV *v. 35 p. 109, cit. S. in C.* XXVI *v. 24 p. 112, adl. S. in C.* XXVIII *v. 1 p. 116, cit. S. in C.* XXXI *v. 8 p. 122, adl. S. in C.* XXXIV *v. 1 & 24 p. 128, in C.* XXXVI *v. 15 & 26 p. 136, cit. C.* XXXVII *p. 137, & v. 6 p. 138.*
Plautus *adl. S. in C. V v. 26 p. 29, & in C. VII v. 10 p. 36.*
Plinius *adl. Praef.* §. *V, cit.* §. *VI n.* (*16*), *adl.* §. VIII.
Plutarchus *adl. Praef.* §. VIII, *& bis* §. XIII, *ibid. bis n.* (*42*), §. *XVI, S. in C.* I *v. 3 p. 2 v. 4 p. 3, conrect. v. 29 p. 4, v. 36 p. 5 v. 44 p. 6, adl. S. in C.* II *v. 5 & 9 p. 10 v. 15 p. 12 v. 20, 22, 24, & 26 p. 15, in C.* III *v. 12 p. 18, in C. IV v. 2 & 12 p. 24, v. 34 & 37 p. 26, in C. V v. 1 & 15 p. 28, in C. VI v. 10, 11, & 13 p. 32, in C.* VII *v. 10 p. 36, in C. X v. 2, 9, & 15 p. 8, v. 32 p. 49, & v. 35 p. 50, in C.* XI *v. 33 p. 53, in C.* XII *v. 1, 9, 12, & 14 p. 56, inluſtr. S. in C.* XIII *v. 10 p. 60, cit. ibid. v. 22, 29, & 35 p. 61, & v. 38 p. 62, in C.* XIV *v. 30 p. 65, in C.* XV *v. 2 & 9 p. 68, adl. ibid. v. 15 & 23, cit. v. 31, adl. v. 35, ibid. p. 70, adl. S. in C.* XVI *v. 5, 6 p. 74, v. 19 p. 75, & v. 36 p. 76, in C.* XVII *v. 4 & 7 p. 78, & v. 31 & 41 p. 79, cit. S. in C.* XVIII *v. 36, cit. v. 37 p. 82, not. S. in C.* XIX *v. 4 p. 86, inluſtr. ibid. p. 87 & 88, adl. ibid. v. 11, cit. v. 14 p. 89, not. v. 17, ibid. ſeq., cit. S. in C.* XX *v. 8, 9, & 18 p. 92, adl. S. in C.* XXI *v. 33 p. 96, in C.* XXII *v. 10 p. 98, in C.* XXIII *v. 30 p. 101, in C.* XXV *v. 3 & 16 p. 108, in C.* XXVI *v. 24 p. 112, in C.* XXVIII *v. 37 p. 116, in C.* XXX *v. 6 p. 120, cit. S. in C.* XXXII *v. 14 p. 124, in C.* XXXIV *v. 1 p. 128, adl. ibid. v. 24, cit. S. in C.* XXXV *v. 6 p. 132, adl. S. in C.* XXXVIII *v. 12, 18, & 26 p. 140.*

Pollux *cit. S. in C.* IV *v.* 28 *p.* 26, *in C.* VIII *v.*8 *p.*40, & *v.*32 *p.*41, *in C.* X. *v.*8 *p.*48, *in C.* XIV *v.*39 *p.*65, *in C.* XIX *v.*4 *p.*87.
Porphyrius *cit. Praef.* §. XIII *n.* (47), *S. in C.* I *n.* (*) *p.* 2, *adl. ibid. v.* 29 *p.* 4, & *v.* 36 *p.* 5, *in C.* II *v.* 5 *p.* 10, *cit. S. in C.* XIX *v.* 4 *p.* 86, *in C.* XXIII *v.* 14 & 17 *p.* 100, *adl. S. in C.* XXIV *v.* 16 *p.* 105, *in C.* XXVII *v.* 1 *p.* 114.
Prideaux (in Marmora Oxonienſia) *cit. S. in C.* XIX *v.* 4 *p.* 86.
Proclus *not. S. in C.* II *v.* 20 *p.* 14, *ſeq. adl. ibid. v.* 40 *p.* 16, *in* C. V *v.* 15 *p.* 28, & *ibid. v.* 31 *p.* 29, *cit. S. in* C. VI *v.* 13 *p.* 32, *v.* 26 *p.* 33, *in* C. XVI *v.* 6 *p.* 74.
Propertius *cit. S. in* C. XXXV. *v.* 6 *p.* 132.
Ptolemæus (Claudius) *inluſtr. S. in* C. I *v.* 29 & 36 *p.* 4, *ſeq. adl. S. in* C. II. *v.* 12 *p.* 11 *ſeq.*, *cit. ibid. v.* 15 *p.* 13, *adl. S. in* C. XXIV *v.* 28 *p.* 105, *in* C. XXVII *v.* 6 *p.* 114, *in* C. XXX *v.* 10 & 21 *p.* 120, *in* C. XXXV *v.* 23 *p.* 133.
Pythagoras *cit. S. in C.* XXXI *v.* 17 *p.* 122, & *in C. XXXVI v.* 15 *p.* 136.

Q

Quintilianus (Ariſtides) *adl. Praef.* §. XIII, *cit.* §. XIV, *adl.* §. XVII, *inluſtr. S. in* C. I *v.* 4 *p.* 2, & *v.* 36 *p.* 5, *adl. S. in* C. II *v.* 9 *p.* 10, *ſeq. laud. ibid. v.* 15 *p.* 12, *adl. ibid. p.* 13, & *v.* 38 *p.* 16, *adl. S. in* C. III *v.* 10, 12 & 14 *p.* 18 *v.* 24 *p.* 19, & *v.* 27 *p.* 20, *in* C. IV *v.* 2 *p.* 24, *v.* 12 & 15 *p.* 25, *in* C. V. *v.* 25 *p.* 29, *in* C. VI *v.* 28 *p.* 33, *in* C. VII *v.* 10 *p.* 36, *v.* 28 & 32 *p.* 37, *in* C. VIII *v.* 6 *p.* 40, & *v.* 24 *p.* 41, *in* C. IX *v.* 41 *p.* 45, *in* C. X *v.* 15 *p.* 48, *in* C. XI *v.* 30 *p.* 53, *in* C. XII *v.* 12 & 14 *p.* 56, *in* C. XIII *v.* 29 *p.* 61, *in* C. XVII *v.* 29 & 31 *p.* 79, *in* C. XIX *v.* 14 *p.* 89, & *v.* 32 *p.* 90, *in* C. XXIII *v.* 1 & 17 *p.* 100, *in* C. XXV *v.* 3 *p.* 108, *cit. S. in* C. XXVI *v.* 22 *p.* 112, *adl. S. in* C. XXVII *v.* 2, 16 & 24 *p.* 114, *in* C. XXXV *v.* 6 *p.* 132, *in* C. XXXVIII *v.* 26 *p.* 140.
Quintilianus (Fabius) *adl. Praef.* §. XIII, *ibid. n.* (42), *S. in* C. VII *v.* 18 *p.* 36, *in* C. VIII *v.* 6 *p.* 40, & *v.* 29 *p.* 41, *cit. S. in* C. IX *v.* 16 *p.* 45, *adl. S. in C.* X. *v.* 29 *p.* 49, *cit. in* C. XI *v.* 27 *p.* 53, *adl. ibid. v.* 33, *in* C. XVII v. 4 *p.* 78, *in* C. XXII *v.* 38 *p.* 98, *in* C. *XXVI v.* 32 *p.* 112.

R

Reiskius *cit. Praef.* §. III *n.* (2), *not.* §. *V. adl.* §. *VII n.* (22).
Roſſius (Ignatius) *laud. S. in* C. II *v.* 9 *p.* 11.

S

Salmaſius *cit. Praef.* §. VI *n.* (11), *laud. ibid. n.* (21), *not.* §. VII, *cit.* §. IX *n.* (33), *adl. ibid. n.* (34).
Scaliger *cit. S. in* C. VII *v.* 10 *p.* 36.
Scholiaſtes Vaticani Cod. Anthol. *adl. Praef.* §. *V.*
Scholiaſtes Thucydidis v. Thucydides.
Scholiaſtes Ariſtophanis v. Ariſtophanes.
Scholiaſtes Horatii Flacci v. Acro.
Scottus (Andreas) *not. S. in* C. II *v.* 15 *p.* 14, & *in* C. *V v.* 31 *p.* 30.
Seldenus *adl. S. in* C. XIX *v.* 4 *p.* 86.
Seneca *adl. S. in* C. *X. v.* 32 *p.* 49, *in* C. XXXVII *v.* 21 *p.* 138, *cit. S. in* C. XXXVIII v. 26 *p.* 140.
Solinus *adl. S. in* C. XII *v.* 24 *p.* 57.
Spanhemius (Frider.) *cit. S. in* C. *X v.* 8 *p.* 48.
Stephanus (Henricus) *cit. S. in* C. *XIX v.* 11 *p.* 88.
Steſichorus *cit. S. in* C. XIV *v.* 10 *p.* 64, & *in* C. *XX v.* 8 *p.* 92.
Stoboeus *cit. S. in* C. XV *v.* 12 *p.* 68, *in* C. XVII *v.* 41 *p.* 79, *in* C. XXV *v.* 16 *p.* 109, & *in C.* XXXVIII *v.* 26 *p.* 140.
Strabo *cit. Praef.* §. III, *adl.* §. IV, VIII, *cit. ibid. n.* (28), *adl. n.* (31) §. XIII, *S. in* C. IV *v.* 25 *p.* 25, *cit. S. in* C. XIX *v.* 4 *p.* 86, *adl. S. in* C. XXVI *v.* 24 & 30 *p.* 112, *in C.* XXXIV *v.* 24 *p.* 128.
Suidas *cit. S. in* C. V *v.* 15 *p.* 29, *adl. S. in* C. XI *v.* 27 *p.* 52, *in* C. XIII *v.* 10 *p.* 60, *cit. S. in* C. XIV *v.* 14 *p.* 64, & *v.* 39 *p.* 65, *in* C. XIX *v.* 4. *p.* 86, 87, 89, *in* C. XX *v.* 8 *p.* 92, *adl. S. in* C. XXV *v.* 32 *p.* 109, *cit. S. in* C. XXIX *v.* 16 *p.* 118.

T

Tacitus *adl. Praef.* §. VIII *n.* (31).
Teleſta Selinuntius *adl. S. in* C. XXXV *v.* 6 *p.* 132.
Terentius *adl. S. in* C. V *v.* 31 *p.* 30.
Tertullianus *cit. S. in* C. XXV *v.* 35 *p.* 109.
Theocritus *cit. Praef.* §. VI *n.* (15).
Theodoretus *cit. S. in* C. V v. 35 *p.* 30, *adl. S. in* C. XXXVIII *v.* 26 *p.* 140.
Theognides *adl. S. in* C. XIII *v.* 22 *p.* 61.
Theon *cit. S. in* C. I *n.* (*) *p.* 2.
Theophraſtus *cit. S. in* C. IV *v.* 12 *p.* 24, & *in* C. XXVII *v.* 1 *p.* 114.
Thucydides *cit. Praef.* §. VII *n.* (18), & *S. in* C. VII *v.* 24 *p.* 37.
Thucydidis Scholiaſtes *adl. ibid.*

V

Valerius Maximus *adl. S. in* C. XXV *v.* 32 *p.* 109.
Valeſii *laud. Praef.* §. VII *n.* (25).
Walliſius *adl. S. in* C. I *v.* 4 *p.* 2, *in* C. II *v.* 12, & *laud. ibid. v.* 15.
Varro *cit. Praef.* §. VIII *n.* (29).
Uffembachius *cit. Praef.* §. III *n.* (2).
Voſſius (Gerardus) *adl. Praef.* §. XIII.

X

Xenophanes *cit. S. in* C. VI *v.* 33 *p.* 33.
Xenophon *cit. S. in* C. XV *v.* 31 *p.* 70, *adl. S. in* C. XVI *v.* 22 *p.* 75.
Xylander *adl.* & *not. S. in* C. I *v.* 29 *p.* 4, *in* C. II *v.* 12 *p.* 12, *in* C. XVII *v.* 4 *p.* 78, *cit. S. in* C. XIX *v.* 4 *p.* 87, & *v.* 11 *p.* 88.

Z

Zeno *cit. S. in* C. XXV *v.* 16 *p.* 108.
Zenobettius (Jo: Baptiſta) *laud. Praef.* §. *V n.* (10).

I N D E X V.

Rerum notabilium, quae vel in Textu, vel in Praefatione, & Scholiis occurrunt.

Littera C. indicat Columnam, *S.* Scholion, *v.* verſum, *n.* notam, *p.* paginam.

A

Acroamata *S. in C. XVII v. 7 p. 78.* v. Convivia.

Adraſtus Peripateticus, libri eius nomine inſcripti in Farneſiano codice quales ſint *p.* 2 (*)

Adulator chamaeleonti ſimilis *S. in C. XVII v. 31 p. 79.*

Aegyptii quid de Muſica ſenſerint *Praef. §. XIII.* Iidem, ac Hebraei apud Lucianum *Praef. §. VIII N.* (31)

Agatho, & Democritus a Philodemo *C. XIV p. 63* memorati, qui; & quo Muſices genere ſuam poëſim modulati fuerint, ut ſuos amatores incenderent *S. in d. C. v. 39, 40 p. 65.*

Agonibus celebrandis Muſica adhibita *C. IV p. 23,* & *S. in d. C. v. 37 p. 26.*

Agoniſtae qui *C. XXXII v. 9 S. in d. C. p. 124.*

Amatoria virtus Stoicorum inventum *C. XIII p. 59,* & *S. in d. C. v. 13 p. 61. C. XVI p. 73,* & *S. in d. C. v. 5 p. 74.*

Amor quid *S. in C. XV v. 28 p. 69.* Num poſſit eſſe ſine Venere *ibid. v. 35 p. 70.* Qua in re verſetur *C. XIII p. 59.* Quem animis tumultum ingerat *S. in C. VI v. 10 p. 32.* Adiuveturne muſica, & poëſi *C. XIII p. 59,* & *S. in C. XVII v. 41 p. 79.* Philoſophorum de amore opiniones *S. in d. C. v. 10 p. 60.* Amoris ſpecies *ibid.* Num cantibus apud veteres aliquando amor conciliatus *S. in C. XIV v. 23 p. 64.* Menandri verſus de Muſica, quatenus incitamentum amoris eſt, quomodo intelligendus *S. in C. XV v. 12 p. 68.* Puerorum amorem quum veteres admiſerunt, quemnam intellexerint *S. in C. XV v. 31 p. 70.* Amoris paſſio legum violatrix *C. V p. 27.* Adpetitus eius magnum malum ſecundum Epicureos *C. XIII p. 59.* Amor rectus an cum Muſica copulari poſſit *ibid.,* & *S. in d. C. v. 17 p. 61.* Amoris cenſura *ib. v. 22.* Stoicorum de Amore doctrina *ibid. v. 10 p. 60,* & *v. 35 p. 61.* In amore infortunia num conſolari valeat muſica *C. XV p. 67,* & *S. in d. C. v. 2 p. 68.*

Amphion Muſicus excellens *S. in C. XII v. 24 p. 57.* Quid de eo Scriptores, & Poëtae memoriae prodiderint *ibid.*

Anacreon v. Ibycus.

Animae duplex pars ad mentem Epicuri, rationalis, & inrationalis *S. in C. I v. 36 p. 4 ſeq.*

Animum addere quid; & an Muſica vim hanc ſuapte natura habeat *C. VII p. 35.*

Archeſtratus a Philodemo oppugnatus, eiuſque ſectatores quid de Muſica ſenſerint *C. XXIII p. 99.* De quo eius nominis meminerit Philodemus; & quos libros ille conſcripſerit *S. in d. C. v. 14 p. 100.*

Ariſtophanis locus, cui digitum intendit Philodemus, inveſtigatus, & inluſtratus *S. in C. XIV v. 23 p. 64,* & *v. 25 p. 65.*

Ariſtoxenus *C. XXIX p. 117* memoratus, quinam inter plures eius nominis; h.e. *Muſicus* per excellentiam dictus *S. in d. C. v. 16 p. 118.*

Arundelliani marmoris I lineae 49, & 50 ſuppletae, & inluſtratae *S. in C. XIX v. 4 p. 86.*

Aſpaſiae carmina ad Socratem *S. in C. XV v. 15 p. 68 ſeq.*

Athletica ars quo in loco ab Epicureis habita *S. in C. VI p. 33,* ea tamen oblectati *C. VII p. 35,* & *S. in d. C. v. 2 p. 36.*

Atthis Meleagri patria quae *Praef. §. V.*

Auditio inrationalis *C. II p. 9,* & *C. XXIV p. 103.* Quomodo intelligenda *S. in C. I v. 36 p. 4 ſeq. S. in C. III v. 12 p. 18,* & in *C. XXIV v. 13 p. 104.* Auditio eadem cur alteri placeat, alteri diſpliceat *S. in C. II v. 6 p. 10.* Diſcrepantesne evadant auditiones, quantum ad praevias animorum diſpoſitiones, an & quantum ad aurium ſenſum *C. II p. 9,* & *S. in d. C. v. 15 p. 12,* & *v. 18 p. 14.* Epicuri ſententia de auditione *ibid. v. 9 p. 10.* Aliorum Philoſophorum ea de re opiniones *ibid. p. 11.* Quae dicta Muſica *ab Auditionibus S. in C. XVI v. 31 p. 76.*

B

Bacchanalium chori *C. VII p. 35,* & *S. in d. C. v. 23 p. 37.* Iidem chori num vim commovendi habuerint *ibid. v. 24.*

Barbara Numina quo in primis ritu colerentur *S. in C. XXXV v. 25 p. 133.*

Beatitas Deorum qua in re, ad mentem Epicuri, conſtituenda *S. in C. IV v. 7 p. 24.*

Bellica virtus an Muſica adiuvetur *C. VI p. 31,* & *S. in d. C. v. 26, 28 p. 33.*

Bonum per ſe quod; quidque exſiſtimatione bonum ſecundum Stoicos *S. in C. X v. 32 p. 49.*

C

Cantilena quomodo iucunda, vel moleſta *v.* Auditio. Cantilenae Enarmonii, & Chromatici generis num per ſe differant *C. II p. 9 S. in d. C. v. 12 p. 11 ſeq.,* & *C. III p. 17.*

Cantionum genus in ludicris certaminibus *C. VI p. 31*, & *S. in d. C. v. 33 p. 33.*
Chaldaei, & Magi Aſtrologiae auctores *S. in C. XXXI v. 17 p. 122.*
Chromatica Muſica quae *C. II p. 9*, & *S. in d. C. v. 15 p. 12.* Chroma num harmonia antiquius *S. in C. II v. 20 p. 15.* Chromaticum Muſicae genus cur effeminatum, & inliberale dictum *C. II p. 9*, & *S. in d. C. v. 15 ſeq. p. 12.* Cur in deliciis habitum *ibid.*
Comoedia nova quae *S. in C. VII v. 10 p. 36.* Quo aevo acta poëmata ſine chori interruptione; & quo chorus inde ſublatus *ibid.* Comoedia, & Tragoedia cui uſui; quidque iis cum Philoſophia commune *S. in C. XXXV v. 41, 42 p. 133.*
Concentus nudus quomodo Graece dictus *S. in C. III v. 12 p. 18, v. 24 p. 19*, & *S. in C. XXVIII v. 9 p. 116.*
Conſiliantibus, & concionantibus num Muſica proficua ſecundum veteres; quidque ea de cauſa apud eos obtinuerit *S. in C. XXVIII v. 37 p. 116*, & *in C. XXIX v. 4 p. 118.*
Contrahere, & remittere animum quid, quatenus Muſicae eſt effectus *S. in C. I v. 11 p. 3.*
Convivalis virtus quae, & quorum inventum *C. XVI p. 73*, & *S. in d. C. v. 5 p. 74.*
Convivia antiquitus cum muſica celebrata, & quare *C. XI p. 51. C. XII p. 55. C. XVI p. 73. S. in d. C. v. 6 p. 74*, & *v. 19 & 22 p. 75.* Quomodo apud Cretes; quomodo apud Lacedaemonios appellata *S. in C. XIX v. 11, 12 p. 88.* Mos traducendi mutuis colloquiis convivia *C. XVII p. 77.* Homericum Menelai convivium *S. in d. C. v. 4 p. 78.* Communis conſuetudo advocandi homines, qui Acroamata in conviviis recitarent *ibid. v. 7.* Poëtarum in iis recitationes cum muſica, vel ſine; & plerumque Menandri lectio uſurpata *ibid.* An & alia Acroamatum nomine apud veteres venerint *ibid.*, & *C. XXXVIII p. 139*, & *S. in d. C. v. 12 & 18 p. 140.* Quis conviviorum finis *C. XVIII p. 81. S. in d. C. p. 82.*
Conviviorum hora apud veteres *Praef.* §. *IX N. (35)*
Coqui cum Muſicis in nuptiis comparati *C. V p. 27, S. in d. C. v. 26 p. 29, & S. in C. XX v. 34 p. 93*, eorum dignitas *ibid.*
Coquinariae princeps locus inter ceteras religioſas artes tributus *C. XX p. 91*, & *S. in d. C. v. 34 p. 93.*
Corporum praecipua proprietas iuxta Epicureorum ſententiam *C. IX p. 43*, & *S. in d. C. v. 22 p. 45.*
Cremare cadavera apud quos & quamdiu invaluit *Praef.* §. *VII.*
Crexus, Timotheus, Philoxenus, aliique eius aetatis poëtae qua in re notati *S. in C. II v. 24 p. 15.* Crexi poëma quomodo auguſtius factum *C. X p. 47.*
Criterium veritatis num ſenſus *S. in C. I v. 29 & 36 p. 4 ſeq., v. 40 & 44 p. 6 ſeq.*, & *S. in C. II v. 19 p. 14.* De eo Epicuri dogmata, & Stoicorum *S. in C. I ibid.* Pythagoraeos inter, & Ariſtoxenios de criterio muſices diſcrepantia *ibid. v. 44 p. 6 ſeq.*
Critica, quod ad Muſicam, quomodo adcepta a Diogene Stoico *C. XXII p. 97*, & *S. in d. C. v. 10 p. 98.*
Cupedinariae mulieres *C. V p. 27*, & *S. in d. C. v. 26 ſeq. p. 29.*
Cupiditatum diſtinctio duplex apud Epicureos vulgatiſſima; triplex apud Tullium, *S. in C. XXXIII v. 21, 22 p. 126.*
Cynici quid de Muſica ſenſerint *Praef.* §. *XIII N. (44)*

D

Damon Athenienſis Muſicus excellens, & puerorum de Muſica praeceptor *C. XXXIV p. 127.*
Dei Muſicae inventores *S. in C. XXXIV v. 24 p. 128.*
Democritus Abderites a Philodemo laudatus: quod nomen in Philoſophia promeritus, quidque de Muſica ſenſerit *C. XXXVI p. 135*, & *S. in d. C. v. 29 & 35 p. 136.*
Democritus alter a Noſtro commemoratus *C. XIV* qui fuerit *S. in d. C. v. 39 p. 65.*
Dialectica quam late adcepta a Stoicis *Praef.* §. *XIV.*
Dialogi Platonis a pueris memoriter recitati; & quando *S. in C. XVII v. 7 p. 78.*
Diaſtaltice, Siſtaltice, Media Melopoeia quae *S. in C. III v. 14 p. 18.*
Diatonicum Muſicae genus cur a Philodemo praetermiſſum *S. in C. II v. 15 p. 13.* Qua aetate illud viguerit *ibid.*
Dieſis v. Intervalla.
Diogenes varii *Praef.* §. *XV.*
Diogenes Seleucienſis vulgo Babylonius, in quo confutando tota Philodemi tractatio verſatur, qui fuerit *Praef.* §. *XV*, & *S. in C. XXI v. 19 p. 96*, quid ſcripſerit *Praef.* §. *XVI*, quo ſenſu adſereret, non longe a perfecta Philoſophia Muſicam diſtare *C. XIII p. 99.*
Divinitas noſtris honoribus an indigeat *C. IV p. 23*, & *C. XXXV p. 131.* Divinitati colendae num Muſica ſit ſuapte natura comparata *S. in C. IV v. 12 p. 24*, & *C. XXXV l. c.*

E

Ebrietas, & ſatietas in Muſica quae *S. in C. I v. 1 p. 2.*
Effeminata, adfectationis plena, inliberalis Muſica quae v. Chromatica.
Embaterii moduli qui *S. in C. X v. 9 p. 48.*
Enarmonica Muſica quae *C. II p. 9*, & *S. in d. C. v. 15 p. 12.* Gravitas, nobilitas, & ſimplicitas eius undenam repetenda *ibid.*

Stoi-

Stoicis hoc Muſicae genus unice cordi, & quare *l. c. v. 20 p. 14.* A quo ea Muſica inventa *ibid.* Quo aevo exoleſcere coeperit, & quare *ibid. v. 15, 16 p. 13.* Quo ſaeculo deperdita *ibid. p. 14.* Cur maximo in praetio habita; & ipſine, an Chromaticae primae fuerint datae *ibid. p. 13.* Num ad excitandam intelligentiam valeat *C. XXI p. 95*, & *S. in C. XXII v. 10 p. 98.*

Encomia virorum fortium cur Muſica celebrata *S. in C. V v. 15 p. 28.* Quando in initio, & quando in fine fieri ſolita in nuptiis *ibid. v. 32 p. 30.*

Encomiaſticae cantilenae *C. V p. 27.*

Epicedia quae, & quid efficiant *C. VI p. 31*, & *S. in d. C. v. 13, 18 p. 32.*

Epicurus quid de Muſica ſenſerit *Praef. §. XIII*, quid de poëſi *ibid.*, & *S. in C. XXXVIII v. 26. p. 140.*

Epigrammata Philodemi bina publicantur, & inluſtrantur *Praef. §. VI, & IX.*

Epithalamia v. Hymenaei.

Erato num ab amore dicta: an amatoribus praeſit, & Muſicâ amores iuvet *C. XV p. 67*, & *S. in d. C. v. 15 p. 68 ſeq.*, & *28, 29 p. 69.*

Errorum cauſam omnem quam in rem reiecerit Epicurus *S. in C. I v. 36 p. 4 ſeq.*, & *in C. II v. 6 p. 10*, & *v. 19 p. 14.*

F

Fatum quid ſecundum Stoicos *S. in C. XXXI v. 8 p. 122.*

Feritas ubique olim dominata *C. XI p. 51.* Num Muſicae ope abacta *S. in d. C. v. 30 p. 53.*

Furores quatuor, Muſicus, myſticus, divinatorius, & amatorius; quomodo ſe invicem adiuvent *S. in C. IV v. 12 p. 25, in C. XIII v. 17 p. 61*, & *in C. XXXIV v. 24 p. 128.*

G

Gadarae Philodemi patria quae *Praef. §. IV*, an idem ac Gazarae *ibid.* cur dictae a Meleagro Aſſyriae *ibid. §. V.*

Gadareni non Graeci origine *Praef. §. VI.*

Graecorum inſtitutum amandi pueros *C. XIV p. 63*, & *S. in C. XIV v. 3 p. 64*, Epicureis improbatum *ibid.*

Grammaticam inter & Muſicam an adſit adſinitas *C. XXII p. 97*, & *S. in d. C. v. 38 p. 98.*

Guido Aretinus, cuius generis Muſicae reſtitutor *S. in C. II v. 15 p. 12.*

H

Harmonica potentia perceptiva *S. in C. I v. 29 p. 4.* Eius definitio, deſcriptio, diviſio ad variam Philoſophorum mentem *ibid.*

Harmonicorum libri Manuelis Bryennii qui *S. in C. I v. 4 n. (*) p. 2.* Quid de illis ſentiendum *ibid.*

Harmonicus canon qui *S. in C. XXX v. 14 p. 120.*

Hebraei quid de Muſica *Praef. §. XIII.*

Heraclides, de decoro, & indecoro cantu *C. XXIII* memoratus; quinam inter plures eiuſdem nominis: quorum operum auctor; & quî Muſicam a Philoſophia parum diſtare docuerit *S. in d. C v. 39 p. 101.*

Hermarchus ſcribendus, non ut vulgo Hermachus *Praef. §. III n. (4)*

Hiſtrionica quid cum Muſica *S. in C. XXII v. 10 p. 98. C. XXIII p. 99*, & *S. in d. C. v. 1 p. 100.*

Hora nona conviviorum propria *Praef. p. IX.*

Horatii Flacci phraſes a Noſtro item uſurpatae *C. IX v. 37*, *S. in d. C. p. 45*, & *C. XXXVII v. 35*, *S. in d. C. p. 138.*

Horoſcopi, ſive Geniturae, qui; & de iis quid ſentiendum *C. XXXI p. 121*, & *S. in d. C. v. 1 & 8 p. 122.*

Humare quid proprie innuat *Praef. §. VII.*

Hymenaei qui ab initio *C. V p. 27.* Hymenaeis, & Epithalamiis an aliquid conducat Muſica *ibid.* Ab Epithalamiis quid differant *S. in d. C. v. 31 p. 29 ſeq.* Quando in Nuptiis Epithalamiorum cantus exoleverit; & quomodo vulgo vocari coeperint *ibid.*

Hymni, qui in Deorum honorem canebantur, num ad mores componendos conducerent *S. in C. IV v. 2 p. 24.* Hymni Epheſii qui *S. in C. X v. 8 p. 48.*

Hypogaea quae *Praef. §. VII*, bina nuper Neapoli detecta *ibid. n. (28)*

Hypomnematum libri a Philodemo conſcripti qui *S. ad C. XXIV v. 5 p. 104.*

I

Ibycus, & Anacreon num iuventutem cantibus, & ſententiis ſuis corruperint *C. XIV p. 63.* Turpiſſimo amore infames *S. in d. C. v. 10 p. 64.* Ariſtophanis, & Tullii de ipſis teſtimonia *ibid.*

Imitandi vi Muſica num polleat, & maxime morum formas virtuti adcedentes *C. II p. 9*, & *S. in d. C. v. 40 p. 16. C. III p. 17*, & *S. in d. C. v. 24 p. 19*, & *v. 34, 43 p. 20.*

Inſtrumenta duo Divinitatis colendae a Philodemo admiſſa, quae *S. in C. IV v. 12 p. 24.* Quaedam perantiquae conſtructionis inſtrumenta quaenam deperdita Muſices genera exhibeant *S. in C. II v. 15 p. 12.*

Inſtrumentorum Muſicorum varii generis inventio cui tribuenda *S. in C. XXXIV v. 24 p. 128 ſeq.* Mos adiungendi Muſica Inſtrumenta agentibus remos, meſſoribus, vinitoribus, ceteriſque mercenariis laborantibus *C. VIII p. 39*, & *S. in d. C. v. 6 p. 40*, & *v. 24 p. 41.*

In-

Intemperantia, & libido num Philodemo probata *S. in C. VII v. 18 p.* 36.

Intervalla enarmonica, vel dieſis tonorum enarmonica, quae; & quomodo etiam adpellata, & diviſa *S. in C. II v. 15 p. 13*, & *in C. XXIII v. 17, 18 p. 100.*

Iuſtitia quae ad Epicuri mentem *S. in C. XXIV v. 16, 17 p. 104.* Ei num proſit Muſica *ibid.* Eiuſdem originem undenam repetebat Epicurus *ibid.*

L

Lacedaemonii veteris Muſicae conruptores multarunt *S. in C. XXV v. 3, 4 p. 108*. Apud eos Chori tres, pro triplicis ratione aetatis, *S. in C. X v. 9 p. 48.*

Lenitas, & flectendi animi vis in Muſica unde proficiſcatur *S. in C. II v. 15, 16 p. 12.*

Lyra a quo inventa; quidque de ea fabulati veteres *S. in C. XXXIV v. 24 p. 128 ſeq.*, & *in C. XXXV v. 9 p. 132*. Quadrichordis a quo aucta v. Terpander.

M

Marſyas Muſicus cur a Deo punitus *S. in C. III v. 12 p. 18*, & *S. in C. XXVI v. 24 p. 112.*

Meleagri patria quae *Praef.* §. *V.*

Melos num ad animum permovendum valeat *C. VII p. 35. S. in d. C. v. 32 p. 37*, & *C. X p. 47*. An corpus moveat, & adficiat *C. IX p. 43*, & *S. in d. C. v. 8 p. 44*. An melos commovens magis, quam rationalis ſententia *C. IX p. 43*, & *C. X p. 47*. Melos ſermonis ſequax *C. XIV p. 63*, & *S. in d. C. v. 15 p. 64.*

Menandri carmen a Philodemo laudatum quod *S. in C. XV v. 12 p. 68.*

Mercurius lyrae inventor *S. in C. XXXIV v. 24 p. 128*, cui eam tradiderit *C. XXXV v. 9*, & *S. in d. C. p. 132.*

Meteorae, & Meteorologia *S. in C. XXXI v. 8 p. 122*. Meteoris caeleſtibus num Muſica reſpondeat *C. XXX p. 119. S. in d. C. v. 6*, & *10 p. 120. C. XXXI p. 121*, & toto *S. in d. C.*

Minerva tibiae inventrix *S. in C. XXXIV v. 24 p. 128*, cur abiecerit *C. XXXV p. 131*, quid ea fabula innuat *S. in C. XXXV v. 6. p. 132.*

Mores in Muſica qui *S. in C. III v. 14 p. 18.* Mos Melopoeiae contrahens, diſtendens, quietus qui *ibid.*, & *v. 27 p. 20.*

Multitudo ſecundum Stoicos Diis infenſa, & inſaniens *C. XI v. 6*, & *S. in d. C. p. 52*, & *C. XXI p. 95.*

Muſae unde dictae *S. in C. XI p. 52*, quae adſcripſerint ipſis Epicurei, Plutarchus, ceterique Philoſophi *C. XI p. 51*, & *S. in C. XV v. 23, 24 p. 69.*

Muſica, variae de ea veterum opiniones *Praef.* §. *XIII*, cuius potentiae ope inventa *C. I p. 1*. An Divinitus hominibus data *C. XXXIV p. 127*, & *S. in d. C. v. 24 p. 128 ſeq.* Antiquiſſimane ſit *C. XXXVI p. 135*, & *S. in d. C. v. 35 p. 136*. Undenam ei nomen factum *C. XI p. 51*, & *S. in d. C. v. 27 p. 52.* Quid Muſices nomine intelligendum *C. XXVI p. 111*, & *S. in d. C. v. 30 p. 112.* Cur Philoſophia a Platone, & Pythagoraeis Muſica eſt adpellata *S. in C. XXVI v. 30 p. 112.* Generalis eius adceptio quid complectatur *S. in C. XI v. 31 p. 53.* Tria Muſices genera veteribus cognita Diatonicum, Chromaticum, Enarmonicum; quaeque ea fuerint *C. II p. 9*, & *S. in d. C. v. 15 p. 12 ſeq.*, & *in C. XXVII v. 2 p. 114.* Num aliquo Divino praecepto Muſica inculcata *C. IV p. 23*, & *S. in d. C. v. 15 p. 25.* Num ornamento tantum Hymnis, an neceſſario in Sacris adhibita *S. in C. IV v. 15* & *25 p. 25.* Num certis legibus ſubiecta, an exlex *C. XXV p. 107*, & *S. in d. C. v. 3 ſeq. p. 108.* Num Muſica ſit ſcientia, quae ad excitandas certas ſenſuum, & animorum adfectiones valeat *S. in C. I v. 3 p. 2 ſeq.* Suapte natura quid praeſtet *S. in C. X v. 15 p. 48.* Num aurium unice oblectationem pariat, & an finis eius delectatio *S. in C. XVII v. 29 p. 79.* Sitne efficacior poëſi *S. in C. IX v. 4 p. 45*. Eius effectus unde perficiantur *C. VI p. 31*. Num animi adfectus immutare queat *C. XXXI p. 121*. An amicitiae conciliandae apta *C. XVI p. 77*, & *S. in d. C. v. 39* & *41 p. 79*. Numinibus placandis an conducat *C. XXXV p. 131*, & *S. in d. C. v. 23 p. 132 ſeq.* Quomodo ab aliis cogitationibus diſtrahat, & ad ea, quae inſinuari velint, adtrahat *C. XIX p. 85*, & *S. in d. C. v. 32 p. 90*. Quibus de cauſis vulgo Muſicam diſcerent, quique potiſſimum ea delectati *C. XXXVI p. 135*, & *S. in d. C. v. 15 p. 136*. Studere, ac laborare in Muſica addiſcenda utilene ſit ac decorum *C. XXXVII p. 137*, & *S. in d. C. v. 16 p. 138.* An illa ceteris artibus utilior *S. in C. XI v. 25 p. 52*, & *C. XXX p. 125*. Quanto in honore apud veteres, maxime apud Athenienſes *C. X p. 47. S. in d. C. v. 28 p. 49.* Adſumpta a veteribus ad puerorum inſtitutionem *C. XII p. 55*, & *S. in d. C. v. 12 p. 56*, & *v. 28 p. 57 ſeq.* Num ad animos informandos idonea *C. I p. 1*, & *S. in C. XII v. 9 p. 56*, *in C. XIII v. 5 p. 60*, & *in C. XIX v. 14 p. 89*. Quo aevo conrupta, & neglecta, & quomodo tandem a veteri ſimplicitate, & maieſtate deſciverit *S. in C. XI v. 13 p. 52*, *in C. XXVII v. 16 p. 114*, & *in C. XXVIII v. 30 p. 116.* Quo deturbata a Sacris *S. in C. IV v. 28 p. 25*, & *v. 34 p. 16.* Quo a Scholis *S. in C. XII v. 12 p. 56*. Quo a Conviviis *S. in C. XVII v. 4 ſeq. p. 78*. Quando reſtituta, & quae v. Gui-

v. Guido. Muſica Sacra quae *S. in C. IV v. 2 p. 24.* Caeleſtis quae; & quid de ea ſentiendum *C. XXXI p. 121,* & *S. in d. C. v. 1 & 8 p. 122.*

Muſicis modulis univerſane commotio animorum adtribuenda *S. in C. III v. 14 p. 18,* & *v. 24 p. 19 in C. XIX v. 32 p. 90,* & *in C. XXVII v. 2 & 6 p. 114.*

Muſicus quibus virtutibus ex Platonis ſententia ornatus eſſe debeat *S. in C. XXIV v. 28, 29 p. 105.* Muſicorum nomine qui lata adceptione, & qui ſtricta apud veteres venerint *C. XXVI p. 111.* Muſicis quantum Graeci tribuerent *S. in d. C. v. 32 p. 112.* Muſicorum difficilior, & nobilior ſparta, quae *S. in C. I v. 3 p. 2.* Muſici vulgares, Plutarchi aetate, quodnam Muſicae genus repudiarint *S. in C. II v. 15 p. 13,* & *in C. XXI v. 38 p. 96.*

N

Naturane nomina, an ex inſtituto ſint *S. in C. XV v. 37 p. 70 ſeq.* Epicuri, aliorumque Philoſophorum ſententiae *ibid.*

Navis ingentis operis a Ptolemaeo aedificata, a quo eius nominis *C. VIII p. 39,* & *S. in d. C. v. 13 p. 40.*

Nicander quis a Philodemo *C. XIV v. 42,* laudetur ignotum *S. in d. C. p. 66.*

Nomi, quid apud veteres *S. in C. IV v. 2 p. 24,* & *v. 12 p. c. ſeq.* Num ſimiles noſtris Divinae pſalmodiae cantilenis *S. in C. XXVI v. 16 p. 114.* Nomi Lyrici cui tribuendi *S. in C. XIX v. 4 p. 87.*

Nona hora conviviis addicta *Praef.* §. *IX. n. (35)*

Nonariae quae *ibid.*

Nuptiae an abſolute bonum ſecundum Epicureos *C. V p. 27,* & *S. in d. C. v. 35 p. 30.*

O

Officia Muſicae duo ex Plutarcho *S. in C. IV v. 2 p. 24.*

Orpheus excellens modorum concinnitate; & Fabula de eo enarrata quid innuat *C. VIII p. 39,* & *S. in d. C. v. 26 ſeq. p. 41.* Ipſi Mercurius lyram tradidit *S. in C. XXXV v. 9 p. 132.*

P

Pantomimi *v.* Saltationes.

Peripatetici quid de Muſica ſenſerint *Praef.* §. *XIII.*

Perſaeus a Philodemo memoratus *C. XIV p. 63* num Stoicus ille, qui de amatoriis diſſeruit *S. in d. C. v. 14 p. 64.* Scriptores, qui de eo meminerint; & libri ab eo conſcripti *ibid.*

Petronii aetas *Praef.* §. *VII n. (25)*

Phaeacum convivia Muſica non ſeiungebantur *Praef.* §. *IX n. (38)*

Phiditia apud Lacedaemonios quae v. Convivia.

Philitia idem ac Phiditia cur *S. in C. XIX v. 11 p. 88.*

Philodemus, quot eius nominis exſtiterint *Praef.* §. *III,* qua patria §. *IV,* quae aetas §. *IX,* quid ſcripſerit *ibid.* §. *XI,* qui eius mores *ibid.* §. *X,* Piſonis magiſter *ibid.* §. *IX.*

Philoxenus *C. XV p. 67* memoratus: qui; quorum operum auctor; cur a veteribus notatus; & quare a Dionyſio Siciliae Tyranno in Latomias coniectus *S. in d. C. v. 9 p. 68.* Quae illius carmina reſpiciat Philodemus *ibid.*

Phoenices diverſi a Syris *Praef.* §. *V.*

Phtongi, in Muſica, num quivis ſonus *S. in C. I v. 36 p. 4 ſeq.*

Pictor, de quo Philodemus *C. IX p. 43;* num Theon Samius *S. in d. C. v. 16 p. 44.* Aeliani hiſtoriae locus de praeſtantiſſima eius tabula *ibid.*

Pictura, & Plaſtica num analogiam ad Criticam, Grammaticam, Poëticam, Hiſtrionicam habeant *C. XXIII p. 99,* & *S. in d. C. v. 8 p. 100.*

Pindarus in quibus Melicae Poëſis ſpeciebus verſatus *S. in C. V v. 15 p. 28 ſeq.* Num is, & Simonides, & Lyrici omnes in Muſicorum etiam numerum referendi; & quo loco habendi *C. XXVI p. 111. S. in d. C. v. 32. p. 112,* & *C. XXIX p. 117,* a Philodemo bis citatus *C. XX. v. 9,* & *C. XXI v. 10.*

Plato ter a Noſtro commemoratus *C. XXIV v. 25, C. XXVI v. 24,* & *C. XXXII v. 7,* quid de Muſica ſenſerit *Praef.* §. *XIII,* eius dialogi a pueris memoriter recitati *S. in C. XVII v. 7. p. 78.*

Poëſis qua vi polleat; & num ipſi & orationi, an Muſicae verbis ſeiunctae vis commovendi tribuenda *C. III p. 17. S. in d. C. v. 12 ſeq. p. 18,* & *v. 24 p. 19. C. XV p. 67,* & *S. in C. XXVIII v. 18 p. 116.* Ab ea num abhorruerint Epicurus, & Epicurei *S. in C. XVII v. 16 p. 78.* Eidem analogane ſit Muſica *C. XXII p. 97,* & *S. in d. C. v. 10 p. 98.* Poëſis melica cur πολυμερεστάτη adpellata *S. in C. II v. 40 p. 16.* Eius in ſuas partes diviſio ſecundum Proclum *S. in C. V v. 15 p. 28.*

Poëtae veteres num iidem ac Muſici *S. in C. XVII v. 15 p. 78.*

Poëtica, & Muſica documenta an ſermone philoſophico meliora *C. XXVIII p. 115,* & *S. in d. C v. 1 p. 116.*

Potentia ſenſuum perceptiva quae *S. in C. I v. 29 p. 4.*

Principia Muſicae tria, ad mentem Theophraſti, quae *S. in C. IV v. 12 p. 24.*

Procli Melicae poëſis partitio *S. in C. V v. 15 p. 28.*

Producta Stoicorum quae *S. in C. X p. 49.*

Pueri, qui Muſicam non norint, num locum habuerint in Comitiis *S. in C. XII v. 28 p. 57.*

57 ſeq. Apud antiquos Arcades ad quem annum Muſica inſtituti; & quare *S. c. v. 12 p. 56.* Quomodo Muſicis informati; & quomodo compoſiti in ludo ſederent etſi nudi *S. in C. XIV v. 25 p. 65.* Eorum amor *v.* Cur ſervi pueros amare vetiti *S. in C. XV v. 31 p. 70.* Eorum ſtupra legibus interdicta *ibid.* Eorumdem inſtitutio quibuſnam apud Athenienſes concredita *S. in C. XXXIV v. 1 p. 128.*

Pythagorici quam praeclare de Muſica ſenſerint *Praef.* §. *XIII p. 13.* Quodnam Muſicae criterium ſtatuerint *S. ad C. I v. 44 p. 6.* Quid de Muſica caeleſti *S. ad C. XXXI v. 17 p. 122.*

R

Regina opulentia: Regina pecunia *C. XXXVII p. 137*, & *S. in d. C. v. 35 p. 138.*

Reiecta ſtoicorum quae *S. in C. X p. 49.*

Rhythmus, & harmonia quid valeant, & quomodo in animos influant *S. in C. III v. 14 p. 18 ſeq.* Rhythmi, & harmonia orationem, an eos oratio ſequatur *S. in C. XIV v. 15, 16 p. 64.* An, ſublata verborum ſignificatione, homines adiuvent, & ad virtutem impellant *C. XXVI p. 111*, & *S. in d. C. v. 24 p. 112.*

S

Sacris omnibus num Muſica adhibita *S. in C. IV v. 25 p. 25.*

Saltationes femineae num ope Muſicae ad nobilitatem, & modeſtiam, an ad lubricitatem conferant *C. VII p. 35.* In Theatris num ſemper partem Comoediae, vel Tragoediae conſtituerint *S. in d. C. v. 10 p. 36.* Num aliquando in Theatris abolitae *ibid.* Pantomimorum ſaltatio a quibus inventa, & quomodo adpellata *ibid.*

Sapiens num ad rempublicam adcedere debeat: Nubendumne ipſi, & filiis danda opera ſecundum Epicurum *S. in C. XXXVII v. 1 p. 138*, *in C. XXXVIII v. 26 p. 140*, & *in C. V v. 35, 36 p. 30.*

Saporum comparatio cum Muſica *C. III v. 34*, & *C. XXXII v. 8*, & *S. in d. C. v. 8, 9 p. 126.* Ariſtotelis problema hac ſuper re *ibid.*

Scenae adparatus cum Muſica comparatus *C. XXV p. 107.*

Scolia quae apud veteres *S. in C. V v. 15 p. 28*, & *in C. XVI v. 6 p. 74.*

Senſus, & intelligentia num aeque concurrant in iudicio de Muſicae partibus *S. in C. II v. 5 p. 10.* Num ſenſus unus, ſublata ratione, Muſicarum rerum iudex ſtatuendus *S. in C. I v. 44 p. 6 ſeq.* Senſuum iudicium v. Criterium.

Sententiae cum cantu prolatae quam vim habeant *C. XXVIII p. 115.* Sententiis, & rationibus, poëtice adornatis ſitne ſuadendi vis tribuenda, an Muſicis modulis *S. in C. XVIII v. 36 p. 82 ſeq.*, *in C. XIX v. 32 p. 90. C. XX p. 113*, & *S. in d. C. v. 2, 6, 7 p. 114.*

Sepelire & humare quid differant *Praef.* §. *VII.*

Sepulturae ritus varii apud veteres *Praef.* §. *VIII.*

Silli quod carminis genus *S. in C. XVI v. 6 p. 74.*

Socrates quo amore ſaucius *S. in C. XV v. 15 p. 69.* Qua aetate Muſicae operam dederit *C. XXV p. 107*, & *S. in d. C. v. 32 & 39 p. 109.* Cratettii carmina in eum *d. S. in C. XV l. c.*, & *in C. XXV p. 109.*

Solon a Noſtro memoratus *C. XX. v. 18.* Qua in re a Daphnaeo notatus; & quaenam eius mens, dum ingenuis amorem puerorum conceſſit *S. in C. XV v. 31 p. 70.* Quid ſimulans, & quomodo de recipienda Salamine conſilium dederit *C. XX p. 91*, & *S. in d. C. v. 18 p. 92.* eius elegia *ibid.*

Spartani Hebraeis congeneres *Praef.* §. *VIII n. (32)* Qui eorum ſepeliendi ritus *ibid.* Quid de Muſica ſenſerint *ibid.* §. *XIII.*

Spectacula unde dicta *C. V p. 27.* Mos ea indicendi cui tribuendus *ibid.* Fueritne iis Muſica neceſſario adnexa *S. in C. IV v. 37 p. 26.* Quid ea, & Muſica theatralis in animum valeant *S. in C. XXXII v. 11 p. 124.*

Steſichorus *C. XX p. 91* citatus, qui: hiſtoricuſne, an poëta, & Muſicus: cuius imitator: & quo aevo floruerit *S. in d. C. v. 8 p. 92.*

Stoici quid de Muſica *Praef.* §. *XIII.* Epicureis infenſi *ibid.* §. *XV.* An aſtrorum influxum in animos admiſerint *S. in C. XXXI v. 8 p. 122.*

Strabo, utpote Stoicus, praeclare de Muſica ſenſit *Praef.* §. *XIII.*

Sybaritarum fabula *C. XIX p. 85* indicata, quae *S. in d. C. v. 20 p. 90.*

Syria quae proprie dicta *Praef.* §. *V.*

Syro Epicureus Philodemi aequalis apud Tullium *Praef.* §. *III.*

T

Talaſſius in Nuptiis *S. in C. V v. 31 p. 29 ſeq.*

Temulentis convivis Muſica remedium *C. XVI p. 73*, & *S. in d. C. v. 33, 34 p. 76.*

Teretiſmus in Muſica quid *S. in C. IV v. 28 ſeq. p. 25 ſeq.* Num vitio tribuendus *ibid.*

Terpander Antiſſaeus, de quo Noſter *C. XIX*, & *XX*: lyrae ſeptichordis inventor *S. in C. XIX v. 4 p. 86.* An ab Ephoris multatus *ibid.* Quid de eo Auctor Marmoris Arundelliani tradiderit *ibid.* Quomodo intelligendus de eo Plutarchus *ibid.* Eius aetas *ibid. v. 17 p. 89.* Pluries in agonibus victor *C. XX p. 91*, & *S. in d. C. v. 1 p. 92.*

Thales Gortynius, ſive Thaletas Muſicus, Poëta, & Legislator a Lycurgo Spartam adcitus

tus *S. in C. XVIII p. 83* an Terpandro antiquior *S. in C. XIX v. 17 p. 89.*

Theatra unde dicta *C. V p. 27*, & *S. in d. C. v. 1 p. 28.* Theatris nondum aedificatis Muſica ubi verſaretur *ibid.* Quo aevo in iis Muſica adhibita, & quae *S. in C. IV v. 34 p. 26*, *in C. VII v. 18 p. 36*, *in C. XIII v. 29 p. 61*, & *in C. XXXII v. 11 p. 124.* De Theatris qui praeclare ſenſerint, apud Stoicos, alioſque *S. in C. XXXV v. 41*, *42 p. 133.*

Themiſtocles a Noſtro laudatus an ideo indoctior habitus, quod Muſicae expers *C. XI p. 51*, & *S. in d. C. v. 33 p. 53.*

Threni quid *S. in C. VI v. 13 p. 32.* Quid in animis gignant *ibid. v. 18.*

Tibia Gracchi concionatoria quid ita dicta, & cui uſui *S. in C. XXVIII v. 37 p. 116.* Tibias ex oſſe cervino primane compegerit Minerva *S. in C. XXXIV v. 24 p. 128 ſeq.* Cur ab ea deinde proiectae *C. XXXV p. 131.* Qui de ea fabula meminerint; quique ſit myſticus eius fabulae ſenſus *S. in d. C. v. 6*, *7 p. 132.*

Timotheus quis a Philodemo commemoretur *S. in C. XIII v. 38 p. 62.* Quo crimine multatus a Spartanis *ibid.*

Tranquillitas animi qua via comparari queat, ad Epicureorum mentem *C. XXXVIII p. 139*, & *S. in d. C. v. 26 p. 140 ſeq.*

Tullii obiecta in Muſicam, de quibus Ariſtides Quintilianus, ab Epicureis deſumta videntur, & fortaſſe ab ipſo Philodemo *Praef. §. XVII.*

V

Vinitorum carmen quomodo apud Pollucem, Athenaeum, alioſque adpellatum *S. in C. VIII v. 8 p. 40.*

Virtutes ad omnes diſponatne animum Muſica *C. XXIII p. 99. S. in C. XXIV v. 28*, *29 p. 105*, & *C. XXV p. 107.* Virtutum, & peccatorum aequalitas Stoicis perſuaſa *S. in C. XI v. 6 p. 52.* Eas non diſſociales inter ſe ἀχωριϛίαν, praeter Platonem, num agnoſcerent ipſimet Stoici *S. in C. XXV v. 16 p. 108.*

Voluptas, quae Muſica percipitur ſitne neceſſaria *C. XXXVII p. 137*, & *S. in d. C. v. 30 p. 138.* Quae voluptates neceſſariae, ad mentem Epicuri *ibid.*

Vox num corpus, an quid incorporeum *S. in C. II v. 9 p. 10 ſeq.* Voces ſonorae inrationalis ſolius auditionis motrices num quid ad diſpoſitionem animi ſpeculativam rerum utilium conducant *C. XXIV p. 103.*

Z

Zethus, & Amphion fratres, Thebarum conditores *S. in C. XII v. 24 p. 57.* Cur de Zetho fiat tantum mentio, quidque de iis Poëtae, ceterique Scriptores memoriae prodiderint *ib.*

	ERRATA.	*CORRIGE.*
Pag. 2. *Praefat.* v.12.	Ermarchus	Hermarchus
5. *Praefat.* v. 5.	δε	δη
6. *Praefat.* N.(21) v.2.	10	11
19. *Praefat.* v. 3.	halucinatione	hallucinatione
2. v.13.	tranverſam	tranſverſam
ibid. v.33.	II) Muſica	*I ſect.VIII*) a ſolis eminentiſſimis in Muſica
3. v.11.	βαβεις	βασεις
ibid. v.26.	ευσχημων	ευσχημον
5. v.29.	(ut legit	(vel παρεσαρθρει, ut legit
6. v. 8.	Epicurus	Epicureus
ibid. v.14.	ſenſus	ſenſum
7. v. 8.	τον	τȣ
13. v.36.	διακεινταν	διακεινται
ibid. v.41.	σημφωνιας	συμφωνιας
16. v. 1.	παραλαμβανȣσθαι	παραλαμβανεσθαι
ibid. v. 6.	rythmis	rhythmis
ibid. v.11.	melopeia	melopoeia
18. v.44.	μελοποῖας	μελοποιïας
20. v 46.	excolpiſſe	exſculpſiſſe
ibid. v.54.	hic verbis	his verbis
29. v.33.	Maenander	Menander
59. v.30.	επει	ει μη
ibid.	ſiquidem	niſi quidem
ibid. v.31.	videtur	videatur
62. v.20.	cum	eum
78. v.29.	recitata	recitatos
ibid. v.30.	exhibita	exhibitos
91. *in margine*	commentanda	commendanda
93. v.31.	ob	ab
96. v.52.	V.39.	V. 34
97. v. 5.	nonne	non
ibid. v. 6.	inquirat ?	inquirat;
98. v.35.	iudicare	iudicare queat
105. v.49.	inconcinnitas	concinnitas
108. v.15.	quaeritur	queritur
112. v.31.	ſticte	ſtricte
113. v.41.	λοιδορȣσι	μονον λιοδορȣσι
ibid.	conviciantur	ſolum conviciantur
ibid. v.42.	ὁταν	λιαν, ὡς επαινȣσιν, ὁταν
ibid.	cûm	mirum quantum laudant, cum
116. v.22.	audito	auditu
118. v. ult.	*XXVII*	*XXVIII*
126. v.29.	*vini & aceti mulſi comparatione utitur*	vini & aceti mulſi comparatione utitur
142.	qualecumque	qualemcumque